appareat qūo ſit ſublata. C.de probat.ſiue poſſidetis. regula,
ſemel in aliis.de regulis iuris.lib.6.Igitur ad hoc quia in exce-
ptionibus ſufficit factum proponere, dato ꝙ non cōcludatur
immediate.ff.de pactis.l.ſi vnꝰ.§.pactus. ſufficit.n. dicere, Ex-
cipio,quia feciſti pactū de non petendo:& non ſequitur, Ex-
preſſe feciſti pactum, ergo non ſubeſt oblatio, quia nō poteſt
ſubeſſe ex contrario pacto de petendo vt ibi. Non obſtat, ꝙ
non ſufficit,qa poſitū in præterito negat præſens: & vnde nō
ſufficit dicere,vel cōfiteri,fui dn̄s quia tacite me nego domi-
num de præſenti:vt patet in l.certū.§. primo. ff.de confeſſ.qa
factum,quod ponitur de præterito,bene negatur in præſens:
ideo bene fateor quod non mutuaui : ſed quod non pono in
præteritum, non nego in præſens:dico quod mutuaui, peto
te condemnari:nil dico circa illam obligationem, ergo nihil
in præſenti nego.Item dato quod diceret,dico ꝙ fuiſti obliga
tus:per hoc forte non vitiaretur libellus,vt dicam j̄. de libelli
obla.c.primo.& ſentit,imo expreſſe dicit Spe.in ti.de actio. &
petitio.§.ſequitur.verſi. quid ſi ago.Et quomodo reſpondea-
tur ad l.certum.§.primo.Reſpondebo in dicto cap.primo,vbi
etiam allegabo dicta dominorum de Rota.Et ex hoc decidit
Cy.quandam opinionem,ſeu dubitationē,ſi opponitur con-
tra confirmationem,electio facta fuit ab illis qui fuerūt excō
municati,ꝙ non ſit admittenda;quia ponendo excōicationē
in præteritū;ante actū electionis tacite abnegatur in preſens:
vt dicta l.certum.§.primo.hoc dicit in exceptione:ſecus in po
ſitione, quia bene poſſum ponere ꝙ fuerunt excōmunicati,
quia hoc eſt probabile, & poſſibile conſequenter, quia dato
quod articulus ſit dubius,non eſt reiiciendus, quia forte a te-
ſtibus declarabitur:vt patet de probat. licet cauſam. ſed certe
& ibi exceptio,& articulus erat dubius, & tamen admittunt̄,

ad hoc de procur.accedens.Item dico quod exceptio hic nō
habet tacitam obligationem de pręſenti:quia hęc verba,Fue
runt excōicati:poſſunt ponere factum excōicationis: & ſic in-
telliguntur.vnde factum excōicationis ponitur in pręteritum
& negatur in præſenti:ſed ipſa excōicatio,vt eſt vinculum,nō
ponitur in præteritum:& ſic in dubio verba non debent intel
ligi interpretanda pro ponente : vt l. inter ſtipulantem.§.1. &
quod ibi no.de verbo.oblig. Item ſi intelligeretur poſitum in
pręteritum verbum excōicatio,prout eſt vinculum, nō nega-
retur in pręſens,per ea,quæ dicam de libel. obla.c.j. quia hæc
non eſt intentio ponentis,vel excipientis.ad hoc quod not.de
cler.excom.mi.illud.vbi tangitur hęc queſtio. In reali autem
cā proxima eſt exprimenda,ſed nō remota: & in ea proxima
cauſa realis eſt dn̄ium vel quaſi, vtile,vel directū. Remota eſt
cauſa cauſę,ex qua ſurrexit dn̄ium:vt uenditio a dn̄o, vel aliꝰ
ꝯctus aptus ad transferendum dn̄ium,vel etiam pręſcriptio,
ſpecificatio materiæ,vt l.ſecunda,§.cum quis.ff. de acquir.re.
dn̄io. vel ſimilia, de quibus Inſtit. de rerum diui. per totum.
de acqui.rerū dom.per totū. & ſi ſic eſſe debet hoc debeo be-
ne dicere, Ago quia dn̄s vel quia quaſi dn̄s:non autem eſt ne
ceſſe quod dicā,Ago quia dn̄s,quia emi.Sufficeret tn̄ exprime
re cauſam remotam,Ago,quia emi:vel quia præſcripſi, quia
ex hoc concluditur ꝓxima,vt ſupra in perſonali dixi. ſed non
actio ad exprimendum:quia non eſt vtile reo vt exprimam il
lam,cum ſic ſimpliciter egi,obſtet ſnīa in oībus,vbi cōtra me
feratur.Si ago expreſſa certa cauſa,non obſtabit mihi in alia,
l.ſi mater.§.j.de excep.rei iudi.& no.j̄.l.eādem.§. actiones. eo-
dem ti.& tenuit Inn.s̄.eodem.cæterū,licet Pe.teneat ꝯ̄, quod
examinabo pleniſſime in c.primo.de libel.obla.vbi Ioā. And.
tangit,& declarabitur qualiter altero reſpectu eſt vtile reo,ut
cauſā remota exprimatur. Eſt etiam ei vtile, vt poſſit cedere,
vel contendere:quare videtur,ꝙ hac cauſa nullam dēat expri
mere,ſed ſufficit actorem certificare reum ſic,ꝙ videat quę a-
ctio ſibi competat:non enim ad alias circunſtantias arctatur:
aliàs hoc eſſet ire in infinitum. In perſonali ergo non ſufficit
proximam exprimere:quia ex ea certa actio nō concluditur:
ſed ſic in reali, quia proxima dat certam actionem, & hoc eſt
tenendum.Et ſi dicatur,cum non ſit de iure canonico neceſ-
ſarius vſus actionis,& ꝙ de iure ſufficiat expreſſio proximę,di
co ꝙ licet non ſit neceſſarius vſus actionis, neceſſarium eſt ſic
factū determinari, ex quo detur æquitas determinata ad cer-
tum ius agendi.Si quęritur an actio ſit exprimenda,vidiſti qd
dicit gl.Io.8.diſt.quo iure, dicit actionem nec iure ciuili, nec
canonico neceſſario exprimendā:quia ſufficit factum ſic pro-
poni,quod ex eo actio colligatur. Et q̄q̄ opiniones ſint diuer-
ſę,quas oēs recolligit Spe.in tit.de acti.& peti.§.primo, per to-
tum §.quas enumerare parum foret vtile:& de quo de iud. e-
xaminata.de mut.peti.c.primo.2.q.vj.decreto.Opinionem ta
men quod ſit differentia inter leges & canones,ponit In.hic,
alleg.pro Legiſtis l.quoties.§.itē ſi temporali.ff. de adminiſtr.
tut.Inſti.de acti.in princip. Communis autem modernorum
tam Legiſtarum,q̄ Canoniſtarum eſt opinio,quod non ſit ne
ceſſario in libello actio edenda.Quod dicit Hoſti.hic verum,
niſi ex rationabili cauſa videat reum decipi, ſi actio non ex-
primatur:quia tunc ſupplebit iudex.ff.de offic.aſſeſſ.l. prima.
& ex eadem cauſa permitteret aduocatum poſitionibus rn̄de
re.j̄.c.paſtoralis. Et dicit quod per hoc determinat̄ quod ſcri-
pſit in Summa de libel.obl.§.quid debeat,& in Spe.in loco p̄-
alleg.Et aſſignant cauſam Legiſtę,vt Oldr. & Cy. in d l. edita,
quia non poteſt contingere,quin per poſitionem facti,& nar-
rationem,& concluſionem appareat quæ actio intentetur: &
ſic ſatis certificabitur reus: & ſic non eſt neceſſarium actionē
exprimi.Nam vel eſt tale factum,ex quo vnica tantum produ
citur actio:& eſt planum,quia ex hoc certificabitur actio.ff. ſi
certum peta.l.certum.de teſti.licet ex quadam. ſi plures orie-
bantur,& competunt ad diuerſa ex concluſione & petitione
rei,apparebit quæ eſt deducta:quia præſumitur intentata illa
quæ competit ad id,quod petit̄, ff.de libe.& poſthu.l. Gallus.
& no.de officio ord.conquerente.Si ſunt plures competentes
ad idem : tunc ſi vna eſt generalis, alia ſit ſpecialis, vr̄ intētata
ſpecialis.ff.de legat.3.l. hoc legatum.& l.item legata.§.proin-
de,& l.legatum.Si ambę ſunt generales,vel ambę ſpeciales,&
ex facto propoſito altera tantum poteſt colligi, illā videbitur
intentata,per quam nihil, vel minus ſuperfluit. nam ad rem
legatam habeo plures actiones, ſi dico in libello ꝙ teſtator rē
ſuam mihi legauit, videar deducere realē : quia ſi diceremus
intentatam perſonalem,ſuperflueret verbum,ſuam.Ad hoc,
ff.de leg.primo.l.ſi quando.ut ſi dico legatam mihi rem teſta-
toris,ſi agitur perſonali, ſuperfluit verbum teſtatoris. Si dica-
mus realē,ſuperfluit ꝙ ſit allegata cauſa remota:tamen quia
non eſt allegata proxima,non tantum ſuperfluunt: ideo rea-
lis videtur deducta.Hæc vera,niſi in libello eſſet appoſita clau
ſula,Non aſtringens:quia non intelligeretur intentata, per q̄
minus ſuperfluit,ſed illa, ex qua minor ſequitur condemna-
tio,

tio,ſecundum Pet.& Cyn.in d.l.edita.in 4.q. & hoc ſi a princi-
pio libelli opponeret: aliàs ſi diſputaretur ad marita, dico ꝙ
in dubio videretur deducta competens actori, & in qua ꝓba-
uit non competens: & ſi vtraque competere poſſet, intentata
videretur magis vtilis actori in obtinendo: vt no.de offic.ordi.
conquerente.& no.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.de iureiu.vbi p
Gul.de Cu.& Bar.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de ver.obli.& in
l.j.ff.de actio.& oblig.Hęc vera,niſi ſtatuta aliud diſponerent:
& ſtatuto diſponente,quod actio exprimatur de iure canoni-
co,hic eſt caſus,quod non valet ſtatutum ſecundum vnū mo-
dum ponēdi caſum. De iure autem ciuili, an valeret ſtatutū,
ſatis poſſet dici quod ſic:& tunc ſi ſtatutum diſponeret,quod
actio deberet exprimi, an accuſationis nomē debet exprimi,
quid tunc erit de accuſatione, vide in Speculo de actio.& pet.
§.j.in fine §. ibi ſentit, qđ criminis genus nihilominus debeat
exprimi,etiam tenēdo, quod actio includat accuſationem. Si
quæritur,an qualitas actionis ſit exprimēda in libello, vt quia
agit actione,& nominat ipſam in libello,& non dicit, an agat
vtili,vel directa,an in dubio videatur deduxiſſe vtilem,an dire
ctam:tangitur hoc dubium de dilatio.literæ. & ibi remittā ad
Spec.quod hic non proſequor,tum quia ibi ſum tractaturus,
ex quo ibi tangit Inn. tum quia non video bene poſſibile, qđ
facto propoſito non appareat,quæ intentetur,an vtilis, vel di-
recta: & verba in concluſione intelligi debēt ſecundum præ-
cedentem narrationem: quia præcedentia declarant ſequen-
tia: vt l. Titia.§.j.ff.de ver.ob. cum ſimi. Vltimo Hoſt. dicit hic
non ſequendum rigorem legum,vel gl. Doc.ipſum proſequē-
tium.Ex quo arguit Hoſt.contra multas gl.Inn. ad hoc de iur.
cal.literas.s̃.ti.j.per tuas.ſecundum Hoſt.vide de materia gl.8.
di.quo iure.per gl.& 2.q.6.decreto.& per Hoſt. in Summa, de
libel.obla.§.quid debeat.& pleniſſimè in Spe.de act.& pet.§.j.
in prima & 2.col.Si quæritur, an ſit exprimenda actio ſumen
do actionem pro concluſione libelli,dicendum quod ſic,ſecū
dum gl.& Bar.in l.j.ff.de eden.quia ſi non eſſet concluſio in li-
bello,non eſſet certus reus,an vellet cedere,vel ꝯtēdere, igno-
rans quid petatur: & cauſa proportionari debet concluſioni,
& concluſio cauſæ: aliàs non procederet libellus: vt ſi dicerē,
Peto a te centum,quia Rex eſt in Frācia. Sic dicit gl.in l.j.ff.de
eden.& in tantum hoc eſt verum,ſecundum Bar.quod ſi pro-
baretur ſuper hoc libello cauſa apta, non poſſet ſequi condē-
natio.ff.de inſti.act.l.habebat.l.j.§.j.ff.ſi meſ.fal. mo.di. Et cir-
ca hanc cauſam,an exigatur tanta expreſſio, quod concludat
ius agendi in tantum competere, quod excludit ius excipien-
di,& quod excludatur omnis replicatio, & qđ etiam ius agen-
di competat de iure ſpeciali: vide per Inn.de libel.obla.ca.2.p
quæ dicit Bar.in dicta l.j.quod non eſt neceſſe, quod in libello
dicam teſtamentum rite factum: quia ex eo, quod aſſero te-
ſtamentum,intelligo dicere de valido,& efficaci, & rite facto.
l.non putauit.§.non quęuis.ff.de bon.poſ.cōtra tab. & qđ no.
ff.de iur.& fac.ign.l.ſi poſt diuiſionē. Si ſumitur actio pro exe-
cutione,non arctatur ad petendam executionem, ſed ſufficit,
ꝙ narret factum,ex quo concluditur obligatio, & actio, & qđ
petat condemnari.Poterit autem,ſentētia lata,petere exequi
aut iudicis officio,aut actione in factum.C.de iureiur.l.actori.
ff.de re iud.l.miles.& l.a diuo Pio.Et hoc tenet gl. in cle. audi-
tor.de reſcr.ideo ſufficeret in reali in principali libello petere
condemnationem,vel declarationem dominij: oporteret ta-
men quod poſtea ex officio poſt ſcientiam peteret rem reſti-
tui.Ad hoc ff.ad Turpil.l.prima.in fin.licet Gul. ibi ſentiat cō
tra.De quo dic,vt ibi pleniſſimè ſcripſi in dicta clem.auditor.
per quæ etiam dicit Barto. quod ſi egi contra poſſeſſorem, &
reperiatur quod non ſit poſſeſſor ſuper illo libello, licet non
poſſum obtinere, vt reſtituat, obtinebo vt declaret dominus:
& proficit mihi ſententia,ſi poſtea reperiatur ille poſſidere.in
l.ſi a te.§.primo.ff.de excep.rei iudic. de quo dicam in capitu.
examinata, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus poteſt conueniri,vt reus in iudicio, ſed non conuenire:ſe-
cus ſi ſit excommunicatione minori notatus.nu.4.*
2 *Agere non poteſt in iudicio excommunicatus maiori.nu.4.*
3 *Excommunicatus in iudicio conuentus non poteſt conſtituere procuratorem
excommunicatum.*
5 *Excommunicatus occulte poteſt in iudicio agere.*
6 *Excommunicatus publice a quibus actibus videatur excluſus.*
7 *Excommunicatus publice quando poteſt in iudicio agere.*
8 *Excommunicatus conuentus in iudicio non arctatur procuratorem con-
ſtituere.*
9 *Excommunicatus in omnibus caſibus, quibus in iudicio poteſt eſſe, in illis
poteſt agere pro iniuria ſibi illata.*
10 *Procurator generalis ab excommunicato datus, an dicatur legitimè conſti
tutus,vbi excommunicatus poteſt dare ſpecialem ad defendendum.*
11 *Excommunicatus quomodo poteſt dare procuratorem ſpecialem in cauſa
defenſionis,vbi ipſe habet iurare de calumnia.*
12 *Excommunicatus non poteſt communicare,niſi ad eius damnum.*
13 *Excommunicatus an poſſit eſſe in iudicio vt reus agendo in condictione ex
lege,vel petendo quod actor compellatur perſiſtere in actione porrecta.*
14 *Banniti,ſeu deportati,an poſſint agere,ſeu conueniri.*
15 *Agere,ſeu conueniri,an poſſit periurus.*

CAP. VII.

1 INtelleximus. ¶† Excommunicatus po-
teſt conueniri, ſed non cō
uenire.Ponitur quæſtio, reſponſio, & reſpōſionis
rō.Secunda ibi:reſpondemus.Tertia ibi:ne videa
2 tur.¶† Not.j.excommunicatum non poſſe agere,
nec in iudicio aliquid agere tanquam actorem.No.2. excom-
3 municatum poſſe eſſe in iudicio vt reum.¶†No.3.quòd tunc
debet in iudicio per alium non excommunicatum reſponde
re.¶No.4.cauſam quare compellitur reſpondere vt reus, ne
4 de ſuo delicto commodum reportaret.¶†Opp.quod excom-
municatus poſſit eſſe in iudicio.de cle. excommu.min. ſi cele
brat.Sol.poteſt eſſe in iudicio excommunicatus minori, non
5 excommunicatus maiori.de exceptio.a nobis.¶ † Opp.quod
6 vt actor poſſit eſſe in iudicio: vt de excep.pia.lib.6. † Solut.Po-
teſt ſecundum quoſdam eſſe in iudicio vt actor excommuni-
catus occultè,vt ibi,non excommunicatus publice.Ioā. And.
remittit de reſcri.cap.primo,lib.6.Et eſt communis opi.quod
non ſit differentia inter actum occultum, & publicum: quia
iſtud poſſe in iudicio, cernit vtilitatem priuatam,in qua tolle-
rare nihil operatur: vt no.de ele.nihil.& de procurator.c.ſi. &
de dolo.veritatis.ergo ſi velit, dic eſſe in iudicio tanquam pro-
curator vniuerſitatis.vide quod notat Inn.de procura.conſul
ti.Si vult eſſe in iudicio tanquam procurator alterius priuati,
vide de prob. poſt ceſſionem. Si vult eſſe in iudicio tanquam
iudex,vel vt teſtis: & non poteſt.de teſti.veniens. de re iudi.ad
probandum.de reſcrip. ſciſcitatus. Item nec vt aſſiſtens acto-
ri,vt puto.Item nec vt promouens, nec vt proſequens inquiſi
tionem. Item nec vt cauſam ſolicitans. Item nec vt notarius
cauſæ.Item nec vt tutor. Item nec vt aliàs legitimus admini-
ſtrator,vt pater pro filio, & ſimiles: ſic nec filio pater excom-
municatus poſſet authorari: ſed ſi eius conſenſus requirere-
tur tanquam in ſignum repudiationis, ſatis poſſet dici, quod
poſſet intereſſe,ſicut & remittere poſſet propter hoc verbum
latum,ſtare poſſit in iudicio, a quo vnus duntaxat caſus exci-
pitur,quando ſtat vt reus. Quandoque vult ſtare in iudicio vt
accuſator pro publico intereſſe: & adhuc non poteſt.de exce-
ptio. a nobis. quandoque vult eſſe in iudicio agendo pro pri-
uato intereſſe, vel iniuria, & non poteſt regulariter, ſi iudiciū
agitetur coram delegato ab eo impetrato,eſt nullum. Si corā
ordinario,repellitur, ſi opponatur. de except.pia. libro ſexto.
7 † Fallit in cauſa appellationis, & proprie excommunicatio-
nis.de reſcrip. libro ſexto c. primo. An autem poſſit eſſe com-
penſando, reſtitutionem petendo, vel de nullitate dicere, vel
extraiudicialiter appellando, notabitur de excep.ſignificaue-
runt,& c.cum inter.& c.dilecti.de maio.& obe. de excep.pia.
lib.6. vbi an poſſit eſſe in iudicio voluntario. de iudic. exhibi-
ta.& c.ſuper his.de accuſa. per Innocent. vt reus autem ſe de-
fendendo poteſt,vt hic.De ſuſpenſo autem,vel interdicto, di-
cit hic Ioan.And.poſt Fran.quod non repellitur a iudicio. al-
legat Ioan.And.de excep.a nobis.Idem credo in quolibet cri-
minoſo,& periuro, dum tamen iuramenti vinculum non cō-
cludat ad iudicium.de iureiuran.verum. & capi.ſi vero.quod
8 me.cauſa.ad aures.& c.abbas.cum ſimilibus.¶ † Oppo.quod
non arctetur excommunicatus ad conſtituendum procurato
rem.ſupra de procura.querelam. Glo. dicit, quod putat eum
non arctari ad conſtituendum procuratorem, licet poſſit, ſi
velit: quia non inuenit forte qui ſic fideliter tractet cauſam
ſuam.glo.tenet Innocen.Pet.& Abb. Nec obſtat, quod nullū
repererit procuratorem, cum nullus debeat ei communica-
re:quia ſecundum Vinc.pater, tutor, & ſimiles perſonæ, quæ
licite communicare poſſent, aſſument illud officium. Vel ſe-
cundum eum,quia ex quo permittitur excommunicato pro-
curatorem conſtituere ad ſui defenſionem, quilibet poteſt
officium ſuſcipere: & in hoc quilibet communicare poterit.
de ſen.excom. cum voluntate.Et ſi eum aliquis impediret in
dando procuratorem, poteſt ipſe conqueri, & agere, licet ſit
excommunicatus. Similiter ſi aliquis vadit Romam pro inie
ctione manuum, & offenditur in via, poteſt cōqueri. de exce.
9 cap.vlt.ff.de iudicijs.ſi longius. ſecundum Vin.¶†Nota bene
quod in omnibus caſibus, in quibus quis excommunicatus
poſſet eſſe in iudicio,in omnibus illis caſibus ſi impediat, po-
teſt agere pro illa iniuria illata circa caſum ſibi permiſſum.
Non intelligas hoc dictum ſic latè,vt pro omni iniuria poſſit
eſſe in iudicio agendo,vel agere vti poſſidetis,vel trahere exce
ptionem ad ius agendi.Nec obſtat,quod not.Ioan.And.de re
ſcriptis.capi.primo lib.ſexto. in Nouella. Et ſic ſaluatur iſtud,
& illud,quod ibi habetur in verbo, appellationis. ad fin. Erit
ergo in iudicio per procuratorem hoc caſu, ſi vult, & eſſe dēt
de debito honeſtatis,ſaltem propter notam cōionis de facto,
licet

licet non peccet de iure communicando: ſed non ex neceſſita
tę, quia ex quo eſt non voluntarius in iudicio, pōt perſona ŕr
eſſe in iudicio. Idem dicit Inn. hic in omnib. caſib. in quib. po-
teſt eſſe in iudicio, vt poſſit conſtituere procuratorem. Vnde
in cā appellationis, & vbi conqueritur de iniuſta examinatio-
ne, poteſt eſſe in iudicio: vt de reſcrip. c. j. li. 6. quia poteſtas cō-
ſtituendi procuratorem regulatur a poteſtate agendi. Simile
in minore. de reſti. ſpol. ex parte M. ad hoc quod no. de reſcri.
edoceri. de procur. c. j. Nam, vt dicit Inn. melius eſt, quod agat
per procuratorem, quam per ſe. Non obſtant no. de ſent. exc.
cum deſideres. quia licet abſolutio non poſſit recipi per ꝓcu-
ratorem, vt ibi, lis ſuper abſolutione bene poteſt agitari ꝑ ꝓcu
ratorem, ſecundum Inn. & forſan poſſet attētari dicere, quod
licet excommunicatus in cā appellationis ne contemnere vi-
deatur ante ingreſſum iudicij, habet petere abſolui. de ſentē.
exc. per tuas. hoc non procedat, quando litigat per procurato
10 rem, & in hoc ſit vtile litigare per procuratorem. † Nunqd au-
tem excommunicatus poſſit litigare per procuratorē gnālē.
tangit Archi. de reſcr. c. j. li. 6. & ibi dicit, quod licet poſſit dare
procuratorem ſpecialem in cauſa defenſionis, non tñ poteſt
litigare per procuratorem: nec auditur procurator generalis
datus ab excommunicato ſuper articulis defenſionis, vel ap-
pellationis, vbi alias audiretur excommunicatus, vel procura
tor ſpecialis, niſi adijceret in forma procurationis, vt faceret
omnia, quæ ipſe præſens facere poſſet. de dila. expoſuit. Aſſi-
gnat cauſam, quia talis datio procuratoris generalis non te-
net. Et dicit ꝙ fuit dictum Vin. de procu. conſulti. Non placet
mihi hoc, quia in quantum procuratio generalis refertur ad
negotia extraiudicialia, abſque dubio valet, tenendo ꝙ con-
trahere poſſit: de quo de dolo. veritatis. de ſent. excō. ſi verè. &
quod ibi no. Inquantum conſtituit ad iudicia nō credo, quod
ſpeciale exigatur mandatū, vt defendere poſſit, vel appellare.
Iō in mandato tali generalia comprehēduntur, & ab ipſo ex-
cluduntur cāæ, in quibus non pōt agere, & includūtur cāę, in
quibus pōt agere. de mu. & ho. l. reſcripto. §. j. Item inquantū
teneres, quod in mandato de defendendo excōicatum exige-
retur ſpāle mandatum, nō ſufficeret illa clauſula, vt procura-
tor facere poſſit ea, quę ſi pręſens eſſet, facere potuiſſet: vt no.
de dila. expoſuit. per eundem Vinc. ad quod dicimus de clau-
11 ſula de rato. de tranſact. contingit. de relig. do. ꝯſtitutis. † Op. 2.
cum gl. quod non poſſit per procuratorem litigare: quia hēt
præſtare iurm calumnię. in auth. principales. de iura. cal. dic,
12 rñſio patet per c. fi. de iur. cal. li. 6. ¶ † Op. 3. quod nō poſſit eſ-
ſe in iudicio ꝑꝑ periculum cōionis: quia talis participatio ei
eſt illicita, & alijs. de cle. excom. mi. ſi celebrat. & c. illud. Gl. di-
cit, quod licita eſt ei cōio hæc ad damnum eius. de ſen. excō. ꝓ
13 illorum. & no. de exce. cum inter. † Nunquid aūt vt reus poſſit
eſſe in iudicio agendo condictione ex l. diffamari, vel petēdo,
quod actor compellatur perſiſtere in actione porrecta, ſm for
mam auth. qui ſemel. C. qūo, & qñ iudex. Apparet quod non,
quia hoc eſſet ad eius commodū, ex quo ſic vult. Dr̃ enim eſ-
ſe commodum, qñ ēt ɔ̃ ſe ſuam implet voluntatem: vt not. de
cond. ob cau. l. pe. ff. de fur. l. ſi pigno. in Auth. de her. & Falc. §.
ſi vero. De hoc de excep. c. pe. Io. de Lig. quærit quid de depor-
tatis, & damnatis in metallum, an agere poſſint, an ɔ̃ eos agi.
Agere non poſſunt, quia perdunt, quæ ſunt iuris ciuilis: licèt
deportatus retineat actiones conſecutiuas ad iura, q̄ ſibi cōpe
tunt, & retinet ad ꝑnam ius. Et ſatis puto, quod illud ius agen
di nō ſit ꝓpria actio ciuilis, ſed ius agendi antiquū cōpetēs ex
ęquitate iuris gentium, ſm quod non erat vſus actionis: qa il-
lud non tollitur ex perditione iuris ciuilis: & illo iure agi pōt,
qñ ius agendi tollitur remanente fundamento iuris gētium,
vt no. Inn. de conſti. quæ in eccleſiarum. & no. Guil. de Suz. &
Cy. poſt eum in l. præſcriptione. C. de prec. Imp. offer. Nō puto
tñ quod illud ius agendi competat ex tali ęqtate de iure cano
nico, excōicato: qa non ſolū priuatur exercitio actionis, ſed a
14 ſtatu iudicij, vt hic. † Nunquid aūt deportatus poſſit ꝯueniri?
Dic, qđ non: qa ſunt mortui iuriſdōne, ſed aget ɔ̃ poſſeſſores
bonorū. ff. de bo. poſ. l. j. Hoc puto ꝓ præteritis iurib. q̄ trāsfe-
rūtur in fiſcū. C. ad legē Iuliā de vi. l. tutoris. Pro futuris autē
obligationib. deportatus pōt agere, & ꝯueniri. ar. ff. de fideiuſ.
l. ſi debitor. ff. māda. l. ſi vero nō remunerādi. l. is, cuius. Et ꝓce-
dūt hæc in deportato: in dānato in metallū ꝓcedūt ea, q̄ dicit
hodie auth. in deportato, an ꝑꝑ ius aget, pendet ex auth. bona
15 dānatorū. C. de bon. dāna. Dic, vt ibi. † Quid de periuro? Dic ꝙ
pōt ꝯueniri: licet quidā dñt ɔ̃: qa non pōt iurare de calūnia.
22. q. 5. paruuli, qa hoc eſt iurm oneris, non honoris. Sentit ꝙ
nō poſſit agere. nō bñ ſentit: qa agere pōt inquantū in mate-
ria, qua agit, ſpecificè non repugnet iurm: qa reperit, ꝙ periu-
rus repellat ab agendo, ſi iurm nō obuiet ſpecifice ei. De mo-
nacho remittit de reſcr. cum dilecta, & de re iudi. cum I. & A.

*SVMMARIVM*

1 *Clericus de omni crimine debet coram iudice eccleſiaſtico conueniri. 4.*
*Idem in ciuilibus, & perſonalibus. nu. 10.*
2 *Arguere licet de lege ad conſuetudinem, & econtra.*
3 *Conſuetudine non licet, quod per legem non licet.*
5 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari, & in materia ſpectante ad canones lege contrariante ſtandum eſt canoni. nu. 8. & quando non contrariatur, quandoque canon ſequatur legem. nu. 12.*
6 *Iudicando aut conſulendo in ſua materia in dubio, an ſit credendum peritis in arte ſua.*
7 *Iudex ſecularis habet iuriſdictionem in clericum degradatum.*
9 *Iudex eccleſiaſticus poteſt punire quamcunque perſonam transgredientem ſacram regulam.*
11 *Conſuetudo contra ius non valet, niſi ſit multum rationabilis, & legitimè præſcripta.*
*Vtilitas eccleſiæ, an præferatur publicę.*
12 *Iudex in iudicando an, & quādo debeat ſequi legem ciuilem, vel canonicā.*

## CAP. VIII.

1 CLerici. ¶ † Clericus de omni crimine dēt corā
eccleſiaſtico iudice ꝯueniri, nec valet
ꝯſuetudo ɔ̃ria. h. d. Duo facit, legē probat, ꝯſuetudi
2 nem improbat. ¶ † Not. primo licitum arguere de
3 lege ad ꝯſuetudinē, † & eɔ̃, quod non pōt fieri ꝑ legem nō pōt
4 fieri per conſuetudinem. ¶ † Not. 2. quod regulariter clerici in
quacunq; cā debent coram eccleſiaſtico iudice conueniri: &
quod non pōt conſuetudine induci, vt clericus coram iudice
ſeculari conueniatur: nec ēt pacto, vel iurō poteſt fieri: vt j.
5 ti. j. ſi diligenti. ¶ † Not. tertio, quod non dedignantur leges ſa-
cros canones imitari: & ſic in materia ſpectante ad canones,
lege ɔ̃riante canoni, ſtandum eſt canoni. Imperator proteſta-
tur ſe velle proſequi, & ſeruare regulas ſacras. in Authē. quo-
mo. opor. epi. §. j. col. j. Per hoc arguit Frā. Doctores legū poſt-
ponendos doctoribus Decretorum, ēt ſi non ſunt clerici, quo
6 ad honorem deferendum. † In iudicando aūt, vel conſulendo,
in materia ſua in dubio eſt magis credendum in arte ſua peri
7 tis, cæteris paribus plus creditur: vt no. de teſti. cauſam. † Opp.
quod aliquo caſu tractetur cauſa clericorum coram iudice
ſeculari. j. eo. cum non ab homine. de pœnis. c. 2. li. 6. in vltima
gl. Solu. Doc. hic in non degradato: contrarium in degradato.
8 de quo dic, vt ibi, & j. eo. cum non ab homine. ¶ † Opp. quod
non faciat ad propoſitum rō, quæ ponitur in principio, quia
deciſum eſt de conſuetudine, & non de lege. Dic quod facit ꝑ
locum a maiori, ſi canon vincit legem, fortius cōſuetudinem,
& ſic legem non ſcriptam, & particularem: erat enim conſue-
tudo legis omnes fures puniri a iudice ſeculari, ꝑ decreta. Di-
cit Io. An. quod cauſæ omnes eccleſiaſticę ſunt tractandæ ſe-
cundum canones, & non ſecundum leges, tam in examina-
tione, q̄ in diffinitione, nulla contradictione admiſſa. in Auth.
de ſanct. epiſco. §. ſi autem eccleſiaſtica. & ſeq. §. pro omnib. Et
cum ille textus indiſtinctè loquatur, ex hoc cōcluditur, quod
cauſæ eccleſiaſticæ inquantum coram iudice ſeculari tractan
tur, decidi debent ſecundum canones, & nō ſecundum leges.
Ad hoc in auth. de manda. prin. §. ſi vero canonicum. collat. 3.
9 † Item dicit Ioannes Andre. ſecundo, quod epiſcopi poſſunt
quamcunq; perſonam tranſgredientem ſacram regulā puni-
re. in auth. de ſanct. epiſcop. §. vt autem omnis eccleſiacticus.
10 colla. 9. † Quod dicit hic non poſſe clericum conueniri in cri-
minali coram ſeculari, idem dicit in ciuilibus, & perſonalib.
11 vt patet. j. eo. qualiter. ti. j. c. ſi diligenti. ¶ † Opp. cum glo. quod
valeat conſuetudo contra ius, 10. di. de his. ſ. de conſue. ca. fin.
So. Valet conſuetudo, quando eſt rationabilis & legitimè prę
ſcripta, vt ibi. irrationabilis non, vt erat iſta: hæc enim erat irra
tionabilis, quia contra libertatem eccleſiaſticam, in qua nu-
tritur ius publicū, & vtilitas publica. de quo 8. diſt. fruſtra. gl.
12 fuit Vin. ¶ † De materia decre. an canon ſequatur legē, vel eɔ̃,
vide de ope. no. nunc. ca. j. Dic ſi quæritur an lex, vel canon ſit
ſeruandus: in materia ſpectante ad iudiciū eccłiæ canon ſer-
uandus eſt, & non ſeruanda lex, vt hic: & hoc quando natura
materiæ eſt talis, quia eccleſiaſtica, vel ſpiritualis: ſed ſi altero
accidenti, vt quia conueniretur clericus coram eccleſiaſtico
a laico, vel cauſa laici tractaretur: dic, vt dicam j. de foro cōp.
quod clericis. iō ſi cauſa tangit clericum ꝯuentum, vel agitur
de re eccleſiaſtica, vel ſpirituali, tractanda eſt cā ſecūdum de-
ciſiones eccleſiaſticas. Si materia eſt ciuilis tantum, ſequēda
eſt lex in foro ſuo, dummodo non inducat ad peccandum. de
præſcr. c. fi. de conſue. c. fi. & no. in regula, poſſeſſor. de reg. iur.
li. 6. Si materia eſt mixta, ſi lex obuiet canoni, & poſſit ſeruari
ſine peccato, in foro ciuili ſeruanda eſt lex, in foro canonico
lex canonica. Si fori ſunt diuiſi, vbi eſt lex: vt not. de teſta. rela-
tū. & c. cum eſſes. Hoc verum, niſi materia eſſet pia, qa ſeruan-
dus eſſet canon. Ideo puto ſi in cauſis dotis, libertatis, teſtamē
ti ad pias cauſas, pupillorum, viduarū, vel aliarū miſerabiliū
perſonarum canon aliquid ſtatueret contra rigorem legū, qđ
canon ille ſeruandus eſſet in illa materia: quia quo ad tales
protectiones, & defenſiones ſunt ſubiecti iudici eccleſiaſtico:
de quo j. ti. j. c. licet. & c. ex tenore. Ad hoc quod no. in d. ca. cū
eſſes. & idē in cauſis pauperum: & eſt gl. expreſſa de teſtamē.
relatum.

relatum. Si fori non ſunt diuiſi, quia ambo ſunt vniti in eccle
ſiam, vt quando eccleſia habet temporalem iuriſdictionem
in locum: tunc dico, quod ſeruandus eſt canon. de appel. cum
ſit Romana. & c. ſi duobus. Ad hoc quod no. ȷ̄. titu. j. licet. imo
idem ſi aliter accidentaliter, vel ex conſuetudine fori vniātur,
vt dicam ibi, ſi lex non poſſet ſeruari ſine peccato, ſeruandus
eſt canon. de præſcri. c. ſi. de conſue. c. ſi. no. in reg. poſ. de regu.
iur. lib. 6. vbi gl. Ad hoc quod no. de iureiu. licèt. li. 6. & vbi nō
vellent ſeculares iudices ſeruare canones in materia peccati,
poſſent ad hoc compelli per eccleſiaſticos iudices, vt ibi. In ca
ſu ergo noſtro ſeruādus eſt canō, quicquid dicat lex, in auth.
de eccle. ti. §. ſin vero crimen.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex prouidere debet, ne clerici coram eo litigent ſine prælati authoritate.*
2 *Monachi quandoque appellantur in vulgari fratres.*
3 *Iudex poteſt de facto ſupplere ſuper habilitate perſonarum, & circa libelli ineptitudinem.*
4 *Epiſcopus poteſt eſſe prælatus monachorum, quando abbatia eſt vnita epiſcopatui. nu. 8*
5 *Monachi non poſſunt eſſe in iudicio ſine authoritate ſui epiſcopi in agendo, licet ſecus in defendendo. nu. ſeq.*
6 *Procurator pro alterius nomine in iudicio comparere poteſt ſine mandato, in defendendo tamen cautionibus debitis præſtitis.*
7 *Capitulum non poteſt impetrare ſine prælato, etiam in caſibus, in quibus agere prohibetur ſine conſenſu capituli.*
8 *Epiſcopus non poteſt eſſe abbas iure communi.*
9 *Capituli acta non poteſt indiſtincte epiſcopus retractare, licet ſint ſine eius conſenſu celebrata.*
10 *Sententia lata pro capitulo, qui egit in iudicio ſine epiſcopi aut prælati conſenſu, an valeat.*

## C A P. IX.

1 CAuſam. † Iudex prouidere debet ne clerici li-
tigent coram eo ſine authoritate p̄la
ti. h. d. Cauſam committit: delegatum inſtruit: &
cauſam inſtructionis ponit. Secūda ibi: prouideas.
Tertia ibi, ne ſi. Caſus, Quidā monachi Dulmeñ.
monaſterij habebant cauſam tanquam actores cōtra mona-
ſterium Albanen. In curia literę fuerunt impetratæ. Inter alia
pars, contra quam impetrabant, petebat a Papa ꝙ ſi iſti Dul-
men. volebant aliquid petere, venirent ad iudicium ſic legiti
mati: ꝙ ſi contingeret ſententiam ferri, ipſa eſſet valida, & lis
ſopita iterato non poſſet ſuſcitari: Papa cauſam commit-
2 tit, & conſtituit iudicem, & aſſignat cauſam. ¶ † Not. ꝙ mona-
chi aliquando appellantur fratres, quandoque monachi. Fra
tres appellantur in noſtro vulgari mēdicantes: monachos ap-
pellamus habentes bona in communi: & ſic eos fratres appel
3 lat Papa, de exceſſi. prelato. nimis iniqua. ¶ † No. hic regulam,
iudicem poſſe ſupplere de facto ſuper inhabilitate perſona-
rum, in quibus fundatur iudicium, quando ex eo ſurgit nulli-
tas iudicij, & fruſtratio: quia iudicis intereſt, ne coram eo fru-
ſtretur iudicium. Ad hoc c. eccleſiam, vt lite pendente. Et idē
in quocunq; actu ex quo ſurgeret iudicij fruſtratio: ideo ſup-
plet circa ineptitudinem libelli male concepti: vt patet de li-
bel. obla. c. j. Ad hoc gl. de elect. ca. j. lib. 6. in verbo, abſentia. in
4 fi. & in Spe. de iur. cal. §. ſuper eo. ver. quid ſi tutor. ¶ † No. ar. ꝙ
5 epiſcopus poteſt eſſe prælatus monachorum. ¶ † No. ꝙ mona
chi non poſſunt eſſe in iudicio ſine authoritate ſui epiſcopi:
& ſic capitulum non agit ſine prælato. de quo de reſcrip. edo-
ceri. & hoc quando ſunt actores, quod patet ibi, ingrediantur.
6 ¶ † Oppo. quòd conuentus poſſit eſſe in iudicio ſine prælato,
ſaltem vt reus: quia quilibet poteſt alterum defendere ſine
mandato cum cautionibus debitis: vt no. de procur. c. j. Solu.
Dicit Ioan. Andre. quòd iſti fratres Dulmen. monaſterij erant
actores, quod patet ibi: litem ingrediantur. qđ & ſequitur Ioā.
And. in addi. Spe. in ti. de Reſcri. præſenta. §. Ratione quoque
7 eius. in fi. † Et ex hoc concludit, ꝙ in caſibus in quibus nō po-
teſt conuentus agere ſine prælato, quod nihilominus impe-
trare poteſt literas conuentus ſine prælato: quia vt patet in
antiqua, cauſa erat commiſſa audienda, & diffinienda abbati
de Euenſtani, & tamen abſque noua impetratione, dummo-
do in agendo perſona conuentus legitimetur, agere poteſt co
ram eiſdem. Idem dicit econuerſo, ſi cauſa eſſet conuentus, in
tantum quod eſſet diuiſa adminiſtratio: quo caſu non ageret
prælatus ſine conuentu: nihilominus poſſet impetrare, vt ipſe
8 ibi no. ¶ † Opp. quod non ſit poſſibile quem eſſe abbatem, &
epiſcopum. de præben. de multa. cuius contrarium innuit li-
tera. Solut. eſt poſſibile, intelligendo quod abbatia eſſet vnita
epiſcopatui: nam tunc epiſcopus eſt loco abbatis, & ſic poteſt
præeſſe monachis ibi exiſtentibus, & erit caſus in quo ſecula-
ris clericus præeſſe poterit eccleſiæ regulari: & ſic regularis
poteſt vniri ſeculari. De quo in clem. j. de electio. per Pau. vel
erat eccleſia cathedralis, ſicut in Anglia ſunt multæ regula-
res, quę ſunt & cathedrales: quo caſu epiſcopus eſt epiſcopus
& abbas. Et ſic non obſtat etiam de conceſ. pręb. cum noſtris.
vbi non poteſt epiſcopus habere cathedralem cum præpoſi-
9 tura. Ad primum dicunt expreſſum de offi. ord. debet. ¶ † Op-
po. quod non valeat indiſtinctè tractare, quæ ſunt acta p̱ mo-
nachos. de reſcrip. edoceri. Intellige quòd negotium erat grā-
de, vel quando erat commune, ſecundum Inno. infra de his,
quæ fi. a præla. quanto. ſecundum Innocen. In antiqua dicitur
quod agebatur ſuper quadam eccleſia, cuius gratia olim con
ſueui tractare, an & quando agat prælatus ſine conuentu, vel
conuentus ſine prælato: quod nunc omitto, quia ſcriptum
eſt de reſcr. edoceri. vbi etiam de poteſtate impetrandi. Quid
autem de particularibus eccleſiæ: dicam infra, de teſt. cum
10 olim. ¶ † Quæro an ſi lata ſit ſententia pro conuentu ſine prę
lato, valeat ſententia illa. Dicit hic Pet. quòd non reuocaretur
ob hoc, quòd lata foret abſque p̄lato. C. de procu. l. non eo mi
nus. Pro hoc glo. C. quomodo, & quando iu. ſi ea. vbi no. gloſſ.
quod ſententia lata pro non contumace etiam teneat, licet
non valeat contra eum. Idem quod iſta ſentit gl. in l. properā-
dum. §. ſin autem reus. C. de iudi. & l. quamuis. C. de adul. Cre-
do quod nec pro conuentu teneat ſententia, ſicut nec ſenten-
tia lata pro non contumace, & furioſo. ff. de re iudi. l. furioſo.
C. quomodo, & qñ iu. ſi ea. quia hic nullitas ex alio, quam
ex mero furore conuentus, vt non valeat ſententia pro eis,
contingit, ex eo quia non habet poteſtatem ſolus conuentus
rem in iudicio deducendi ad præiudicium eccleſiæ: & hoc ex
mero rigore, ſicut communiter tenent doct. ſententiam non
tenere pro nō citato in d. l. ſi ea, & l. furioſo. Ex hoc ceſſat l. nō
eo minus, quæ loquitur, quando nullitas ſurgit a principio
meri fauoris. Ad hoc quod pleniſſimè ſcribit Inno. & Archid.
quicquid ibi ſenſerit Compoſt. de reſcrip. diſpendia lib. ſexto,
in verbo, nec proceſſus valeat. & ibi Ioan. Andre. quod reſcri-
ptum impetratum contra tenorem illius cap. non valeat, ne-
dum quo ad proceſſum pro impetrante, ſed nec quo ad pro-
ceſſum pro eo, contra quem eſt impetratum. Gloſſ. colligit,
prælatum conuentum non eſſe in iudicio ſine conſenſu capi-
tuli, nec capitulum ſine conſenſu prælati. Alleg. iura, & remit
tit ad capitu. edoceri. Item ad hoc, 3. quæſtio. quinta, cap. vlti-
mo. docto. hic excipiunt caſum, in quo eſt in iudicio conuen-
tus ſine conſenſu prælati, ſi conuenitur ex maleficio, ſecun-
dum Vincen. quod eſſe poteſt, vt not. de ſimo. dilectus. ſecun-
dum Ioan. And. &c.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericus depoſitus incorrigibilis deponitur per curiam ſecularem ad requiſitionem eccleſiæ,*
2 *Iudicandi actus in clericos eſt laicis interdictus.*
3 *Clericus pro quibus delictis poſſit deponi.*
4 *Delictum non probatur ſola criminis deprehenſione.*
5 *Quomodo aduerſus clericum delinquentem procedatur.*
6 *Excommunicatio, & anathematizatio quomodo inter ſe differunt. 32.*
7 *Depoſitus clericus, etiam incorrigibilis, incontinenti non eſt ſub poteſtate iudicis ſecularis, ante quam tradatur.*
8 *Pęna creſcit creſcente delicto, ſeu contumacia,*
9 *Contemnere, vel ex contemptu peccare, quis dicatur.*
10 *Excommunicatio, vel depoſitio, an ſit vltima pęna ſupplicij per eccleſiam imponendi. nu. 18.*
11 *Iudicis ordinarij poteſtate, ceſſante in iuſtitia adminiſtranda habetur recurſus ad extraordinarium ſubſidium.*
12 *Brachium ſeculare inuocare eſt via ſubſidiaria, non autem principalis.*
*Clericus non poteſt incarcerari per iudicem ſecularem pro debito ciuili, niſi deficiente poteſtate eccleſiaſtica. nu. 17.*
13 *Delicto irregularitatem cauſante, non immediatè ſupponitur clericus iudici ſeculari. nu. 19.*
14 *Irregularis non dicitur ipſo iure depoſitus.*
15 *Homicidium non eſt omni tempore dignum degradatione.*
16 *Clerici an puniantur pęna exilij. nu. 17.*
17 *Clericus incorrigibilis an, & quando videatur ſubditus poteſtati ſeculari.*
19 *Clericus degradatus dicitur exutus omni priuilegio clericali.*
20 *Clericorum quoruncunque appellatione qui comprehendantur.*
21 *Clericus, etiam in minoribus conſtitutus, eſt capax actus degradationis ratione incorrigibilitatis, vel delicti.*
22 *Clericus quis dicatur incorrigibilis, vel ex quibus deprehendatur incorrigibilitas.*
23 *Aduerſus clericum delinquentem non eſt vtendum gladio temporali, niſi præmiſſo ſpirituali.*
24 *Delicti ratione, in quo poſſit eſſe perditio plurimorum, ſi id impunitum remaneret. nu. ſeq.*
25 *Exitium idem eſt, quod mors, ſeu mortis periculum.*
26 *Iudex poteſt reddere ius, & ſententiam ferre quotunq; die ſolenni aduerſus delinquentes notorios.*
28 *Delinquens quando dicatur eſſe deprehenſus in delicto notorio.*
*Teſtis non poteſt eſſe laicus in delictis contra clericum.*
29 *Delinquens in flagranti delicto deprehenſus, an poſſit ex ſola deprehenſione puniri.*

30 *Delinquentis*

30 *Delinquentis clerici deprehẽſio in eodem delicto facta per clericos, an proficiat ad inducendum notorium.*
31 *In delicto, an liceat laico impune clericum deprehendere, vt nõ dicatur incurrere excommunicationem.*
32 *Iudex ſecularis non poteſt clericum delinquentem, & in delicto repertum impune capere.*
33 *Contra delinquentem etiam clericum quomodo in pœnis irrogandis procedi debeat.*

## C A P. X.

1 CVm non ab homine. †Clericus depoſitus incor
rigibilis deponitur per curiam ſecularem. Cõmu-
2 nis diuiſio. Secunda ibi: Conſultationi. ¶ † No. j. ꝙ
regulariter actus iudicandi clericos eſt laici interdictus, & ꝙ
clericus cuiuſcunque ordinis quo ad hoc gaudet priuilegio
clericali, & quod clericus cuiuſcunque ordinis, etiam in mi-
noribus, eſt ſuppoſitus iuriſdictioni eccleſiaſticę, & ab eo ſolo
põt iudicari, & quod quilibet clericus, etiã in minorib. eſt ca
3 pax ſententiæ depoſitionis. ¶ †Secundo not. hic aliqua crimi-
na depoſitione digna, furtum, homicidium, & periurium, &
4 alia enormia, de quib. ſ. eo. ti. at ſi clerici. ¶ † No. tertio, ꝙ ſola
deprehenſio in crimine non probat delictũ, niſi cum hoc con
currat, vt aliter de delicto conuincatur. ad hoc ff. de adul. l. ca
5 pite qnto. & l. quomodo. §. fi. ff. de edi. edi. ¶ † No. practicã ꝓce
dendi contra delinquentem, quando proceſſus capit princi-
pium a delicto, quia conſtito de delicto deponitur, ſi delictum
eſt depoſitione dignũ, & ſi ſe corrigat, quia non iterat, vel con
tinuat delicta, & depoſitionem ſeruet, & pœnam, & pœniten-
tiam iniunctam bene quidem: aliàs ſi ſit incorrigibilis prædi-
cta non ſeruando, excommunicatur, tertio anathematizatur,
6 & vltimo traditur curię ſeculari. ¶ † No. aliud eſſe, quem excõ
municare, & aliud, quem anathematizare, quod qualiter in-
7 telligatur, dicam cum gl. ¶ † No. depoſitum, & etiam incorri-
gibilem, ante quam tradatur, non eſſe ſub poteſtate ſecula-
8 ri, ſed adhuc iudici ſubeſſe eccleſiaſtico. ¶ † No. quod creſcen
9 te contumacia, &c. vt lite non cont. quoniam. in fi. ¶ † Not. qs
contemnere dicatur, vel ex contemptu peccare, qui multo-
10 ties ab homine correctus non emendat. ¶ † No. ꝙ vltra depoſi
tionem, & excommunicationem, non videtur eccleſia habe-
11 re vltra quid faciat. ¶ † Et nota, ꝙ ceſſantibus remedijs ordina
rijs, habetur recurſus ad extraordinaria, vt deficente poteſtate
eccleſiaſtica in ſubditos corrigendo, ſiue defectus ſit in facto,
de offi. ord. ca. j. 23. q. 6. adminiſtratores. 106. diſt. cum ad verũ.
ſiue in iure, vt hic, recurſus habetur in ſubſidium ad iudicem
12 ſecularem. † Et ſic via inuocandi brachium ſeculare eſt ſubſi-
diaria, nõ principalis, ſcilicet in defectum poteſtatis eccleſia-
ſticæ, ſiue detur defectus in facto, ſiue in iure. Non poteſt ergo
principaliter inuocare. Per quæ dixi iudicem eccleſiaſticum
non poſſe arctare ſecularem ad carcerãdos clericos pro debi-
tis, vbi habet poteſtatem carcerãdi, & carceres habiles ad cle-
ricos detinendos. Ad hoc dictum ca. adminiſtratores. ad hoc
13 ca. q. Princeps. de offi. ord. c. j. ¶ † Nota crimina, etiam irregula
ritatem cauſantia, nõ immediatè ſupponere quem iudici ſe-
culari: nec pro his tradendus eſt curię ſeculari ante incorrigi-
14 bilitatem. ¶ † Not. irregularem ipſo iure non fore depoſitum,
15 ſed deponendum. ¶ † No. hic apertum, ꝙ pro crimine homi-
cidij quis non degradatur, quia expectatur incorrigibilitas.
16 ¶ † No. argu. eccleſiam non habere pœnam exilij, & quod in
degradationis actu eccleſia intercedere debet, ne tradatur cle
17 ricus pœnæ temporali. Ad hoc de verb. ſig. nouimus. ¶ † Nota
quod delictum depoſiti, etiam cum incorrigibilitate, nõ ſub-
mittit, nec depoſitio quem iudici ſeculari, ante quam tradat:
& ſic videtur, ꝙ propter incorrigibilitatem, etiam depoſiti, qs
non perdat priuilegium clericale. Poſſet colligi contra, vt de-
poſitus cum incorrigibilitate perdat priuilegium, nec exigat
alia traditio, vel degradatio. Per quod videtur homicidã plu-
ries iterantem non eſſe degradandum, ſed iterantem poſt
depoſitionem, eſſe ſtatim ſubiectum abſque alia traditione.
18 ¶ † Opp. j. eccleſiam habere alias pęnas vltra excommunica-
tionem, de quibus de homic. pro humani. li. 6. in gl. 3. So. Non
intelligas, quod eccleſia non haberet alias pęnas, vel vltra qd
faciat ex defectu poteſtatis quo ad pęnas, ſed quia de facto pp
19 huius potentiam hic non poterat corrigi. ¶ † Oppo. ſecundo,
quod data incorrigibilitate, non ſtatim puniatur per ſecula-
rem, ante quam tradatur. de cle. excom. c. 2. in fin. de verb. ſig.
nouimus. Sol. Dicit Hoſti. inquantum litera dicit, eum per ſe-
cularem poteſtatem comprimendum: hoc eſt verum ad req-
ſitionem eccleſiæ, vel per ipſius traditionem, & nõ aliter, pro
quo ẽt intercedit eccleſia, ne mors infligatur. j. de ver. ſig. no-
uimus. Sed iudex ſecularis faciet quod ſibi videbitur. Io. And.
dicit quod hæc decr. non loquitur in degradato, in quo nõ pu
tat neceſſariam incorrigibilitatem, ſed dicit eũ ſtatim eſſe de
foro ſeculari: vt in d. decre. nouimus. de pęnis. c. 2. in fin. lib. 6.
In verbali ergo depoſitione intelligitur, quod hic dicitur. Vi-
de practicam, quæ poteſt eſſe duplex. Vna, quod clericus depo
ſitus ſecuta incorrigibilitate degradetur, & tunc non expectat
alia traditio, quia in degradationis actu exuitur omni priuile-
gio clericali. de pen. c. 2. li. 6. & non eſt neceſſaria alia traditio,
maxime cum ſit præſente iudice ſeculari. Secundo modo po-
teſt practicari, vt iudex eccleſiaſticus ſtante depoſitione, & ſe-
cuta incorrigibilitate eum tradat, vel requirat ſecularẽ ꝓ pœ
na, & ex hoc ipſo traditus eſt: ex quo habes clericũ, ẽt præter
degradationis actũ, in caſu degradationis imponendæ poſſe
abſq; degradatione tradi, & ſic exui priuilegio clericali, ẽt re-
manentib. ordinib. Et nil mirum, quia ẽt nõ depoſitus verba-
liter aliqñ exuitur priuilegio clericali per ſolam monitionem
trinam cum actu immiſtionis circa lęuia, vt de ſent. exc. in au
dientia. contingit. & c. perpendimus. Tertio mõ poteſt intelli-
gi, quod eo quod eſt depoſitus, abſque alia traditione, vel de-
gradatione, ſtante ipſa incorrigibilitate, perdat priuilegium,
& ſubſit poteſtati ſeculari. Et hoc mõ intelligitur Io. And. qd̃
ſi ſola monitio trina, per quam concluditur incorrigibilitas,
exuit quem priuilegio clericali, de ſent. excom. in audientia.
abſque alia traditione, vel degradatione: fortius eũ exuit in-
corrigibilitas ſurgens ex monitione trina in iam depoſitum:
nec hæc litera dicit ipſum tradi, vel degradari, ſed comprimi.
Dictum Io. And. ꝓcedit abſque dubio, qñ incorrigibilitas ſur-
git ex trina monitione. Sed ſi aliter eſſet incorrigibilis, vt quia
depoſitus iterato ſe immiſceret, tunc eſt magis dubium: ſed
ſatis decre. hoc probat. Et hoc tene, licèt Pet. reſtrinxerit hanc
pœnam, & traditionem ad primam practicam, exponens, cõ-
primendus, & primo degradandus, ſecundum Io. And. Ioã. de
Lig. dicit hic neceſſariam traditionem: quia ſicut dñium non
tranſit ſine traditione. C. de pact. l. traditionib. ſic nec hic com
primitur per iudicem ſecularem, niſi tradatur: & propterea
iura vtuntur illo verbo, tradere. Hoc nihil eſt dicere. tene qd̃
20 dictum eſt. ¶ † Quæro primo qui comprehendantur appella-
tione clericorum quorũcunque? Dicit Hoſt. quod eccleſia cõ-
prehendit perſonas eccleſiaſticas, quę gaudent priuilegio ca-
nonis, ſi quis ſuadente. de ſent. excom. non dubium, & ca. por
ro. & idem vr̃ de familia epiſcopi, de quo de officio archidia.
c. fi. §. j. ſecundum Hoſt. ¶ Not. bene quod appellatione cleri-
corum comprehenduntur iſti, ẽt quo ad forũ. dicam j. de fo-
ro compe. c. 2. Comprehendit ẽt clericos primę tõſurę tm̃. de
ęta. & qual. cum contingit. Et quid de coniugatis, vide de cler.
21 coniug. ca. j. lib. 6. ¶ † Tertio ex litera arguit clericum, ẽt in mi-
norib. capacem degradationis actu. de quo de cle. excommu.
22 clerici. ¶ † Quæro qualiter deprehẽdetur incorrigibilitas. Dic
quod deprehẽdetur, quia ſtatim eo depoſito, ſi ſe corrigat, vel
dicat ſe paratum corrigere, imponetur ei pęnitentia, & in mo
naſterium detrudetur ad pęnitentiam peragendã. j. de pęnis.
tuæ. C. de ſportu. l. 2. vbi ſena. l. fi. & iam dixi, quod ſi ei pœnitẽ-
tia eſt iniuncta, & non ſeruet, qd̃ erit per hoc incorrigibilis, &
poſſet tradi. Sed hoc nõ placet. Intelligo ergo eũ incorrigibi
lem, qñ reuertitur ad priora delicta, vel in illis perſeuerat, vel
ter monitus nõ deſiſtit, vt ſentit Ioã. An. Et aduerte cũ ſolũ ſit
illi debita imponenda pœnitentia, non puto quod ꝑ hoc intã
tum dẽat vita attenuari, quod veriſilr̃ moriatur, vt dixi de ver
23 bo. ſig. nouimus. ¶ † Quinto ꝑ literã dicit Hoſt. nõ vtendũ gla-
dio tꝑali, niſi præmiſſo ſpirituali. Ad hoc de hære. ca. 2. & c. ex-
cõmunicamus. §. j. & de homi. poſtulaſti. de cle. excõ. mi. ca. 2.
& idem in iudice ſeculari: qa ipſe, & eius gladius ſunt partes
eccleſiæ. Vnde ſi vult rectè procedere, primo recurrit ad ſpiri-
tualem gladium añ quam vtatur ſuo. Remittit ad ea, q̃ no. de
treu. & pa. c. ꝙ ſit iuſtum bellũ. in fi. Ad hoc de iniur. & dã. da
24 to. c. j. & quod no. de fo. cõp. poſtulaſti. ¶ † Sexto, in quo poſſit
eſſe perditio plurimorum. Dic propter exemplum de ſta. mo.
ea quæ. §. j. vbi de hoc. Vel ẽt plurimos damnificando, vel occi
dendo. de oſſi. præſi. l. congruit. vñ prouidẽdum ne alijs exitiũ
25 ſit, ideſt mors. † Eſt enim exitium idem quod mors, vel mortis
26 periculum. Et dr̃ ab exeo, is: vt not. de of. præſi. l. diuus. † & tali-
bus ẽt diebus quadrageſimalibus redditur ius, & paſchalib.
27 C. de ferijs. l. prouinciarum. ſecundum Hoſt. † Vltimo dicit Io.
And. quod literę intentus eſt in fine inquantum dicit, vel alia
pœna, &c. quod quãquam ꝓ eo intercedat eccleſia, nihilom-
nus & aliam pœnam põt imponere iudex ſecularis: exiliũ ta-
men etiam eccleſia imponere poſſet. 3. q. 4. hi qui. j. de calum.
28 c. j. de pœnis. c. fi. lib. 6. ¶ † Venio ad gl. opp. quod deprehenſio-
ne clerici delictum non efficiatur notorium, quia regulariter
laicus in crimine non teſtificatur contra clericum. 2. q. 7. c. j. 2.
& 3. 6. q. j. beatus. 11. q. j. c. ſecundo, de teſti. de cętero. Non po-
teſt ergo talis deprehenſio tranſire in notorium. Glo. dicit de-
prehenſionem talem poſſe tranſire in notorium duobus caſi
bus. Primo, quando deprehenſioni adſunt clerici, & præſen-
tialiter interſunt deprehenſioni delicti, & detentioni ſpatio
viginti horarum. Secundo, quando per laicos deprehen-
duntur, miſſos tamen authoritate prælatorum ſuorum. de
ſentent. excommun. vt famę. quo caſu duo ſequuntur. Pri-
mum,

mum,quod deprehenſi delictum poteſt eſſe notorium.Secun
dum, quod tales capiuntur abſq; pœna excommunicationis.
¶Quatuor ſunt videnda.Primo an deprehenſio ſola inducat
notorium, vel probet delictũ quo ad aliquẽ probationis gra-
dum.Secundo,dato quod inducat,an deprehenſio clerici per
laicos proficiat ad inducẽdum notorium.Tertio, an laico im
29 pune liceat deprehendere clericum in delicto.¶† Ad primũ
gl.in l.capite quinto.ff.de adul.dicit,quod inducit tm̃ indiciũ.
Gl.de eo,qui duxit in ma.ex literarum. in glo.j.dicit, quod de-
prehenſio inducit infamiam,nec plene probat.All.l.placet.§.
vltro.ff.de ritu nu. Idem Ioã.20.q. vltima.c.j.ad hoc 12.q.j. nõ
dicatis.Glo.81.di.pro concordia.diſtinguit, an deprehenſioni
adſit ſimilitudo in actu delicti:& tranſire põt in notorium.Di
co quod deprehenſio põt inducere indicium,põt inducere fa
mam,& notorium factum ſm̃ quantitatem aſtantiũ,& quali
tatem deprehenſionis: ſi deprehenſio fiat paucis aſtantib.ma
xime in delicto de facili non publico, vt eſt adulterium, non
inducit niſi indicium.Sic loquitur l.capite quinto.Si depħen
ſio fiat plurib.aſtantib.poſt delictum,ita quod teſtes non poſ-
ſint eſſe teſtes delicti,ſed deprehenſionis poſt delictũ, aut detẽ
tionis,& tunc q̃a aſtantes non poſſunt eſſe teſtes actus delicti,
hoc põt tm̃ inducere infamiam,vt dicit glo.in c. ex lr̃arum.&
15.q.2.c.fi.Et his caſib.verificatur gl.Lau.ſo.di.de his.& c.ſi q̃s
diaconus.& tenet Gof.& Hoſt.hic, q̃ dicunt deprehenſionem
nõ ſufficere ad probationẽ,niſi alr̃ conuincat̃. Et ſic dẽt intel-
ligi tex.hic,qui vltra deprehenſionẽ exigit ꝯuictionẽ:ſi depħẽ-
ſio fiat in actu delicti aſtãte toto populo,vel maiori parte po-
puli,ita q̃d immediate delictum apprehendant: & hoc poteſt
eſſe notorium,quia vniuerſitas populi,& vicinia teſtis eſſe po
teſt.de pur.cano.cum dilectus.Et vide q̃d no.Inno. de offi.del.
c.2.lib.6.Sic poteſt loqui gl.hic & Io.ſo. di. ſi quis diaconus.tñ
non tranſit in notoria ex ſola deprehenſione populi,ſumẽdo
ipſam pro captura, ſed bene tranſit ex deprehenſione populi,
ſumendo pro apprehenſione ſenſus naturalis, & immediati:
alias nõ poteſt eſſe teſtis, niſi per auditum: & hoc eſſet potius
probare famam, quam notoriũ. Idem ſi ſumatur deprehẽſio
pro probatione iudicialiter facta, vel confeſſione: talia enim
trãſeunt in notoriũ,ſaltem iuris. Et ſic põt intelligi de adul.c.
quod ſic in Papa: in inferiore prælato, vbi dixi eũ recuſandũ,
vt in cauſa eccleſiæ, valeret: vbi dixi nõ poſſe, tenet Inn. quod

non valet iudicium, in dicto capit. ex parte. alleg. C. ne quis in ſua cauſa l. prima. C. de arbit. l. pe. De poteſtate an cognoſcat de iniuria familię ſuæ, vel alio rectore temporali, vide per Cy. poſt Ia. de Are. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. & per Bart. ff. de pęnis. l. ſi quis aliquid. §. legatis.

### SVMMARIVM.

1 *Laicus conuenitur coram iudice eccleſiaſtico ratione peccati.*
2 *Deus omnia ſcit, & ſolus eſt cordium ſcrutator & ſecretorum cognitor.*
3 *Iudicis ſecularis iuriſdictionem non debet Papa turbare.*
4 *Iuriſdictionis habitum an Imperator habeat a Papa.*
5 *Delegata cauſa ab ordinario, ſuperiore iuriſdictionem delegatam confirmãte, non poteſt ordinarius illam reuocare.*
*Iudex ordinarius non poteſt locum tenentem reuocare, quando ille fuit cõfirmatus a ſuperiore.*
6 *In denuntiatione peccati quot requiruntur.*
*Peccator quomodo debeat moneri de peccato ſuo.*
7 *Appellaſſe qui aſſerit, arctatur onere probandi.*
8 *Clauſula, ſi peccauerit, reſpicit nedum occulta, ſed etiam manifeſta.*
9 *Iuriſdictio duobus ſignis tribuitur, videlicet priuilegio, & conſuetudine.*
10 *Iudex eccleſiaſticus poteſt quęlibet ratione peccati coercere.*
11 *Iniuriam nemini infert, qui iure ſuo vtitur.*
12 *Imperator ſubeſt Papæ, & ſuo diœceſano.*
13 *De genere alicuius dicuntur deſcendentes, etiam ex matre.*
14 *Scire quilibet præſumitur facta ſui coniuncti, a quo deſcendit.*
15 *Litis triplex eſt pars.*
16 *Appellari poteſt per laicum a ſuo iudice ſeculari ad eccleſiaſticum.*
*In materia appellandi attenditur qualitas iudicis a quo, & ad quem.*
17 *Acta geſta coram iudice a quo, probãt, & fidem faciunt in iudicio, ad quod appellatur.*
18 *Papa dicitur habere poteſtatem immediate a Deo.*
*Imperator, ſeu princeps dicitur habere poteſtatem a Papa, & populo.*
20 *Eccleſiæ permittitur pręciſa correctio peccati.*
21 *Iudex poteſt quandoque imponere pęnam temporalem a legibus ſtatutam ratione peccati.*
22 *Iuſtitia neminem cognoſcit.*
23 *Finis correctionis peccati eſt vt quis a vitio correctionis peccati retrahatur ad virtutem.*
24 *Pax eſt charitatis vinculum.*
25 *Charitas eſt dilectio Dei, & proximi.*
26 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa circa pacem, & iuramentum.*
27 *Diſſimulatio peccatorum inferiorum in prælato eſt peccatum mortale.*
28 *Pax, & treuga, inter ſe differunt.*
29 *Ad contumacem reducendum plura ſunt remedia adhibenda.*
30 *Vbi de pace facta dubitatur, poteſt eccleſia laicos compellere ad treugas.*
31 *Clauſula, ſine ſtrepitu & figura iudicij: quid importet.*
32 *Excommunicati, & ethnici æquiparantur.*
33 *Epiſopus quomodo dicatur iudex ordinarius, vbi iudex maior prouinciæ aliquem lædit.*
34 *Ethnicus, & ethna quid ſignificet.*
35 *Aduerſus denuntiatorem quæ exceptiones admittãtur, ne denuntiatio noceat accuſato.*
36 *Feudalis cauſa quando poteſt tractari per alium, quam per dominum feudi.*
37 *Legatus Papæ poteſt ſupponere terram interdicto, ex eo quod non obſeruat mandatum Papæ.*
38 *Denuntiationis materia quæ, & qualis ſit, & qua via fieri poſſit.*
39 *Agendi modus eſt multiplex.*
40 *Denuntiatio quotuplex.*
41 *Denuntiatio Euangelica an procedat ab actu charitatis, vel iuſtitiæ.*
42 *Denuntiatio Euangelica an ſit præcepti, vel conſilij.*
43 *Præcepta negatiua ſemper obligant, & ad ſemper, niſi forte reuelatione diuina.*
44 *Virtutum actus non quolibet modo, & tempore fieri debent, ſed ſeruatis debitis circunſtantijs.*
45 *Correctio fraterna tripliciter poteſt omitti.*
46 *Corrigere prælatum an ſubditus teneatur.*
47 *Corrigi an quis poſſit, vbi ex correctione fit deterior.*
48 *Denuntiare an quilibet poſſit fratrem ſuum Chriſtianum delinquentem.*
49 *Peccator humiliter corrigendo non peccat, nec nouam ſibi damnationem acquirit, numero 48. & quomodo debeant peccatores corrigi. nume. 32. & 33.*
50 *Denuntiari poteſt omnis perſona, quæ eſt in peccato.*
51 *Correctio, ſeu denuntiatio, pro quibus peccatis habeat locum.*
52 *Denuntiatio Euangelica an habeat locum in peccatis occultis.*
53 *In denuntiatione Euangelica quę forma ſeruari debeat.*
54 *Procedi quomodo debeat aduerſus peccatores denuntiatos.*
55 *Denuntiationes Euangelicæ finis, & effectus quis, & qualis ſit.*
56 *Denuntiatio iudicialis quotuplex ſit.*
57 *Denuntiatio iudicialis priuata cui, & contra quem competat.*
58 *Falcidiam, vel Trebellianicam de legatis, ſeu fideicommiſſis detrahens, an poſſit denuntiari hac ſpecie denuntiationis Euangelicę.*
59 *Præſcriptione tutus, qui vere naturaliter obligatus erat, an poſſit denuntiari via denuntiationis Euangelicæ, vt in foro conſcientiæ non videatur poſſe pręſcribere. nu. 64.*
60 *Filiusfam. obligatus ratione mutui, & tutus ſenatuſconſulto Macedoniano, an poſſit contra dictam exceptionem denuntiari.*
61 *Mulier quod obligari nequeat pro debito alieno diſpoſitione ſenatuſconſulti Velleiani, an poſſit denuntiari Euangelicę.*
62 *Pupillus an dicatur poſſe naturaliter obligari, vt poſſit contra ipſum excipi per denuntiationem Euangelicam.*
63 *In omni caſu, in quo aduerſus naturalem obligationem daretur reſtitutio, tunc aduerſus illam non daretur denuntiatio.*
65 *Exceptione rei iudicatæ tutus, qui tamen eſt naturaliter obligatus, poteſt denuntiari Euangelicæ, vt dicta denuntiatio ei obeſt.*
66 *Teſtamentum nitens impugnari ratione præteritionis, vel ſolennitatis non obſeruatæ, an poſſit arctari ad voluntatem defuncti obſeruandam per denuntiationem Euangelicam.*
67 *Denuntiatio iudicialis, etiam priuata, contra quem competat.*
68 *Denuntiationis iudicialis priuatę quis, & qualis ſit effectus.*
69 *Denuntiatio iudicialis in quo differat ab Euangelica.*
70 *Denuntiatio canonica quotuplex ſit.*
71 *Denuntiatio regularis quę, & cuius ſit effectus, & qua forma poſſit expediri.*
72 *Papa habet habitu vtrunque gladium authoritate Euangelij.*
*Iudex eccleſiaſticus quo caſu poſſit vti iuriſdictione temporali, etiam incidenter.*
73 *Papa poteſt cognoſcere de quęſtione feudi inuito domino, ratione violati iuramenti, & pacis.*
*Iudex eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere de re temporali ratione violati iuramenti, & pacis fractæ. & ſic indirectè.*
74 *Appellari poteſt a iudice ſeculari ad Papam, ſeu alium ſuum delegatum, pro iniuſtitia ſententiæ, per viam denuntiationis.*
75 *Feudi quæſtio inter duos vaſallos debet per dominum feudi terminari.*
76 *Lex abrogata an poſſit allegari.*
77 *Legem ſicut Papa pro ſe recipit, an ita contra ſe recipere teneatur.*
*Conſuetudo, vel ſtatuta prouinciæ, an ligent eccleſiam eiuſdem prouinciæ.*
78 *Hæres an poſſit compelli ad faciendum ſepulchrum defuncto.*
79 *Colligens vuam præmaturam tenetur domino ad damnum.*
80 *Quomodo procedi debeat aduerſus colligentes vuas maturas, vel præmaturas.*
81 *Exceptiones quę poſſint admitti contra denuntiationem iudicialem, vel regularem, ſeu canonicam, vbi in Euangelica denuntiatione admittuntur infames de crimine emendati.*

## CAP. XIII.

1 NOuit. †Laicus ratione peccati, & maxime periurij, vel pacis fractę, coram eccleſiaſtico
iudice conuenitur. Diuidit Hoſti. in tres partes. In
prima excuſat ſe Papa, oſtendens quod non intendit iudicare de feudo, ſed de peccato. In ſecunda ibi: non igit̃.
oſtendit ꝙ rex non debet proceſſum ſuum ad iniuriam reuocare: & hoc probat diuerſis exemplis, & teſtimoniis ſcripturarum. In tertia ibi: nec igitur. oſtendit, ꝙ ipſe Papa non debet
hoc diſſimulare. Et concludit ſub triplici forma, vel quòd certus ſit ipſe rex, quòd niſi obediat, Papa mandabit legato vt cõtra ipſum regem procedat ſecundum traditam ſibi formam.
2 ¶Nota, † Deum omnia ſcire. Ipſe enim cognitor eſt ſecretorum. 32. diſt. erubeſcant peccatores. Et dicitur ſciens omnia.
de electio. fundamenta. libro ſexto. quod homini eſt impoſſi-
3 bile. ¶†Nota, Papam non debere turbare iuriſdictionem iu-
4 dicis temporalis, nec de ea ſe intromittere. † Et ſic dato quòd
habeat habitum iuriſdictionis Imperator a Papa, exercitium
tamen mandato Dei in tantum eſt illi appropriatum, ꝙ efficiatur irreuocabile a Papa: & ſic illam nõ tenet vt delegatus,
5 alias illam reuocare poſſet. † Et facit quòd ſi cauſa delegetur
ab ordinario, ſuperiore iuriſdictionem cõfirmante, vel de mã
dato ſuperioris, quod non poſſit ordinarius illam reuocare.
Et ſic non procedit l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. Et ſic facit
quòd cum imperium Romanum ſit trãſlatum in principem
confirmante Papa, quod populus non poſſit illam reuocare.
6 de quo de conſti. quæ in eccleſiarum. 2. diſtin. lex eſt. ¶† Nota
quot requiruntur in denuntiatione. Exigit̃ primo quod peccauerit in te, ideſt te ſciente. Vel ſecundum Hoſt. id eſt, in dãnationem tuam: ſi hoc celaueris, ſi non monueris: ſi monitione non proficiente, eccleſiæ non denũtiaueris. Vel quia offendit, & lædit te, vt innuunt ſequentia. Nunquid autem hæc authoritas extendat ad oẽs, habetur 2. q. 1. ſi peccauerit. & de hęre. cum ex iniuncto. Scđo quod fiat de fratre, in quo cõprehẽditur oĩs Chriſtianus. 11. q. 3. ad menſam. Et de multiplici fraternitate hr̃ de regula. Ioannes. Tertio exigit qđ fiat quædã ſecreta monitio: & exigit̃ qđ fiat hoc mõ, oñdendo peccatũ ſuũ obſecrando, & rogãdo qđ pęniteat: & cũ in hac nõ adhibeat̃ teſtis, ꝓbari poterit per ſolũ iurm̃, ſ͠m Hoſt. Et not. de dictione ſolũ, quæ alios excludit. Quarto dẽt fieri ſcđa monitio, q̃ probatur per iuramẽtũ monentis, & alterius adiuncti: tertia vero

debet

dẽt plene probari.& hoc reſpicit quod ſequit. Quinto dẽt di
ci eccleſiæ,& eccleſia dẽt ipſum habere ꝑ Ethnico,& publica
no.Et ſi iudicialiter procedatur, debet ipſum excõicare:& ex
hoc habet finem denuntiationis iudicialis:quia ſi ſe non cor
rigit,eum excõicat.Sexto exigitur, ꝙ qui dicit eũ peccaſſe, de
hoc faciat fidẽ eccleſiæ, vel paratus ſit de hoc fidẽ facere corã
competenti iudice:& ſic vr̃ qđ vbi allegatur peccatũ, & ab ad
uerſa parte negatur ad hoc vt videatur, an ſpectet ad iudicẽ
eccleſiæ,de hoc præambulo,an peccet,vel nõ,hẽt eccleſia co
gnoſcere.Sic in ſimili no.s̃.eo.cęterũ.an clericus ſit ſpoliatus:
& ſic in via declinatorię põt opponi de hoc,an ſit peccatũ:qđ
venit diſputandũ ad merita cauſæ. Et ſic habes vnã exceptio
nem litis finitę, qñ ad ceſſationẽ cãę principalis ceſſat iuriſdi
ctio:ſic admittitur exceptio ab extraneo, qđ non ꝯxit in diœ
ceſi,vbi cõuenitur.no.de fo.cõp.Romana.§. cõtrahentes.lib.
7 vj.& no.Inn.de reſcr.ſuper literis.¶†Not. ꝙ in denuntiatione
Euangelica,& in quocunq; alio proceſſu dicens formam ſer
uatã,arctatur ad illã ꝓbandã.Ideo grauat onere ꝓbandi dicẽs
ſe appellaſſe,& intra decẽ dies appellaſſe. de app. ſignificaue
runt.no.de ele.c.j.& c.vt circa.li.vj.ad hoc cle. cauſam.de ele.
8 & quod ibi no.†No.quod authoritas illa,Si peccauerit. nedũ
reſpicit occulta peccata,ſed ẽt manifeſta.45.diſt.ſed illud. 11.
9 q.3.præcipue.ſm Pet. †Nota duo ſigna tribuentia iuriſdictio
nem,ſcilicet priuilegium,& conſuetudinẽ.Et arguit Abb.pro
hominibus de monte peſſulano,vt ſub rege non rñdeant, ſed
ſub epo,cum eſt quæſtio inter eos & regem : & ſic fuit diu ſer
10 uatum.†No.eccleſiã poſſe quẽlibet rõne peccati coercere : &
ſi eſt in eccleſia,hoc põt directe:ſi extra eccleſiã,indirecte.2.q.
j.multi.de deci.de terris.de Iudeis.& ſi Iudæos.ſm Vin.ad hoc
de vſuris.poſt miſerabilem.de priuilegijs.quanto.¶Venio ad
11 ver.non igitur.†No. primo qđ nemini infert iniuriã, qui iure
ſuo vtitur.de electi.eccleſia.de fur.iniuriã.j.rñſo.ſm Hoſt.No.
ſecundo arg.ꝙ ſuffraganei eligunt metropolitanũ.Ad hoc de
poſtu.præla.bonæ.el 2. ſed ceſſat argumentũ, ſi dicis ꝓcurare
monendo,& inducẽdo.Vel forte ſpectabat ad eos de cõſuetu
12 dine,ſm Hoſtiẽ.†Nota Imperatorem ſubiectum eſſe Papæ,&
ſuo diœceſano,quinimo & cuilibet presbytero, 17.di. quoniã
96.di.duo ſunt. de pęni.omnis.Ex hoc dicit Hoſ.ꝙ patet excel
lentia dignitatis eccleſiaſticæ & ſacerdotalis reſpectu regalis:
quia nullus clericus ſubeſſe poteſt Imperatori perſonaliter.
Imperator aũt,& etiam Papa in eo, quod peccatores ſubſunt
ſimplici ſacerdoti.de pęni.omnis.ad hoc de iureiur.nimis. Et
ideo dixit,omnis,quia nemo ſine crimine viuit. Concluſit eñ
Deus oĩa ſub peccato,vt oĩbus miſereret.de pęni.di.2.ſi enim
inquit.ſm Petr. & Abb.Et ſic Imperator poteſt a quocunque
13 epo excõicari,in cuius diœceſi conſiſtit,ſm Pe.¶†Not.hic qs
dicatur de genere alicuius: qa idẽ eſt dicere de genere, qđ de
deſcendentibus : & quod plus eſt cõprehendit deſcendentes
ex pſona matris.Nam, vt dicit Hoſt. hic erat deſcendens ex ꝑ
14 ſona matris.Remittit ad Spe.hiſtoriarũ,lib. 17.c.3.†Et not.qđ
quilibet ſcire præſumitur facta coniũcti ſui, a quo deſcendit,
15 l.de tutela.C.de in integ.reſti.mi.l.octaui.ff. vnde cognat.†No
ta hic triplicẽ partem litis:exordium,proſecutio, & ſñia.Et dr̃
exordiũ ante litis conteſtationẽ,vel qñ lis conteſtatur,curricu
lis decurſis:dr̃ datis inducijs ad deliberandũ poſt litẽ conteſta
16 tã,peroratur aũt per allegationes. † Nota hic qđ in iudicio ſe
culari,in quacunque parte iudicij quis grauetur,recurſus põt
haberi ad iudicẽ eccleſiaſticũ.Quod eſt intelligẽdũ, vbi adeſt
materia peccati:vel qñ deficit iudex ſecularis, vel deeſt caput
prouincię:vt j̃.dicam. Et ſic patet qđ vbi appellatur ad eccle
ſiã,attenditur qualitas tribunalis iudicis ad quẽ, & non iudi
cis a quo,vt poſſit appellari añ ſñiam,& poſt.ad hoc j̃. de for.
17 cõp.licet.†Nota ꝙ acta geſta coram vno iudice faciunt fidem
coram alio,ad quẽ habetur recurſus, vel ad quẽ appellatur :
18 de quo de teſti.cauſam.el j.†Nota ꝙ poteſtas Papæ non eſt ab
ab homine,ſed immediate eſt a Deo:poteſtas autem Impera
toris a Papa,& habuit eam mediante populo,17.di.§. huic ẽt.
& vide de origine papatus 21.diſt.in princ. & in d.§.huic etiã.
19 & vide qđ ibi no.inquantum dr̃ quod habuit a concilijs.†No
ta ꝙ poteſtas Papæ hic vr̃ in materia peccati reſtringi ad Chri
ſtianos.Negat igitur ſe Chriſtianum, qui negat hanc ꝑtãtem.
20 de maio.& obe.ſolitę.ad finem.† No. quod præciſa correctio
peccati permittitur eccleſiæ,qñ peccatum eſt publicũ. Forus
ergo eccleſiæ,etiã in materia peccati, eſt præciſus,qñ peccatũ
21 eſt publicũ,& iacet quis in peccato.†Poterit ergo ſm Ioan. de
peccato etiã iudex ſecularis imponere pœnam tẽporalẽ a le
22 gibus ſtatutã.23.q.v.ſunt quidam.† No. quod in miniſtrando
iuſtitiam,& in modo procedendi ad finem corrigendi pecca
tum,nõ eſt hñda acceptio perſonarũ,imo ſic iudicabitur ma
23 gnus vt paruus.†Not. finẽ correctionis peccati, vt quis a vitio
24 retrahatur ad virtutem.† Nota quid eſt pax, quia vinculũ eſt
25 charitatis.†Charitas autẽ eſt dilectio Dei, & proximi ſui,ſecũ
26 dum Pe.Et †cum charitas ſit ſpecialis virtus,qua ſaluamur,&
fides : ideo circa pacem & iuſtũ ſpecialius cognoſcit eccleſia.

ad hoc de electio.venerabilem.de treu.& pac.c.ij.Et eſt pax ẽt
27 hoſti ſeruanda.24.q.j.Io.& c.ſeq.†Nota diſſimulationem pec
catorum inferiorũ eſſe mortalẽ in prælato.81. diſtin.error. de
treu.& pac.c.j.de priui. quanto.de ſenten.excõ.quanto. Hoſt.
28 †No.differentiam eſſe inter pacem,& treugas.ad hoc de treu.
29 & pa.in rub.& c.j.†Nota plura remedia adhibenda contra ꝯ
tumacem reducendũ.de dolo,veritatis. ad concordandos di
ſcordes,ad curandum egrotos.28.di.c.ſi.de pęni. & re.omnis.
30 †Nota ꝙ vbi de pace dubitatur fracta,eccleſia poteſt compel
lere laicos ad treugas,& vbi pacem fecerunt,ad illã reforman
31 dam.†Nota quod in hac denuntiatione proceditur de plano,
ſine ſtrepitu,& figura iudicij.Et no. ꝙ in proceſſu admittũtur
nihilominus legitimę exceptiones, & procedet de plano : qa
non dabuntur ita prolixę dilationes,nec recipiẽtur, vbi aliter
darentur,ſi alio modo ageretur.Hæc enim quaſi omnia ex ar
bitrio iudicis pendent,conſideratis perſonis, cauſis,locis,& tẽ
poribus.de tranſactio.c.ſi.ſecundum Hoſt.vide cle.ſi.de verb.
ſignifi.& in extrauagan.ad reprimendum. per Bart. & vide in
l.j.§.ſi.ff. de præto.ſtip.Et hęc ſufficiant pro notabilibus.¶ Ve
nio ad dicta doctorum, & expediam, Primo quędã literalia.
Secundo veniam ad materiam denuntiationis. Tertio ad gl.
32 †Opp.quod non habeatur ut Ethnicus:licet enim loqui cum
Gentilibus,ſed non cum excommunicatis.11.q.3. cum excõ
municato.Dic quod non ſunt omnino ſimiles : quia vterq; a
33 ſacramentis eccleſiæ ſeparatur,ſecundum Pet.†Opp. ꝙ Papa
potuerit inducere legem melius facientem, quæ dicit quod ſi
iudex maior prouinciæ aliquem lędat, epiſcopus eſt ordina
rius:facit in Auth.vt diffe. iudi.§.ſi tamen contigerit. colla.9.
34 †Quæro primo quid ſit dicere Ethnicus:dic ꝙ Ethna eſt mõs
in Arabia,ſecundum alios in Sicilia , de quo exit riuulus ſul
phuris,& continuo viget ignis:ſic iſti erant in igne continuo.
Vel ſm Hug.ab Ethnos,quod eſt Gentilis. Tales ergo merito
ſunt vitandi,ſm Hoſti. Et publicanus,id eſt,publice peccans,
35 ad ſecundam expoſitionem.j.q.j.nonne.45.di.ſed illud.†Quę
ro ſecundo quam excuſationem poterit allegare rex Frãciæ :
dic ꝙ legitima monitio non præceſſerit: vel quod denũtiator
ſit criminoſus.3.q.7.iudicet. vel aliam quamcunque iuſtam
cauſam.Et ex hoc colligitur ꝙ j̃.§.fina. non mandat cognoſci
de cauſa principali,ſed an denuntiatio ſit admittenda, ſecun
36 dum Inn.vel dic vt j̃.dicam,ſecundum eundem Hoſt. †Quæ
ro tertio, quid eſt hoc ſpeciale priuilegium quod habere po
terant in cognoſcendo de cauſa feudali , vt alius cognoſceret
a domino feudi. dic ꝙ forte rex Anglię habebat priuilegium
a rege Francię ꝙ non iudicaretur per ipſum, tãquam per eius
dominum,ſed per cões eorum iudices, vel per alias certas ꝑ
ſonas ab eis electas communiter . Idem ſi ſuper hoc haberet
ſpecialem conſuetudinem,ſecundũ Inno.Hoſt.autem intelli
git ꝙ priuilegium dabat hanc poteſtatem Papæ : & loquitur
de ſpeciali priuilegio conceſſo a Beato Petro , quod etiam di
citur generale,de tranſla.præla.c.j.Speciale autem eſt,attenta
perſona Papæ,cui,& non alteri,competit.de offi. deleg. quod
tranſlationem.generale reſpectu omnium Chriſtianorum,ſu
per quos dat poteſtatem,vt j̃.probatur. Quod non ſolum pa
tet propter dictum priuilegium, ſed etiam propter conſuetu
dinem. Ad hoc j̃.tit.j.clericus.Et probatur hæc lectura, ſecun
dum eundem,de tranſla.præla.quanto.§.j.dictum Inn.proce
dit,ſi loquamur de priuilegio,quo alteri , q̃ proprie , vel Papæ
datur poteſtas cognoſcendi principaliter de feudo , vel alteri,
quam dño feudi:qa illud eſt ſpeciale, nec eſt datum a Petro.
Dictum Hoſt.procedit loquendo de priuilegio, quo ſpeciali
ter Papa cognoſcit de peccato,& iuſto: hoc bene habuit a Pe
37 tro. † Quæro quarto quis eſt hic proceſſus, quem agitare dẽt
legatus.Dic ſupponere terram interdicto.de app.nouit.de of
fic.deleg.nouit.& mandat iſtis prælatis vt illam ſñiam obſer
uent.nam propter hoc, & vt prælati ſciant executionem, & in
tentionem Papæ,prælatis dirigitur hæc decre.ſm Hoſti. Et ſic
reducit authoritates ad cõcordiam,ſcilicet iſtam,Si peccaue
rit.& illam apoſtoli,Peccantem coram omnibus argue.vt pri
ma procedat in occulto,ſecũda in publico. vnde ſcribit diſtri
38 buite,&c.¶†Vltimo venio ad materiam denuntiationũ, quã
Archi.expedit,& gl.2.q.j.ſi peccauerit.Inn.& Hoſt.in c.Roma
na,de cenſi.§.ſane.Guar.in decre.religionum.Grego.10.de re
li.do.Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verbo,denũtiatio
39 nem.†Pro cuius euidentia præmitto quod multiplex eſt mo
dus,& via agendi.Quandoque via actionis,vt in ciuili . Inſtit.
de actio.per totum.& in §.j.s.eod.dilecti. Quandoque officio
iudicis ſubrogato loco actionis.ff.de mi.per totum. & ex qui.
cau.ma.de offi.iudi.c.1.& in toto tit.de in integ. reſti. Qñque
via accuſationis.de accu.per totũ.Qñque via inquiſitionis.de
accu.qualiter.& c.cũ oporteat.de ſymo.licet Heli.Et hę proxi
mę duæ vię competunt demum in crĩalibus:in ciuilibus autẽ
non,niſi vbi ſolus intenditur finis correctionis peccati: vt no.
de iureiur.ad noſtrã.2.& ſic concurrit cũ Euangelica,vel iudi
ciali,vt j̃.dicã.Differt tñ,qa in officio iudicis non eſt neceſſaria

ſolennitas denuntiationum,de quibus hic.Ad quod gl.quod
me.cau. c.Abbas. Alia eſt via agendi per modũ denuntiatio-
nis:& de iure antiquo digeſtorũ non admittebatur hæc denũ
tiatio,niſi per officiales.ff.de cuſto.reo.l.diuus.C.de accu.l.ea
quidem.de offi.præfe.vr.in l.j.§.ſanè.ſm Bar. in dicta extraua.
ad reprimendum.Hodie autem hæc denũtiatio admittit̃ ma-
gis late,vt ĩ.patebit.De officiali autem denuntiatore habetur
in d.l.diuus.de accu.olim.de teſti.cogẽ.præterea.de ſtatu mo-
na.ea,quæ. & c.in ſingulis.cum ſi. quẽ nos teſtem ſynodalem
40 intelligimus,& appellamus.¶ † Videndũ igitur de hac ſpecie
denuntiationis,quã proſequor per duo media.Primo,quotu-
plex eſt denuntiatio.Secũdo, de formis eius,& effectibus. Dic
ꝙ denuntiationum alia iudicialis,alia canonica, alia regula-
ris.¶Venio ad euangelicam, circa quam, Primo videbimus
aliqua circa perſonam denuntiantem. Secundo,aliqua circa
perſonam denũtiatã.Tertio,aliqua circa eius formam. Quar
to,aliqua circa eius finẽ, & effectum. Ad primum quæro an
41 denuntiatio † Euangelica ꝓcedat ab actu charitatis, an iuſti-
tiæ.Dic prout ordinatur ad tollẽdũ peccatũ,procedit ab actu
charitatis, prout ordinatur ad inſtruendũ alios per exemplũ,
procedit ab actu iuſtitiæ.11.q.3. præcipuè. ſm Archid.2.q.j.ſi
42 peccauerit. ¶†Secundo q̃ro an ſit præcepti hæc denuntiatio,
an conſilij.Quod ſit præcepti,facit, q̃a loquitur per verba im
peratiua.45. diſt. ſed illud,cum c.ſeq. 83.diſt. per totum. ergo
cadũt ſub præcepto.14.q.j. quod præcipitur.de ver.ſig. in his.
Pro & contra,ſubtiliter, & copioſè allegat Archi.2.q.j.ſi pec-
cauerit.Io.And.dicit ꝙ in prælato eſt præcepti:& ſi non facit,
peccat.de off.or,irrefragabili.45.di.ſed illud. cum c.ſeq.83.di.
per totũ.In alio non prælato dicunt ꝙ nõ eſt præcepti, ſed cõ-
ſilij,nec illaqueat ad peccatũ,vnde nõ tenetur aliquis ad hoc,
niſi vt ad alia opera pia,niſi rõne officij,vel cui hoc pertineat.
23.q.4.duo.Et fuit dictũ Inn.in vna parte. In alia dicit quemli
bet teneri,ſi credit ſuã denuntiationẽ prodeſſe, & denuntian
tibus non eſt graue denũtiare.22.q.5.anima. Nam nimis gra-
ue eſſet denuntiantibus,ſi ob hoc à ſuis negotijs retrahi debe
rent, vel ſi propter hoc deberent inimicitias, vel pericula ali-
qua incurrere: quia licèt denuntiare bonũ opus ſit, ad illud
nõ tenemur,ſicut nec ad alia bona opera, niſi in caſu p̃dicto,
& qñ ſic ſe offert opportunitas,vt dictum eſt:quia qñ ſic ſe of-
fert opportunitas, eſſet peccatũ negligentiæ niſi denuntiaret.
Hæc vera dicit in delicto cõtinuato, & iterationem recipiẽte:
ſecus in momentaneo.Io.de Ligna.dicit ꝙ ſi fiat denuntiatio
circa commiſſum, non eſt præcepti.Ratio, quia monitio cir-
ca commiſſum fit propter pęnitentiam,quam iniungere non
põt priuatus,nec ad ipſam cõpellere:ſed circa ſecundam nõ
fit monitio ad pęnitentiã eius,quod nõ eſt cõmiſſum,ſed ten
dit,ne peccet:quod põt quilibet priuatus prohibere Tenetur
enim quilibet propulſare vim factã ſocio.de ſen.excõ.quãtæ.
eo.ti.dilecto. quãto magis tenetur propulſare periculum ani-
mæ:tamen attenta origine.ſ.charitate, tenetur priuatus: ſed
in vim ſolius præcepti tenetur ſolus prælatus, ſm Io. de Lig.
Concludit Arch.quod eſt præcepti,ſed non ſemper eſt pecca-
tum. Vnde aduertendum quod quædam ſunt præcepta nega
tiua:& hæc prohibẽt actus peccatorũ.Quædam affirmatiua:
& hæc non prohibent,ſed inducunt actus virtutũ. Actus autẽ
peccatorum ſm ſe ſunt mali, & nullo modo bñ fieri poſſunt,
43 nec aliquo modo,aut tpe.†Ex hoc ſequitur ꝙ præcepta nega-
tiua obligant ſemper,& ad ſemper,niſi fortè reuelatione diui
na.23.q.5.ſi non licet.32.q.j.nõ eſt culpandus.14.q.5.dixit.de
44 diuor.gaudemus. † Actus autẽ virtutum non quolibet modo
fieri debent,& tempore,ſed ſeruatis debitis circunſtãtijs, quæ
exigunt̃ ad hoc,vt actus ſit virtuoſus, ſcilicet vt fiat vbique,&
45 ſm quod debet,& qñ debet.† Cõcludit ergo ꝙ fraterna corre
ctio tripliciter põt omitti:qñq; meritoriè,quandoq; ex chari-
tate omittitur,vt quia timet ne deteriores fiant. Allegat dictũ
Auguſtini in principio de ciuitate Dei. Secundo modo omit-
titur cum peccato mortali, quãdo p̃ſumit probabiliter quod
ad eius monitionem corrigetur,& tñ propter timorẽ,vel tepi
ditatem omittitur.50.diſt.ſi quis diaconus.40.diſt. ſi papa.17.
diſt.ſunt nonnulli.Tertio modo cum peccato veniali, quãdo
ex timore, vel tepiditate eſt tardior ad corrigendum, non ta-
men omitteret,ſi conſtaret ei quod corrigi deberet.Hoc mo-
do viri ſancti aliquando omittunt corrigere delinquẽtes. 2.q.
7.quia pleriq;.17.q.j.§.qñ vero.Hoc in nõ prelato.In p̃lato au
tem hoc dicit eſſe peccatum,vbi corrigere valet abſq; ſcanda
46 lo,alias expectet tempus. ¶†Tertio quæro an ſubditus tenea-
tur corrigere prælatum. dic ꝙ inquantum correctio eſt actus
iuſtitiæ,non pertinet ad ſubditum reſpectu prælati.21.diſt.in-
ferior.& c.ſubmittitur.ſed inquantum eſt actus charitatis ſic,
non tamen cum præſumptione vel proteruia.Vnde dicit apo
ſtolus,Seniorem ne increpaueris, ſicut aſina reprehendit Ba-
47 laam.2.q.7.ſicuti,& §.Item cum Balaam.cum c.ſeq.¶†Quar-
to quero an poſſit quis corrigi,qui ex correctione ſit deterior.
Archi. vbi ſ. concludit quod inquantum correctio eſt virtus
iuſtitiæ,in qua agitur etiam de bono cõi,quæ pertinet ad præ
latos,hæc non eſt omittenda propter timorẽ eius, qui corrigi
tur,ne fiat deterior:imo iudex contra eum procedit.3.diſt.for
te.24.q.5.qui vitijs.Alia eſt,quę eſt actus charitatis,cuius finis
eſt emendatio delinquẽtis,nõ habẽs citationem,ſed ſimplicẽ
monitionem:& hæc,vbi timeretur ꝙ peior fieret, dẽt omitti:
quia ea,quæ ſunt ad finem, debent regulari ſecundum quod
48 exigit ratio finis.23.q.5.prodeſt.ſecundũ Archi.¶†Quæro an
quilibet poſſit denuntiare.Doc.hic dicunt ꝙ omnes infames,
& mulieres admittuntur, dummodo non perſeuerent in cri
mine:nec per exceptionem, & cauillationes ſunt repellendi.
Non enim refert quis denuntiet, dum tñ anima ſaluet̃. de iu-
reiu.quemadmodũ.in fi.de cog.ſpi.tua. ad quam admittetur
quis,dato quod iuraſſet nõ denũciare.de iureiu. quemadmo-
dum.quia iuramentum eſſet temerarium, inquantum denũ-
tians principaliter intenderet correctionem peccati,& nõ in-
tenderet principaliter proprium intereſſe: vt ibi no. Ad hoc
quod no.gl.hic,& de teſti. in omni.de iureiu.tua.de cogn.ſpi.
tua.gl.2.q.j.ſi peccauerit.Sic debet intelligi gl.fi. hic relata,ad
euangelicam recte loquitur. Et hæc ſufficiant quantum ad ꝑ-
ſonam denuntiantem. Archi.2.q.j. ſi peccauerit. de exiſtente
in peccato dicit ꝙ q̃q̃ non admittatur ad denuntiandum,ſi ia
cet in peccato,actus tñ correctionis in eo cadere põt: quia in
eo non eſt ex toto deletum iudicium rationis: propter tria tñ
ex peccato præcedenti redditur indignus ad corrigendum, ſi
peccatũ maius cõmiſit,& corrigit de minori. Et allegat illud
Mat.vij. Qui videt feſtucam,&c. Primo q̃d quanto maius eſt
peccatũ corrigentis, tanto maius põt ſcandalũ innuere. arg.
40.diſt.multi.Secundo ex ſuperbia corrigẽtis,qui peccata ſua
paruipendẽs ſeipſum ꝓximo præfert, ſeueritate auſtera diju-
dicans aliorum peccata,contra illud 11.q.3.cunctis.Et cõclu-
dit etiam in correctione hac penſandum vtrum tale eſt vitiũ,
quod nunquam habuerimus: & tunc cogitemus nos homi-
nes eſſe,& habere potuiſſe,vel tale quid habuimus,& iam nõ
habemus:& tunc tangat memoriã cõis fragilitas,vt illã corre
ctionem nõ odium,ſed miſericordia præcedat.Si aũt inuene-
rimus nos in eodem vitio eſſe,non obiurgemus, ſed congemi
49 ſcamus,& inuitemus ad æqualiter pęnitendum.†Ex his patet
quod peccator humiliter corripiendo non peccat, nec nouã
ſibi damnationem acquirit,ſi ſic corrigat,ſm Archi. Hanc ẽt
poteſt ꝓſequi ille,cuius intereſt ratione rei familiaris, vt hic,
& etiam petere vt cũ non poſſit agere pęnitentiã, niſi ſatisfa-
50 ciat,quod reddat ei quod ſibi debet, ſecundum Inno.¶ † Ve-
nio ad perſonam denuntiatam, & quæro primo quis poſſit
denũtiari.Dic ꝙ quilibet tacens in peccato: nec in hoc excu-
51 ſat dignitas, vt patet hic. ¶ † Quæro pro quibus peccatis ha-
beat locum denuntiatio, & correctio. Dic ꝙ pro peccatis cõ-
miſſis,in quibus perſiſtit,& cõmittendis.22.q.5.hoc vr̃. & no.
52 de ſpon.tua nos.& an in occultis,dixi ſ. ¶†Quæro ſecũdo an
denuntiatio Euangelica habeat locum in peccatis occultis,
ſicut in publicis.Pe.tenet hic quod habeat locũ in occultis,&
publicis.11.q.3.p̃cipue. & eſt tex.hic.Io.An. hic vr̃ velle quod
in foro eccleſiaſtico nõ habeat locum in peccatis omnino oc
cultis,ſed quæ probari poſſunt:quia omnino occulta iudicio
Dei ſunt ſeruata. 6.q.j. ſi omnia. Et caueat denuntians quod
peccatorem conuincere poſſit: quia etiam ſi ſit epiſcopus,ei
non creditur.6.q.2. ſi tantum. & c.placuit.Inno. dicit quod ſi
peccatum eſt occultum,illud occulte perſequi debet, & tan-
dem debet habere eum pro Ethnico & publicano, eũ occul-
te vitando.allegat 45.di.nõ otioſe.Dic, ſi quæritur an occulta
peccata poſſint corripi, & ẽt caſtigari caſtigatione generali:
dic ꝙ ſic, vt in c.ſi ſacerdos.de offi.ordi. Sed an poſſint corripi
in ſpecie,ſi ſunt occulta alijs.& nota, corripiẽti poſſunt abſq;
dubio occultè corripi, vt ſunt occulta, dum tñ ſeruet̃ modus
in corrigẽdo,vt occulta corripiat occulte, publica plubice.7.
q.2.ſi tm̃.& c.omnia.& c.placuit. Et ſic intelligũtur hæ autho
ritates,Si peccauerit in te:& illa,Peccantem corrige corã om-
nibus. Sed an poſſint denuntiari, ſi ſunt omnino occulta.Io.
tenet quod ſ. Archi. tangit 2.q.j.ſi peccauerit. & dicit aliquos
dicere ordinem fraternæ correctionis ſic ſeruãdum,vt primo
corrigatur in ſecreto:ſi audiuerit,bene quidem:ſi nõ, & pec-
catum eſt omnino occultum, dicebant non vlterius procedẽ
dum.Si ad notitiam populi incipit trãſire:debet vlterius pro-
cedi,ſecundum quod dñs mandat.Hoc eſt contra dictum Au
guſtini, quod peccatum fratris nõ debet occultari, ne putre-
ſcat in corde.5.q.5. non nos. Ideo dicit Archi. quod quandiu
ſpes eſt de correctione per ſecretam monitionem, debet illã
pluries iterare, nec debet vltra ꝓcedi. ſi nõ valet admonitio,
procedẽdum eſt vlterius, quãtumcunq; peccatum ſit occul-
tum,ad teſtium inductionem:niſi forte timeretur ꝙ deterior
fieret, quia tũc eſt deſiſtẽdum. Puto ꝙ ſi peccatũ eſt omnino
occultũ,facta prima monitione poſsit adhibere vnũ,vel duos
q̃ potius poſſint prodeſſe, quàm nocere, vt cũ eo corripiãt: ſi
ſe corrigiat,habemus obtentum.xxij.q.5.hoc videtur.& tenet
hoc

hoc Archi.Et ſi coram eis fatetur crimē, poſtea procedere ad
denūtiationē,& per eos probare:ſi negaret corā alio,vel alijs,
eū adhuc poteſt denūtiare eccleſiæ, hoc eſt,prælato,qui poſſit
potius prodeſſe,q̄ nocere:& tunc ſuperior,cui eſt facta denun
tiatio,cū nō cōſtet ei niſi per vnū teſtē, habebit eū occulte vi-
tare,pro eo orare,eū crebro admonere:poterit etiā in genere
excōmunicare.Iſto modo ſufficit ad correctionē vnius teſtis.
Et ſic intellige gl.q̄ dicūt, ꝙ in pęnitētialibus ſufficit probatio
p vnū teſtē:vt no.gl.ij.q.j.multi.in verbo,ſeculari.ad fi.de ſpō.
p̄terea.22.q.5.hoc videtur.de conſec.diſt.4. cum itaq;. de con-
ſan.& affini.ſuper eo.Sic intelligo 45. di.ſed illud. 22.q.5. hoc
videtur.Si peccatum eſt occultum,probabiliter tamen,habet
locum denuntiatio abſq; dubio, vt hic dicunt doc. & fortius
ſi ſit publicum, licet fines forte ſint diuerſi, vt dicam vbi tra-
53 ctabatur de effectu.¶†Quæro circa formā, quæ exigantur in
hac denuntiatione Euangelica,& quæ ſunt de eius forma.dic
ꝙ in ea debet præcedere duplex monitio.Prima probatur per
monentem.Secunda per monentem & aliū,vel alios.de teſti.
in omni.Arch.2.q.j.ſi peccauerit.dicit,Si peccatum eſt publi-
cum,non exigatur monitio,iuxta illud,Peccātē coram omni-
bus argue.45.diſt.ſed illud.Si occultū,& inferat alijs nocumē-
tum ſpirituale,vel tēporale, vel corporale, puta traditio ciui-
tatis hoſtibus,vł occulta hęreſis multos occulte a fide deuiās,
cū hic peccet in alios,ſtatim,non expectata monitione, denū-
tiabit:niſi forte ſciret ꝙ ad eius monitionem vellet ſtatim cor
rigi.Nā quilibet debet ſic corrigere ſi poteſt, ꝙ illius fama nō
lædatur,q̄ eſt vtilis ipſi peccanti non ſolum in temporalibus,
in quibus homo q̄tum ad multa patitur detrimentum amiſ-
ſa fama.de teſti.teſtimonium.2.q.7.teſtes. ſed etiam quātum
ad ſpiritualia:quia multi præ timore infamiæ retrahūt a pec-
cato:cum aūt ſe ſentiunt infamatos,libentius peccant. de pę.
diſt.j.ſi quis aliquando.Item quia vno infamato alij infaman
tur:quia dicitur,clerici,vel religioſi hoc faciunt.ſi non inferat
54 pluribus nocumentum,exigitur monitio.†Forma aūt proce-
dendi eſt,quia in eo procedunt de plano, abſque forma iudi-
cij,vt hic litera dicit:& admittuntur omnes teſtes,dūmō non
ſint criminoſi,etiam ſi eſſent infames,mulieres,& minores,ſe
55 cundum Inn.vt ſupra dixi in denuntiante.†Quæro circa effe-
ctum quis ſit finis,& effectus huius denuntiationis Euangeli-
cæ.Dicit Io.An.quod huius effectus eſt vt peccator pęniteat:
non vt beneficio,vel officio priuetur, niſi retento ordine, vel
beneficio pęnitere non poſſet.de temp.ordi.c.vlti.& tunc per
ꝯñtiam non directo priuatur,ſcilicet quia aliter pęnitere non
poteſt,ſm Io.An.Sentit ergo Io.An. ꝙ finis huius denūtiatio-
nis compellat pręcisè.Inn.dicit qđ ſi peccatum eſt occultum,
finis eius eſt vt habeat denuntiatum priuatum pro Ethnico,
& publicano,vt ſonat authoritas 2.q.j.ſi peccauerit.45.di. nō
otioſe.Si peccatum eſt manifeſtum, manifeſte debet proſeq
dictū Euangelicū,denuntiando crimen eius iudici,& proban
do per teſtes,& tandem debet eū hēre pro publicano publice
ēt ſi non eſſet excōicatus, ēt non habendo familiaritatem cū
eo:ſed non debet eum vitare in oratione,nec in mēſa, nec in
alijs huiuſmodi. Puto, ꝙ ſi peccatum eſt occultum, notū ſoli
Deo,denuntiati finis eſt hoc denuntiare prælato,qui poſſit ꝓ-
deſſe,& non nocere:qui pręlatus plura habet remedia.Primū
vt inſiſtat orationibus,orando pro eo.Scđm, vt inſiſtat moni-
tionibus occultis exhortando.Tertium, vt eum vt peccatorē
vitet,sacra denegando:& ſi ſic non proficiat, pōt eū ēt excōi-
care in genere:arg.de offi.or.ſi ſacerdos.Aliud agere non pōt,
ne publicet peccatū:qa proditor eſſe nō debet.2.q 7.§.de his.
Si peccatum eſt publicum,tunc poteſt adhibere illa remedia
& etiā publice vitare.Per hanc autem viam non debet ipſum
ſententiare ſpecifice:qa hæc non eſt via omnino iudicialis:&
ideo denegantur alia remedia iudicialia.Sic intelligo Inno.&
forte poterit ei denegare ſacramenta,niſi appareat de pnīa,ex
56 quo perſeuerat in peccato.†Venio ad ſecundam ſpeciē, ſcili-
cet ad iudicialem.Quæro primo quotuplex eſt. Dic ꝙ eſt du-
plex.Quædā publica,quædam priuata. Publica eſt, q̄ cōpetit
ex puro,& mero officio, in qua non exigit monitio, ſed in ea
iudex ex ſuo officio procedit per denuntiationem ſuorū offi-
cialiū:& habet locum in notoriis tm̄.C.de accuſ.ea quidē.35.
q.6.eps in ſynodo.ff.de cuſt.reo.l.diuus. de offi.præfec. vrb.l.j.
§.ſane.In caſu tñ delicti læſę maieſtatis ꝯ imperiū eſt hoc no-
uum,ꝙ per denuntiationē factam a quocunque poſſet proce
di:vt in extrauan.ad reprimendum.vbi Bar. dicit qđ iſte denū
tiator habet vim cuiuſdam mandatoris: ideo inſiſtēs incidit.
l.j.§.incidit.ff.ad Turpi.& l.ab accuſatore. & l.denuntiatores.
Dicit tñ Spe.in tit.de denun.§.j.verſ.vt autem.in fi.quod licet
ſit cęptus proceſſus per modum denuntiationis canonicę: ſi
tñ difficultas aliqua ingeratur, tranſitur ad modū inquiſitio-
nis,nec punietur denuntiator, cum non ſua volūtate deſiſtat.
de ſymo.licet Heli.§.cum igitur. Quædam eſt ſpecies denun-
tiationis iudicialis, quæ dicitur priuata: circa hoc quæro pri-
mo,an competat.Secundo,contra quem.Tertio, quę ſit eius
forma.Quarto,quis ſit eius effectus.Quinto,in quo differt ab
57 Euangelica.†Ad primū,an cōpetat, dic quod cōpetit læſo pp
ſuum intereſſe,quando ille,qui eſt læſus, non poteſt agere in
foro oīno contentioſo,rigore iuris inſpecto. aut propter cō-
ditionem perſonæ,vt quia ſeruus,aut poteſtati ſubiectus. Idē
putat Bar.in extrauagan.ad reprimendū. vbicunque pp potē-
tiam aliquis ſe iuuare nō poteſt,vel audet:alias facta q̄rela ſu-
periori,etiam ſi vltra non ꝓſequat̄, iudex ex officio procedat.
Quod ampliat Spe.in tit.de denun.§.j.ver.vt autē.ēt ſi timeat
ratione ſuperioritatis:quia eius eſt dñs,vel tyrannus.Et ſi pro
pter potentiam timet denuntiare,poterit ſuperior eccleſiaſti-
cus ex officio prouidere per pœnæ impoſitionem, & ſufficien
tem cautionem.de reſtitutio.ſpolia.literas. de præſump. lite-
ras.de iureiuran.ad noſtram.Idē ſi ſit timor iuris,vt qa ab agē-
do alijs vijs ſe excluſit iuro,de iureiur.debitores. & d.c. ad no-
ſtram.& c.quēadmodum. Et puto quod vbi timor impedit a-
gere,vt iuris,aut facti: tunc poterit fieri ſine monitione, ſi ti-
mor monitionem impedit,ar.de app.ſi iuſtus. & quod ibi no.
Competit etiam in ſpectantibus ad forum venale, & in ruſti-
cis oppreſſis.ff.de offi.procon.l.nec quicquā.§.de plano. Per q̄
puto idem in oībus miſerabilibus perſonis oppreſſis,vt in cau
ſis ſuis poſſit per hanc viam ſic de plano procedi.Et quæ miſe
rabiles dicantur perſonæ,numerat Inn.de offi.deleg. ſignificā
tibus.Quod bene nota:quia ex hoc habes multas ſummarias
cauſas.ff.de offi.pręfe.vrbis.l.j.§.quod aūt.Inſt.de his,qui ſunt
ſui,vel alie.iuris.§.j.Idem puto in monachis, & conuerſis,& p̄
latis, vel alijs querelantibus, qui propter defectum volūtatis
repellunt̄ ab agendo:vt no.Io.An.de offi.ordi.præſenti.lib.vj.
& no.de præb.graue.eo.li.no.Inn.q cle.vel vouen.inſinuante.
competit etiam patri conquerenti de filio, vel liberto.l.j.§.cū
patronus.ff.de off.procon.& l.nec quicquam.§. de plano. Idē
dici poteſt de prælatis conquerentibus de ſubiectis.11.q.3.cle
ricus.ĵ.de exceſ.præl.c.j. & de eccleſia conquerente de benefi-
ciatis,vel oblatis eccleſiæ vel monachis.Et hæc via agēdi quo
ad caſus ciuiles fuit introducta a iure ciuili:nec eſt denuntia-
tio proprie,ſed officium iudicis,vel ſupplicatio quædam,qua
ſuperior aditur.In foro autem canonico per viam denuntia-
tionis præcedentibus caſibus admittitur etiam laicis contra
laicos agentibus,quando adeſt defectus iuſtitiæ, vel crimē ſui
natura eſt eccleſiaſticum,vel ratione pacti,vel iuramenti. Itē
q̄ñ crimen eſt notorium, vel quando non auditur in foro ſe-
culari,inſpecto rigore: naturalis tñ æquitas dictat ius agendi
competere vt in obligatione naturali.Idem dicit Inn.ſed omi
ſit Io.An.ſi denegatur ius agendi inſpecto rigore, etiam in fo-
ro eccleſiaſtico:quia non competit ius agendi de iure canoni
co in foro contentioſo,vt in pacto nudo,& iuro,quę etiam de
iure canonico actionem non producunt.Sic ſentit hic Inn. ꝙ
de iure canonico non agatur ex pacto nudo, nec producat a-
ctionem,ſed agatur tantum uia denuntiationis iudicialis.De
quo dic ut dixi de pac.c.j.de inſti.c.cum veniſſent. & no.22.q.
2.quicunque ſuffragio.Plus puto ꝙ & agi poſſet de iure ciuili
per viam illā,ne iuſtitia deneget̄ ex æquitate: qa agebatur an-
te,dū iuſtitia manu regia miniſtrabatur.l.2.§. deinde ex actis.
de origi.iuris.ff.& no.Inn.de conſt. quæ in eccleſiarum. & no.
C.ſi contra ius vel vti.publi.in l.fi.per Cy. & Gui. de Suza.cu-
ius originaliter fuit dictum.Et hoc q̄ñ quis locupletatur cum
aliena iactura:vt l.plane.& l.fi.ff.de peti.hær.Et forte etiam ſi-
ne denuntiatione Euangelica ſic agetur in foro canonico:qa
non eſt neceſſarius vſus actionis,vt dixi ſ.e.dilecti. Competit
etiam illi,qui propter iuramentum excluditur iniuſte a peti-
tione ſibi debiti:vt quia iuramentum eſt iniuſte exactum: dū
tamen principaliter intendat finē correctionis peccati: vt no.
de iureiur.debitores.& ca.j.& c.ad noſtram.licet hoc non po-
nant hic doct.Idem competit vbicunque delictum eſt perpe-
tratum,ſi crimen perpetratum recipiat augmentum propter
multiplicationem actuum, vel continuationem iniurię:ſicut
quando aliquis perſiſtit in illicito contubernio, vel quando
perſiſtit in iniuria rapiendi.de iureiur.quemadmodum.Com
petit etiam pro crimine committendo,vt ab eo deſiſtatur. de
deſpon.impuber.ad diſſoluendum.22.q.v. anima. ſecundum
Inn.Competit etiam cuilibet miſerabili perſonę oppreſſę.87.
di.per totam.Item competit grauato in principio, vel medio
litis coram capite prouincię,vbi difficilis eſt aditus ſuperioris,
in Auth. vt diffe.iu.§.ſi vero contigerit.col.9.& eſt tex.hic.Qđ
eſt valde notandum pro iſtis ciuitatibus ſuperiores non reco-
gnoſcentibus,ſi de iudicibus appellationis prouident per ſta-
tuta.Item competit,quia per hanc viam pauperi agenti com
pellitur diues dare eleemoſynam.7.diſt.ſicut hi. vbi hoc not.
Ioan.Puto tamen,quia propter hoc non ceſſet officium iudi-
cis,vbi arguitur peccatum,nec eſt modus agendi: ut eſt caſus
cum no.doc.de iureiur.ad noſtram.2.& not.glo.ff.quod met.
cau.Abbas.& c.ad aures.& eſt hoc utile: quia non erit neceſ-
ſaria monitio,de qua hic.In alijs caſibus non admittit̄, niſi tñ
reducibilibus ad iſtos:alias ſi hoc diceret̄,periret iuriſdō tem-

poralis,& oēs cauſæ per iſtam viam reducerentur ad forū ec-
58 cleſiaſticū, ſm Io. And. & idē dixit Guar. in d. ca. religionē. †Ex
his decidit Bar. in extrauaganti, ad reprimendā. quid de eo, qđ
deducitur per falcidiā de legatis, vel Trebellianicā de fideicō-
miſſis, cum illud ſit naturaliter debitū. C. de iuris & facti ign. l.
cum quis. de iuriſ. om. iud. l. ſi per errorem. An talia detrahēs
poſſit denuntiari hac ſpecie denūtiationis, quaſi peccet mor-
taliter. Vr̄ ꝙ nō: quia de iure canonico agitur ad has quartas.
de teſta. Raynutius. & c. Raynaldus. qđ non permitteret ius ca
nonicū, ſi detrahentes peccarēt. Dicit ibi Bart. ꝙ quædā eſt na
turalis, qua quis obligatur, eo ꝙ alienum tenet cum aliena ia
ctura, & dāno, & ſic obligatur ad reſtituendū: & pro tali, vt nu
triente peccatū bn̄ agitur Euangelica denuntiatione, ff. de cō
dictio. indeb. l. nā natura. Quædā eſt naturalis, qua qs obligat̄
ad aliqd implendū de nouo: & in hac quædā eſt, quæ ſurgit ex
puro, deliberato, & ſpontaneo conſenſu obligādi, iuxta illud,
Verba de ore meo non faciā irrita, vt ex pacto nudo, vel iureiu
rando interpoſito ab alio q̄ a liberto. l. vt iuriſiurandi. de ope.
lib. ff. de fideicō. l. ſi quis pro eo. vel in alia, qua quis conſentit
obligari tertio alteri ſtipulanti. ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta.
§. alteri. & adhuc poteſt ꝓ tali agi hac via. Ad hoc optime no.
Io. j. q. 7. quoties cordis. Quędā eſt naturalis obligatio, quę nō
habet originem a conſenſu: vt in obligatione ad pœnam ex
maleficio: de qua in l. non ſolum. §. primo. ff. de iniur. Non e-
nim ex hoc ſurgit a conſenſu vero, ſed interpretato. Quantū
enim in ſe delinquens non conſentit obligari, ſed putat ſemꝑ
euadere pęnam, hinc eſt quod in foro conſcientiæ quis ad ta-
lem pœnam non tenetur. 12. q. 2. fraternitatem. vbi Io. & pro
tali non agitur. Quædam, quæ ſurgit ex præſumpto, non cer-
to, & determinato conſenſu, vel non proprio, ſed trahente ori
ginē a conſenſu alterius, & non habet locum denūtiatio. Ad
propoſitū, ſi teneretur opi. Pe. & Cy. de qua in d. l. cum quis. de
iu. & fac. ignor. ꝙ non daretur obligatio naturalis in retinēdo
per Fal. vel Trebel. planū ꝙ denuntiari non poſſet. Sed tenen-
do opi. ꝙ ibi ſit naturalis, dic ꝙ illa non ſurgit ex conſenſu: q̄q̄
enim naturaliter teneatur, habito reſpectu ad iuſgentiū, quo
iure quartæ retentio non erat inducta, non tn̄ quia ſurgit ex
conſenſu, tenetur, cum teſtator videatur velle in teſtamentis
ſuis leges locū habere, quæ de Falc. loquuntur, vt l. nemo pōt.
de leg. j. & de teſta. requiſiſti. & hæres ēt videt̄ adeundo vti vel-
le legis Falci. beneficio. Satis puto hoc verum, niſi teſtator ex-
preſſe vetauerit Falc. vel Treb. etiam ignarus ſui patrimonij:
quia tunc apparet de voluntate defuncti. Vnde q̄q̄ lex fauore
hæredis ꝑmittat eū detrahere, quod eſt inductum ꝑꝑ malum
principiū deficientiū in charitate, volentium implere ſine lu-
cro voluntates defunctorum, cōpelleretur per hanc denūtia-
59 tionem ad illā implendā, †Ex his deciditur quid de tuto ꝓſcri-
ptione, qui vere debitor erat, an ſic remaneat naturaliter obli
gatus, ꝙ contra eū poſſet agi via denuntiationis Euangelicæ.
Dicit Bar. ꝙ auditur via denuntiationis Euangelicæ, q̄q̄ dene-
getur ius agēdi in foro ſeculari. Nec obſtat, qđ præſcriptio tol
lat effectum naturalis. l. fi. ff. rem ra. habe. vbi per Dyn. l. ſicut.
C. de præſcrip. trig. vel quadr. anno. quia licet tollātur effectus
ciuiles, ipſa tamen naturalis nō tollitur, nec naturalis effectus
illā ſequens. Quod puto verū, maxime quando præſcribens
ſcit ſe debitorē: vt no. Bart. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca.
quo caſu quid in foro cōtentioſo canonico, dixi de ꝓſcriptio.
c. fi. & in quæſtione, quā Florentiæ diſputaui, quæ incipit Cle-
60 ricus. †Ex his deciditur quid de tuto exceptione Macedo. qui
vere mutuum recepit. Tenet Bart. ꝙ denuntiari nō pōt: quia
hæc exceptio ſurgit ex delicto creditoris, quod pōt opponi de
nuntianti, vt dictū eſt: vt no. j. Credo filium denuntiare poſſe,
ſi ex hoc factus locupletior eſt. Idem ſi non eſt factus locuple-
tior: quia in tantum damnificauit alium, quia ius naturale ta
le non præſumit delictū, quod in necem patris mutuauerint:
quia ex quo purgatum eſt, non obſtaret exceptio antiqui deli
cti: & quia exceptio delicti non obſtat agenti denuntiatione
iudiciali: quia crimen non repellit quē a ſuo iure conſequen
do. Sed prima ratio eſt melior: quia crimen annexū iuris agē-
61 di bene obſtaret. ff. de doli exceptio. per totum. † Ex his infert̄
quid de muliere tuta Velleiano. Dicit Bart. eam non poſſe de-
nuntiari: quia etiā ſoluens repetit ſm canones. de ſolu. c. fi. &
ibi no. quia hęc naturalis non eſt firma, quia ꝑꝑ imbecillitatē
62 mulieris ſe obligantis pro debito alieno. † Idē putat in pupil-
lo, qui naturaliter obligatur: quia illa naturalis non ſurgit a
deliberato, & maturato conſenſu. Nam ſi ſic obligatus ſolue-
ret, reſtitueretur ex edicto de minoribus, naturali æquitate in-
ducto. C. ſi aduerſus ſol. l. fi. ff. de cond. indeb. l. interdum. ff. de
in integ. reſtit. l. j. In muliere, & pupillo, ſi facti eſſent ex hoc lo-
cupletiores, denuntiari poſſent abſque dubio. Si vero nō ſunt
locupletiores, puto in muliere, & minore, ſaltē doli capace, ſi
non eſt ſaluum ius agendi contra alium ſtipulanti, & agitur
de damno, quod denuntiari poſſet: ſi agitur de lucro, vt quia
obligatio eſt ex cauſa lucratiua, vel ſaluum eſt ius agendi con
tra alium: dic ꝙ tunc procedit dictum Bar. Sed an in foro pœ-
nitentiali teneatur, dixi in decr. qa pleriq;. de immu. eccle. dic
63 vt ibi dixi poſt Inno. †Ex his dicit gn̄aliter, quod in omni caſu,
quo aduerſus naturalē daretur reſtitutio, ꝙ tunc aduerſus il-
lam non daretur denuntiatio: quia obligatio naturalis exclu-
ditur per aliā naturalē obligationē: vt l. ſi vnus. §. pactus. ff. de
pac. ſecundum Bar. hoc puto, qn̄ cauſa dādæ reſtitutionis fun
daretur ſuper imbecillitate conſenſus, vt non firmi, & delibe-
64 rati animi, vt dixi ſupra. †Ex his deciditur quid de tuto pręſcri
ptione, qui vere debitor erat, an ſic remaneat naturaliter obli
gatus, ꝙ contra eum poſſet agi via denuntiationis Euangeli-
cæ? Dicit Bar. quod auditur via denuntiationis Euangelicæ, q̄-
q̄ denegetur ius agendi in foro ſeculari. Nec obſtat, ꝙ præſcri
ptio tollat effectū naturalis. l. fi. ff. rem rat. hab. vbi per Dy. l. ſi-
cut. C. de præſcrip. trig. vel quadr. anno. qa licet tollantur effe-
ctus ciuilis, ipſa tn̄ naturalis non tollit̄, nec naturalis effectus
illam ſequēs. Quod puto verum, maxime qn̄ præſcribens ſcit
ſe debitorē: vt no. Bar. in l. ſequitur. §. ſi viā, ff. de vſuc. quo caſu
65 quid in foro ꝯtentioſo canonico, dixi de præſcr. c. fi. †Ex his de
ciditur quid de tuto exceptione rei iudicatę. Videtur quod de
nuntiari poſſit, quia remanet naturalis. ff. de condi. inde. l. iu-
lianus. Dic ꝙ dato ꝙ peccet, de hoc non poteſt cognoſci poſt
ſententiam. l. ſi quis cū totū. §. plane. & §. ſi quis ancillam. ff. de
excep. rei iud: de iureiur. l. nam & poſtea. §. 1. Pro quo facit: qa
in certis tantum caſibus permittitur, vt per inſtrumēta de no-
uo reperta. de re iud. Imperator. Dicit tamē quod dubitat. Pu-
to, ꝙ ſi vitium, ſententia, & iniuſtitia non ſit per partes remiſſi
bilis, quia tunc non purgatur vitium conſcīæ, non ceſſet denū
tiatio, imo poſſit agi de iure communi, quia ſn̄ia non tranſit
in rem iudicatam: vt no. ſuper rubrica de re iudi. & no. glo. de
re iudi. cum Bertoldus. & c. inter monaſterium. & no. Doc. eo.
titu. lator, & capitulo conſanguinei, vt in beneficiali, & matri
moniali. Si vitium ſn̄iæ eſt per partes remiſſibile, tunc partis
negligentia tranſiuit in rem iudicatam, quia aliquo partis ta-
cito conſenſu poteſt excuſare conſcientiam, non auditur de-
nuntiatio. Ideo dixi, ꝙ ſi a debitore petantur vſuræ, vel execu-
tio contractus vſurarij, ſi poſtea in executione ſn̄iæ opponat̄
exceptio vſuraria, non admittitur exceptio, ſi ſn̄ia tranſiuit in
rem iudicatam: quia acquieſcendo potuit vſuras remittere.
Hoſt. tn̄ ſentit hic ſuper gl. in verbo, iudicare, quod habeat lo-
cum denuntiatio, ſed præhabita ſummaria cognitione de in-
iuſtitia ſn̄iæ. Si autem reclamauerit in quantum potuerit, ut
quia ter appellauit, & ſemper ſecuta eſt iniuſta ſentētia, dico
quod auditur: q̄q̄ iura in foro contentioſo eū excludant. Sic
66 loquunt̄ iura, quæ allegat Bar. Ex his datur via ad multa. † Ex
hoc patet quid de hærede ex inutili teſtamento, vt qa non hēt
debitam ſolennitatē teſtiū, vel qa peccat in præteritione filii,
nunquid rumpens teſtm̄ poſſit denuntiari, vt impleat volun-
tatem defuncti, etiam reſpectu eius, quod in foro cōtentioſo
implere non teneret̄. Puto quod ſi teſtm̄ deficiat in ſola ſolen
nitate teſtium, ꝙ talis poſſit denūtiari: qa hic adeſt fundamē-
tum firmum ꝯſenſus teſtantis, & naturalis ex eo obligationis,
quāquam ius nō aſſiſtat nec ciuile, nec canonicū in terris Im
perij in relictis ad non pias cās, vt patet de teſta. cum eſſes. & c.
relatum. & quod ibi not. Nec obſtat ſi dicatur, eo ꝙ teſtōr eli-
git ſolenniter non teſtari, elegit, & conſenſit venientes ab inte
ſtato ſuccedere, & ꝯn̄r conſenſit ſcriptos non ſuccedere, vt pa-
tet ex no. l. conficiuntur. ad fin. ff. de iure codic. qa ſciebat eos,
in quos ſm ius naturale conſentiebat, de iure naturali ſucce-
dere: vn̄ quo ad illud ius conſenſit, q̄q̄ non conſenſerit quo ad
ius poſitiuum, qđ ius ſic interpretat̄. In rūpēte aūt rōne ꝑteri-
tionis, hic eſt maior dubitatio, & in ipſo puto, qđ non hēat lo-
cū denuntiatio, qa ius poſitiuum infringens ex altero capite
hēt naturalē æquitatem obfuſcantē ęquitatem voluntatis, vt
qa naturalis æquitas dictat, vt filij ꝯ debitum ordinē charita-
tis ab hæreditatib. parentum non excludant̄, alijs hæredib. prę
latis. Hinc eſt, ꝙ ēt locus pius inſtituat̄, filijs exhæredatis. in cō-
ſecūdū Inn. & Goſ. Idem Vin. de teſti. cog. c. fi. de quo de verb.
ſign. c. 2. ſuper verbo, cōſpiratores. Licita autem eſt, ſecundū
Goſ. & Inno. quādo ſcilicet iurāt clerici, & ſtatuūt, vt teneant
ſe ſimul, & nō permittāt prælatum dilapidare, vel excōicatū
nō admitterent, vel hæretico nō obedirēt, vel ſe inuicem ſecu
rant ſuper facienda, & nō prodenda accuſatione hæretici, vel
aliter pernicioſi prælati: vel ſi cōtra potētem prælatum, vel in
famatum boni viri cōiurāt, 16. q. j. ſane Theſſalonicēſis. vbi de
hoc. 79. diſt. c. 2. De materia cōiurationum vide 11. q. 3. cōiura
tionum. de teſti. c. penul. de verbo. ſign. conſtitutionem. lib. 6.
29 de hæreticis. c. fraternitatis. de re iud. cum I. & A. † Opp. cū gl.
ſeq. ꝙ non admittatur excōicatio cōtra agētem cōtra electū,
de excep. dilecti. Sol. Refert, an veniant ſe opponentes per viā
agendi, & repelluntur, vt hic: an per viam excipiendi, & etiā ſi
veniant vocati, vel non vocati in ſpecie, vel in genere, ex quo
veniunt pro defenſione eccleſiæ, & ſtimulantur ſtimulo īter-
eſſe eccleſiæ, non repelluntur, vt dicto c. dilecti. Sed obſtat, qa
voluntarius reus ab opponendo, obſtante excommunicatio-
ne, repellitur ſicut & actor, ut patet ex no. per Inno. de except.
cum inter. & c. ſignificauerunt. Hoſt. tamen ibi contra. Dic, ſi
voluntarie ſe opponens veniat via agendi, repellitur vt hic. Si
via excipiendi, ſed ſpecifice vocatus, admittitur: quia eius per
ſona eſt firmata per vocationem in iudicium, in dicto c. cum
dilecti. Si non eſt ſpecifice vocatus, ſi ſe opponit ſtimulatus ra
tione priuati intereſſe, admittitur, vt dicto c. cum dilecti. niſi
delictum, quod opponit, ſit idem cum ſuo in genere; quo ca-
ſu fit compenſatio, de excep. cū eccleſiaſticæ. Si uenit ad iudi-
cium ſtimulatus ratione intereſſe eccleſiæ, adhuc admittitur,
vt dicto c. cū dilecti. Si venit nō ſpecifice vocatus pro intereſſe
communi, & publico, licèt ſit uocatus generali edicto, repelli
tur. Et ſic procedit dictum Inn. in dicto c. ſignificauerunt. & c.
cum inter. cum habeat gl. hic concor. Inno. de accu. ſuper his.
Et ſic debent limitari glo. Inno. in præall. loco, quod non. Per
hoc dicit Inno. quòd excommunicatus non poteſt proſequi
30 populares actiones. † Opp. quod potuerit procedi lite non cō
teſtata ad ſententiam, etiam iure iſto, vt lite non conteſt. quo
niam. §. porro. Solu. In abſentem contumaciter poterit proce
di, vt ibi: non in pręſentem, vt hic. Hodie etiam in pręſentem,
& abſentem, vt in cle. diſpendioſam. imo plus dicunt quidā, li
tem fore cōteſtandam ſuper exceptionibus, ſ. de elect. dudū.
primo. §. licet. Aliter non valet proceſſus. Alij dicunt, & forte
non male, quòd ibi non fuit facta litis conteſtatio ſuper exce-
ptionibus, ſed ſuper principali, ſm Inn. & Hoſt. Dic de hoc, vt
31 per gl. de officio deleg. prudentiam. §. ſexta. † Oppo. quòd non
ſufficit appellationem altero de grauaminibus copulatis in
appellatione iuſtificari, quia copula, &, nō verificatur in vno.
Ad hoc de reſcrip. olim. Gl. reſpōdit, quòd quandoque plura
copulantur in appellatione, quorū alterum diſtributiuè, &
ſingulariter ſufficit ad finem iuſtitiæ appellationis, & ſufficit
alterum probare, vt hic: nam quilibet defectus grauabat par-
tem, quod contra eam lite non conteſtata procederetur, & ꝙ
procederetur ſimul ſuper dilatorijs, & negotio principali. Si
autem plura copulantur, quorum alterum diſtributiue non
ſufficit ad iuſtitiam appellationis, vel reſpiciant illa diuerſos
effectus, & integraliter quilibet non cōcludat: & tūc oportet,
quod omnia probentur, & nō ſufficit alterū probare, vt hic,
& de reſcript. c. 2. de præb. cum iam dudum. de app. ſignifica
uit. de prob. licet cauſam. j. diſt. omnes autem leges. & Archi.
de priuileg. ex parte. Dy. de reg. iur. nullus pluribus. lib. 6. Arc.
de teſti. præſentium. eo. lib. & ponit Io. An. ſuper verbo, articu
lus. de elec. c. j. lib. 6. in uerbo, defecerit. gl. de elect. vt circa. li. 6.
in verbo, probare. & de ele. ab eo. lib. 6. eo. ti. is, qui. li. 6. in gloſ.
pe. & fi. per Cal. de reſcrip. c. 2. Dic, ꝙ ſi plura narrantur diſiun-
ctiue, ſufficit alterum probare, de reſcrip. inter cętera. Si plura
narrantur ſimpliciter copulatiue, aut collectiue, ſi ſe adſtrin-
git ad utrunque probandum, mos gerendus eſt, de prob. licèt
cauſam. Et hoc uerum, inquantū tangitur præiudiciū priua-
tum, & in his, in quibus ſe adſtringendo poteſt ſibi præiudica
re. Inquantum autem tangitur pręiudiciū publicum, ſi alterū
tantum probatū ſufficit, iudex ex officio ſupplet, iudicādo ſm
ꝙ iuſtitia dictat, non prout ſe adſtringit, vt notat gl. de prob. li
cet cauſam. in verbo, adſtrinxit. Si ſe nō adſtringit, & hoc con-
ſtat, vt qa proteſtetur, ꝙ nō ſe adſtringit, niſi prout neceſſe eſt
ad victoriā, vel ꝙ ponit diuiſim, & ſeparatim, & diſtributiue,
eſt planū, ꝙ ſufficit alterū probare, dūmō ſufficiat ad victoriā.
Si nihil proteſtatur, tunc ſi omnia diſtributiue, & ſpecialiter
nō ſufficiūt, ſed omnia ſimul iūcta ſic, vel diuerſos reſpiciunt
effectus, ad illos omnes cōſequēdos oportet omnia probari,
d̄ reſcrip. olim. ſi quodlibet diſtributiue ſufficit ad victoriā cau
ſæ, doc. cōiter dicunt, ꝙ ſufficit alterum ꝓbare, dic ſm Bart. &
doc. de prob. licet cauſam. Bar. ponit ff. de re iu. l. Diuus. Si plu
ra copulātur in eadem oratione, quorū vnū uenit qualificate
ad aliud, nō ſufficit alterum probare, de re iud. l. Diuus. de ꝓ-
batio. licet cauſam. Ad hoc de ele. ab eo. li. 6. Plus dicit Arch.
de teſti. præſentium. lib. 6. ꝙ ſi in vno articulo, vel capitulo plu
ra copulētur, ꝙ arctaſſe videtur ſe ad utrunq; ꝓbandū: iō nō
ſufficit alterū probare. Per quæ inſtruit aduocatū, ne nimium
ſit uerboſus in iudicio articulādo, ut ꝙ potius plures articulos
repetat, q̄ plura facta in vno ꝯcernet, qd̄ nō placet, niſi qualifi
cate ꝓponat. Si uero plura geminet, ēt in eadem orōne, ita ꝙ
unū nō ueniat qualificate ad alterū, ſed ponit ſeparatim, uel
copulatiue, uł ſimplr̄ ī una orōne, nec unū qualificat ad alte-

 rum,

rum,& regulariter ſufficit alterum probare. Hæc vera, quãdo
eodem inſtanti proſequitur vtrunque: ſed ſi vnum proſequit̃,
& deficiat, poteſt ab alio repelli tanquam calũnioſus, de elec.
ſi forte.li.6.quia licèt alterum tantum probare ſufficiat ad ui
ctoriam, non ſufficit ad vitandam calumniam, & periurium
ex calumnia, ex quo ſimpliciter iurat quæ proponit eſſe vera,
vt eſt tex.cũ glo.de elec.ſi forte.lib.6.in uerbo, euidẽter. & eo.
tit.is,qui.contra in gl.penul. per quæ dicunt domini de Rota
ſua concluſione 80.& 75.quòd ſi impetrans narret impetran
do plures modos vocãdi, vt qa per conſtitutionẽ, execrabilis.
acceptauit duo incompaſſibilia,& quia non ſit promotus in-
tra annum, ſufficit alterum modum vocandi probare: quia
quodlibet diſtributiue ſufficiat ad finẽ victoriæ. Quod puto,
niſi aduerſarius, probato altero mõ vocandi, velit probare ꝙ
altero vacet, quia non ſunt cõpaſſibiles. Si enim vacat per cõ
ſtitutionem, execrabilis. non poteſt vacare ꝑ nõ aſſumptionẽ
ordinis, ad hoc de reſcrip.ſuſceptum.lib.6.Ex his deciditur, ꝙ
ſi plura narrantur in reſcripto, & aliqua ſunt ſurreptione nar
rata, aliqua autem narrata vere, an ex hoc tantum, reſcriptũ
vitietur: & ſi quidẽ alternatiue narrantur, eſt planum ꝙ non
vitiatur, de reſcri.inter cæteras. Si copulatiuè, tunc dicit Lap⁹
ſua alleg.25.in fi.ꝙ ponderandum eſt ſuper qua ſe fundet Pa-
pa ad reſcribendum: & ſi illa eſt falſa, reſcriptum eſt ſurrepti-
tium: ſi non, non attenditur falſitas circa alia, ſed ſimpliciter
recurrendum eſt ad prædicta. Si non appareat ſuper quo ſe
fundet, tunc ſi velit proſequi narratum, ſurreptitiũ ei obſtat.
Si velit proſequi narratum non ſurreptitiũ, obtinet, de reſcri.
ſi eo tempore.lib.6. Ad hoc, qđ no.de reſcr.conſtitutum, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia iudicij non perit lapſu triennij de iure canonico. 5.*
2 *Clauſula, Commiſſa deciſione cauſæ, quid importet.*
3 *Iuriſdictio delegata non perimitur, perempta iudicij inſtantia.*
4 *Cauillatio quid ſignificet.*
6 *Inſtantia iudicij perempta per lapſum triennij, de iure ciuili non auditur pars, niſi lis nouiter inchoetur. 7.*
8 *Inſtantia perempta, an videatur extincta iuriſdictio delegata.*
9 *Inſtantia iudicij, an indiſtinctè pereat lapſu temporis.*
*Actio criminalis contra laicum debet terminari infra biennium.*
10 *Inſtantia iudicij poteſt dici perempta in arbitrio.*
11 *Reſcriptum, per quod mandatur iudici, vt cauſam intra inſtantiam decidat, aliàs incurrat pęnam, intelligitur ſi pars inſtet.*
12 *Inſtantia, an in compromiſſo prorogetur, vt interim non currat tempus.*

## CAP. XX.

1 VEnerabilis. †Inſtantia iudicij non perit la-
pſu triennij. Sunt duæ partes.
In prima cõqueſtio. In ſecunda Papæ prouiſio. Se-
2 cunda ibi, Mandamus. †Nota primo, ꝙ commiſſa
deciſione cauſæ, cõmiſſa vr̃ cãæ cognitio. Nũquid
aũt cõmiſſa cognitione videatur commiſſa ſñia, & deciſio, vi
de Doct.de offi.deleg.ſuper qõnum.& vide in cle. auditor. de
reſcri.in cle.vbi plene ſcripſi. Nota ſecundò ſecundum vnum
intellectum, quòd iure canonico non perit inſtãtia lapſu triẽ-
nij, quãdo eſt per ſubterfugia, & cauillationes aduerſarij pro-
3 telata. †Nota tertio ſecundum alium intellectum, ꝙ perẽpta
4 inſtantia iudicij non perimitur iuriſdictio delegata. † Quæro
primo, quid eſt dicere, Cauillatio. Doc.dicunt, ꝙ regula Cato-
niana ff.de reg.iu.dicit ꝙ ea eſt natura cauillationis, vt ab eui
denter veris per breuiſſimas diſputationes ea, quæ euidenter
5 falſa ſunt, concludantur, ff.de verb.ſig.natura. †Quæro, an ꝓ-
cedetur ad litem nouiter conteſtandam? Dic, ꝙ non, ſed ſup
prius conteſtata: quia dicit hic, non obſtante exceptione. Si
enim obſtaret exceptio, procederetur etiam ſuper lite noui-
6 ter conteſtanda, vt patet ſecundũ Hoſt. †Ad gloſ. opp. ꝙ lapſu
triennij perimatur inſtantia, & ſic non audiatur pars, niſi no-
uiter lis inchoetur: cũ perempta inſtantia pereãt omnia acta,
vt lite conteſta, & ſimil.C.de iud.properandũ.§.ſinautẽ reus:
Prima ſolutio glo.eſt, ꝙ aliud ſm leges, vt ibi: aliud ſm cano-
nes, vt hic. Secũda ſol.gl.eſt, ꝙ perempta inſtantia nõ perimit̃
iuriſdictio delegata, vt hic: ſed bene perimuntur acta, vt in cõ
trario. Põderet ergo opponens, an opponat cõtra iuriſdictio-
nẽ, & repellitur: an cõtra acta, vt ex ipſis non procedatur, & re
ctè opponit. Tertia ſolutio tangitur in gl. perimitur inſtantia
lapſu triennij a die litis conteſtatæ, ſed hic non erat lis conte-
ſtata, ideo non potuit prĩcipiari curſus. Gl.dicit, ꝙ imo lis hic
fuit conteſtata: qđ patet ex litera, quia dicit, ꝙ cauſæ deciſio
fuit prorogata: ergo erat lis conteſtata. Quarta ſolutio colligi
tur ex dictis gl. vbi ſtat per reum, & cauſa eius cauillatione pro
trahitur, non perit actori inſtantia, ut hic: alias ſecus, ut ibi.
7 †Primo videndum, an perempta inſtantia perimantur acta.
Gl.dicit, ꝙ perempta inſtantia de iure ciuili acta perimuntur.
Dicit hic Gof. ꝙ acta per manũ publicam ſcripta non pereũt,
C.de re iu. l. geſta. in Auth. vt fratrum filij.§.j.colla.9.ſecundũ
Vinc. Ad hoc de teſt.ſignificauit.s̃.de fi.inſtru.c.fi.ff.ad legem
Aquil.l.in lege Aqui.ſi deletum.C.de teſta.l.publicati.de quo
plene de teſtib.cauſam.per Legiſtas in l.is apud.C.de eden.&
8 per Bar.in l.cum lite.quæ eſt l.2.ff.iud.ſol. †Secundo eſt uiden
dum, an perempta inſtantia perimatur iuriſdictio delegata.
Gl.hic, ꝙ non. Idem Doct.s̃.eo.examinata.per Inn.de offic.de-
leg.conſuluit.& de teſti.cauſam.per Spec.in tit.de cõtu.§.nũc
nobis.in fi.§.j. Et tenent domini de Rota ſua concluſione 66.
& in Spec.in ti.de off.iudi.§.deſeruit. Pau.in cle.vt calumnijs.
de re iud. Dic, ꝙ inſtantia perempta nõ perimitur iuriſdictio,
quando peremptione inſtantiæ non perimitur cauſa, vel quã
do iuriſdictio nõ eſt ad inſtantiam limitata: ſecus ſi perimat̃
cauſa, uel ſit iuriſdictio ad inſtantiam limitata, vt patet in iu-
riſdictione data in cauſa appellationis, ut s̃.de reſcript.ex par-
9 te, & in clem.ſicut appellationem.de appel.in cle. †Tertio eſt
vidẽdum, an inſtantia lapſu temporis pereat indiſtinctè tam
de iure ciuili, quam de iure canonico. Circa quod eſt aduer-
tendum, ꝙ cauſa ciuilis terminatur triennio, & habet inſtan-
tiam triennij, C.de iud.properandum.§.ſinautem. Crimina-
lis vero intra biẽnium, C.vt intra cer.tem.cri.qu.ter.l.ſi.inter
clericos intra duos menſes, in Aut. vt cle. apud ꝓpri. epiſcop.
§.ſi tamen.col.6. Sunt & alij caſus, in quibus reſtringuntur, vt
in officiali, vt C.vt omnes tam ciui.quam crimina.ca.l.j.§.fin.
Itẽ allegat C.de naufra.l.de ſubmerſis.li.12.C.de dolo.l.fin. Et
reſtringuntur etiam quædã ciuiles, C.de decur.l.generali. lib.
12.C.de edi.priua.l.fi.in Auth.de man.prin.§.ſi tibi.colla.3. ff.
de dam.infec.l.j.ſecundum Gof.& Hoſt. Dic ergo, ſi quæritur
an pereat inſtantia de iure canonico lapſu triennij: quidam
quod non, vt gl.hic, & de dolo.c.fi.& tenet Hoſt.& ſic practica
tur. Et eſt differentia inter leges, & canones: quia ſecundũ le-
ges regulariter non appellatur ante ſententiã, iõ diligentia iu
dicis bñ poteſt cauſa finiri intra triennium. Sed ſecus ſm ca-
nones, de app.cũ ſit.ſm Pe.Ab.& Hoſt. Ad hoc ſupra de in in-
teg.reſt.cum ex literis.& tenet Spec.in ti.de deleg.§.reſtat. ver
ſi.item ꝙ inſtantia. De iure autem ciuili, ſi nondum lis eſt cõ-
teſtata, lapſu temporis non perit inſtantia, vt hic ſm unã lect.
& hoc, quia rurſus incipit a tempore litis cõteſtatæ, vt l.prope
randũ.§.ſinautẽ reus. Si lis eſt cępta, ſi ſtat per iudicem, ur̃ ꝙ
non pereat inſtantia, arg.huius, & in Auth. vt ſpon.lar.§.hoc
quoq;.gl.ff.ex qui.cau.ma.l.ſed & ſi per prætorem.in princip.
licèt gl.ſentiat contrariũ in Auth.de appel.§.primo.col.4.Gl.
aliæ dicunt quod currit, ſed datur reſtitutio. Et hoc tenet Bar.
in l.arbitrio.§.fi.ff.de dolo. Quod ſatis puto in inſtantia prin-
cipali. In inſtantia appellationis dicam j̃.de appel.ex rõne. Si
ſtat per partem, gl.tenet hic, ꝙ tẽpus non currit. Et hoc tenet
Phi. hic dicens, ꝙ ideo hic non currit inſtantia, ne Ceruiẽſes,
per quorum ſubterfugia fuerat cauſa prorogata, reportẽt cõ-
modũ de ſuo dolo, de reſcrip.ſedes.de dolo.contingit. Tu te-
ne, ꝙ currat, nec datur reſtitutio, ſed dabit̃ de dolo cõtra par-
tẽ, vt dicto §.de dolo. Quod ſequit̃ ibi Bar.& gl.in dicto §. hoc
quoque. Si ſtat per extraneum, currit, nec datur reſtitutio con
tra partẽ, ſed agitur contra tertiũ: & hoc ſi eſt ſoluẽdo: aliàs in
ſubſidiũ ſubuenitur. Quandoque ſtat per eum, qui debet cau
ſam proſequi, ſed fuit legitime impeditus, quia abſens, currit,
ſed datur reſtitutio, l.ſed & ſi ſine.§. fi.ff. de minorib. Fallit in
cauſis fiſcalibus, vt l.properandum.præal. per quæ Gof. dicit
hic idem fore in eccleſia, q̃ fiſco ęquiparat̃: & ſic procedet hęc
decre.in cauſis eccleſiæ, non clericorum, ſecundũ eũ, qa ſuffi-
cit in hoc legem non correctã. Hęc vera tenẽdo, quod currat
de iure canonico. Nunquid autẽ minor reſtituat̃? dicit, ꝙ pri⁹
conuenitur tutor, ante quàm reſtituatur, ut l. properandũ. in
fi.§.ultimo.licet alter habeat electionem agẽdi, contra quem
vult, l.etiam.§.j.ff.de minorib.C.ſi tut.vel cura.l.etiã. licèt hãc
electionẽ nõ habeat, vbi eſt lapſus ex contractu tutoris, vel cu
ratoris: qa prius ↄuenit procuratorẽ, q̃ reſtituat̃, ff. de mino. l.
cũ mãdato. Aduerte tñ, qa tenet Gof. qđ inſtãtia hẽat locũ in
priuatis cauſis clericorum. Hoc credo inquãtũ illę tractantur
corã iudice ſeculari: qa in talibus attẽditur locus iudicij, vt di-
cam j̃.de foro compe.qđ clericis. Sed in cauſis, q̃ tractantur in
foro eccleſiaſtico, nõ credo ꝙ hic admitteret̃. Ad hoc, quod
ſcribit Cal.in q.quæ incipit, Statuto cauet̃: qa bona clericorũ
10 ibi gaudẽt priuilegio eccleſiarũ, de pigno.ex lr̃is. † An autem
in arbitrio cẽſeatur eſſe perempta inſtãtia iudicij. Gl.qđ ſic, in
l.ſi de meis.§.fi.ff.de arb. Et hoc, qa ad inſtar iudiciorũ, &c. l.j.
C.de arb. Idẽ gl.in l.ſed ſi in cõpromiſſum.& ĩ l.itẽ ſi vnus. §.j.
11 de arbi. †Vbi aũt iudici imponit̃ pęna, ſi cãm nõ decidat intra
inſtantiam, intelligitur ſi pars inſtet, l.4.§. hoc aũt. ff. de dam.
infec. Sic no.C.de iud.properandũ.§.ſinaũt reus.& ponit gl. s̃.
de reſcrip.c.fi.ad hoc l.petendæ.C.de tẽp.in integ.reſti.pe. vbi
vero partes in tantum ſe adſtrinxerũt, ꝙ labitur tempus, & iu-
dex nõ eſt informatus de cã, conſuluit But. ꝙ iudex pronũtiet
ſic, Abſoluo, vel condemno ꝓut abſoluẽdus, vel cõdẽnandus
eſt, vt ex actis patet. Sic dicit But.in l.iudex.C.de ſent. qđ nota-
bis. De materia gl. vide 2.q.7.anteriorũ.§.ad hęc. De inſtantia
autem data per ſtatutũ, an poſt terminũ ſtatutũ poſſit iudex
pronuntiare, vide in Spe.de lega.§.reſtat.verſi. item ſi inſtãtia,
quod

quod non pono hic,quia melius cadit ad c.de cauſis.ſ. de off.
delega.& uide in l.j.C.vt omnes tam ciui.quam cri.& per Cy.
& Bar.in l.properandum. §. ſinautē reus . & pleniſſime ponit
22 Io.An.in addi.prædicta.†Nunquid autem in compromiſſo in
ſtantia prorogetur , vt interim non currat tempus , ſicut dici-
mus in inſtantia appellationis,ut in auth. ſi tamen.C.de tem-
po.appel.& in cle.ſi appellationē.de app.Io.An.in addi.Spec.
in ti.præalleg.& uerſi.tenet,quòd currat,quia non apparet iu
re cautum,quod non currat in inſtantia principali:& quia ex
preſſo conſenſu partium non poteſt prorogari,vt no.gl. in §.
ſinautem reus.Hæc eſt eadem rõ in curſu inſtantiæ principa
lis , & appellationis, cum agitur in appellationis inſtantia de
maiori præiudicio:quia perimitur illa inſtantia,& cauſa: hic
ſola acta perimuntur,& non cā principalis . Et hoc tenet Bar.
in l.properandum.etiam ſi pactum ſit iuratum, qa contra uti
litatem publicam.Modū autem vnum ibi ponit de prorogā-
do,ſi partes promittunt non opponere.Quod nō placet Bart.
in dicta l.properandum. quia iudex ex officio videns ſentētiā
non valere,quia perempta eſt inſtantia , debet abſtinere , ne
fruſtratoria eſſet ſententia.Dicit ſecundo , quòd alius eſt mo-
dus,vt partes nouent vnico actu acta,ſecundum formā l. mu-
tari.ff.de procu.vt quia dicant ſic litem cõteſtari,&c.quę tuta
non eſſet,ſi perēpta inſtantia,perempta eſſet actio, uel cauſa.
Item fortè cum in aliquibus exigatur formalitas, non ſuffice-
ret illud generaliter recenſeri acta,vt in c.clericus.de iureiur.
& in c.Quintauallis,& ibi dicam.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia exequi poteſt tempore feriato.*
2 *Delegatus non poteſt trahere partes vltra duas dietas a prouincia,virtute ſuæ commiſſionis.*
3 *Iudex quandoque poteſt appellari Poteſtas .*
4 *Poſſeſſio vera,ſed quaſi,non cadit in incorporalibus.*
5 *Libellum non vitiat in poſſeſſorio narratio proprietatis.*
6 *Libellus,in quo aliquid alternatiue narratur, quando valeat.*
7 *Sententia in poſſeſſorio eſt diffinitiua .*
8 *Reconuentionis priuilegium quando ceſſet.*
9 *Sicut contra agentem in poſſeſſorio non admittitur cumulatio petitorij ab alia parte ſuper eadem re,ita nec contra petitionem executionis in poſſeſſorio .*
10 *Poteſtati ſeculari quæritur ius adminiſtrandi ſola electione.*
11 *Poſſeſſione ſua quomodo poſſit reintegrari priuatus quaſi poſſeſſione iuris eligendi.*
12 *Sententia ſuper incorporalibus quomodo exequi, & formari debeat.*
13 *Iudex ſecularis poteſt eſſe iudex in cauſa ſpoliationis rerum eccleſiæ.*
14 *Feriæ etiam tempore vindemiarum ſunt concedendæ pro cauſis plenarijs.*
16 *Factum perſonale vbi ad tempus terminatur,finito tempore finitur ius.*
17 *Reſcriptum vltra prouinciam valet,dummodo non ſit vltra duas dietas.*
18 *Ciuitas an poſſit eligere ſibi aliquem in Poteſtatem perpetuum.*
19 *Electionis cauſa non poteſt tractari coram iudice ſeculari , quaſi ſit ſpiritualis.*
20 *Poſſeſſoria quæſtio ſuper beneficijs an dicatur ſpiritualis 22.*
21 *Sententia ſuper poſſeſſorio an dicatur interlocutoria,vel diffinitiua.*
23 *Reconuentio an poſsit fieri coram alio iudice.*
24 *Feriarum tempore inductarum ad Dei honorem pro quibus cauſis poſsit iudex procedere, inuitis etiam partibus .*

## C A P. XXI.

1 SIgnificauerunt. ¶† Nō obſtante ex
ceptione tēporis fe
riati propter vindemias,mandāda eſt ſnīa exe
cutioni.Hoc dicit. Vel ſcđm Abbatē:Cū actor
& reus ſint diuerſi fori,cā proprietatis , & poſ-
ſeſſionis poſſunt corā diuerſis iudicibus agi-
tari.h.d.Sunt duæ partes.In prima parte cõqueſtio. In ſecun-
da prouiſio.Secunda ibi, Mandamus. In prima facit tria . Pri-
mo ponit factum,& cauſæ delegationem bimembrem.Secū-
da ibi,Verum reorum exceptiones. Tertia ibi , Reſpondente
2 reſponſionem actoris. †Nota primo iuncta ſubſcriptione , ꝙ
ſufficit, quòd cauſa non committatur vltra duas dietas, licèt
3 committatur extra prouinciam.de quo 3.q.6. neminē. † No-
ta ſecundo pro vulgari, vt iudex appelletur in fęminino Pote
ſtas.vide 96.diſt. ſi Imperator. Alibi appellatur in maſculino,
de hom.tua. Vide ad primum 10. q. 2. precariæ , vel pecunia.
¶Nota tertio,ꝙ denegatione ſubiectionis , vel non admiſſio-
ne rectoris electi , quis quaſi ſubiectionis poſſeſſione ſpoliari
uidetur,pro qua conſequenda agi poteſt poſſeſſorio : & ſic ꝓ
ſpoliatione iurium incorporalium datur poſſeſſoriū , ſaltim
quando ſint iura realia , vel perſonalia ad rem competentia .
ad hoc de elect. querelam. quod no.de cenſi.peruenit.Cy. C.
4 de pac.l.ſi certis annis.†Nota quarto,quòd in incorporalibus
non cadit vera poſſeſſio,ſed quaſi. Ad hoc l.ſi ſeruus.§.incor-
porales.de acqui.re.do.ſic nec in illis cadit vera traditio, ff.de
ſerui.l.quoties.C.de vſuf.l.4.ſic nec in ipſis cadit uera proprie
tas,ſed quaſi,ut dicit tex.hic notabiliter.Idem tex. & gl. in l.2.
§.quædam.ff.de interdic.vidu.l.3.de ſerui. leg. Inn. de conſti.
5 cum M.in verbo,reuocat.iuxta fi.gl. ¶†Nota quinto,ꝙ narra
tio proprietatis in libello non vitiat libellum in poſſeſſorio ,
nec ampliat vires libelli,vt proprietas deducta videatur: quia
attenditur penes medium concludendi,de quo ĵ.ti.j. ex parte
6 B. † Nota quòd procedit libellus , in quo aliquid alternatiue
narratur,quando alternatiua cadit inter illa,quæ ſaltem in la
7 ta ſignificatione ſunt idem, ibi,poſſeſſione,vel quaſi.† Nota ,
quòd ſententia in poſſeſſorio eſt diffinitiua,vide gl. de offi.de
8 leg.conſultationibus.& de reſt.ſpol.cum ad ſedem.† Nota, ꝙ
data diuerſitate fori conuenti ad reconuentum, cauſæ conti-
nentia diuiditur,& ceſſat priuilegium reconuentionis, quan-
do iuriſdictio ex fori diuerſitate eſt improrogabilis . Et ſic hic
uidetur caſus,ꝙ in ciuili nõ procedat reconuentio de clerico
coram iudice ſeculari:quod poteſt reſtringi, quādo agitur nõ
de re patrimoniali clerici,ſed de re eccleſiaſtica.de quo dic,vt
dixi ſupra,c.at ſi clerici. Nota, ꝙ data incompaſſibilitate cau-
ſarum attento intentandi modo , priuilegium recõuentionis
ceſſat,& diuiditur cauſæ continentia:nam pendentia poſſeſ-
ſorij quo ad executionem nõ patitur petitoriū a diuerſa par-
9 te intentatum,ĵ.de or.co.c.fi.†Nota, quòd ſicut contra agen-
tem poſſeſſorio nõ admittiī cumulatio petitorij ab alia parte
ſuper eadem re,ita nec cõtra petitionem executionis in poſ-
ſeſſorio:& ſic nõ ſolum pendentia poſſeſſorij impedit petito-
rium ab alia parte intentatum,ſed etiam pendentia executio
nis poſſeſſorij.Nota ar.ꝙ pro grauamine illato coram iudice
ſeculari clerico immediatè poteſt adiri eccleſia, quando gra-
uamen infertur in re eccleſiaſtica:nec eſt neceſſe , vt adeatur
proximus ſuperior ſecularis,ad hoc ſ.eod. cum deputati. di-
10 cam ĵ.ti.j.ex tenore.& c.licet.†.No. quòd in iſtis Poteſtatibus
ſecularibus ſola electione abſq; alia confirmatione quæritur
ius adminiſtrandi , nec eſt opus alia confirmatione , ſed ſola
ſufficit admiſſio,quæ eſt pro cõfirmatione , vide hoc per glo.
Bar.But.& Cy.in l.priuatorum.C.de iu.om.iu.per Bar. in l.Pu
blius.de cõd.& de.per eundē in l.ante.ff.de teſta.mili.Si tamē
aliquid opponetur,non poteſt adminiſtrare, ante quā poſſeſ-
11 ſionem habeat.no.Spe.in ti.de cenſi.§.2.ver.pe.†No. practicā
reintegrandi ad poſſeſſionem priuatā quaſi poſſeſſione iuris
eligendi:quia reintegratur,eo quòd ab eo electus admittitur,
& tractatur pro electo.Nõ ſufficit ergo ſola electio,niſi vt ele-
12 ctus habeatur, vide Inno.de in inte. reſt.c.2. †Nota practicam
exequendi ſententiam in iſtis incorporalibus: quia iudex cõ-
pellit partem ſuccumbentem ad patiētiam exercitij iuris , vi-
de Inn.de conceſſio.præben.cum noſtris.Bar.de ope.no. nun.
13 l.ſi prius.de dam.infec.l.a quo.ff.de ſeru. l.ſi cui.†Nota hic ap
tum, quòd pro ſpoliatione iuriū eccleſiæ agi poteſt coram lai
co:& ſic pro ſacrilegio,& ex facto,ex quo ſurgit crimen ſacri-
legij,electio eſt eccleſiæ,an agat corā iudice eccleſiaſtico, vel
14 ſeculari.Ad hoc ĵ.de foro compe.cū ſit.in ver.vtrum.†No.j.ꝙ
cauſæ plenarię regulariter ſilent tpe feriarū ꝓpter vindemias.
15 †Et no.caſum exceptum , quando petiī executio ſententiæ iā
16 latæ,& maximè qn̄ res eſt peritura tpe.†No.ꝙ vbi factū perſo-
nale determinatur ad tēpus , finito tēpore finiī ius : iō altero
tēpore hic impleri nõ põt , quaſi jōio factū diuerſificeī ex tpis
diuerſitate,cū alię ſint opę tēporis diuerſi,ff.de cõd.ind.l.ſi nõ
ſortē.§.ſi libertus. Ad hoc l. ſi vſusfructus mihi in biennium.
ff.de vſuf.le.& ſic eſt caſus formalis de eo,qđ quærit Bar.in l.ſi
ita ſtipulatus. q̄ præcedit l.ſtichum.ff.de uerb.obli.Si Poteſtas
eligiī pro primis ſex mēſibus,& caſu cõtingat,ꝙ nõ poſſit pri
mis ſex mēſibus uti iuriſdictione,an illi tempus reintegretur ?
Et dicit ꝙ non:quia alij ſunt ſex menſes primi, alij ſecundi, ex
17 tpis diuerſitate.ad hoc dictus §.ſi libertus.¶† Oppo.j.ꝙ cauſa
non poſſit delegari extra ꝓuinciam,3.q.6.neminem . Sol.Di-
cit Io.An.ꝙ ſufficit ſecūdū hæc tempora,ꝙ non committatur
vltra duas dietas,q̄q̄ cõmitteretur extra prouinciam, vt patet
hic. Vel dic,ꝙ hoc fuit de certa ſcientia Papæ. Vel dic ꝙ non
fuit exceptum . Dicit tamen Goff. diſputaſſe reſcriptum vltra
prouinciam valere , dūmodo non vltra duas dietas . Ad hoc
ĵ.de iureiur.olim.De quo per Hoſt.in ſumma,de reſcr. §. quæ
obijci poſſunt.ver.C.ibi Hoſt.tenet ꝙ procedit exceptio,niſi ꝓ
ceſſerit ex certa ſciētia Papæ:qđ ſcire nõ pſumitur,de cõſt.c.j.
lib.6.& ſic ſtant iura,ex quo nõ ſunt correcta,de ele.ꝯſtitutio.
li.6.Et licet ſic videaī de iure ſcripto, contra tamen de conſue
tudine ſeruatur,ſecundū Cal.Arch.in d.c. neminē. tenet opi.
Hoſt.& dicit hodie ſtandum eſſe c.ſtatutū.§.cū aūt.de reſcrip.
li.6.Sed dici poteſt,ꝙ ille §.loquitur in datis a Papa:in inferio
ribus autē iudicibus ſtandū eſt dicto c. neminē. qa ſic loquiī.
Oppo.2.ꝙ nõ recte exciperent cõmunitas caſtri , quia nõ erāt
rei,ſed actores.Sol.Dicit ꝙ excipiebant inquantū petebaī exe
cutio poſſeſſorij:quia inquātū agitabatur cā ꝓprietatis, erant
18 actores,vt patet ſupra, ¶†Quæro,an ciuitas poſſit ſibi eligere
aliquem in perpetuū Poteſtatē,ideſt quoad vixerit: & idē q̄riī
de quacūq; vniuerſitate,ar.ꝙ ſic:ſicut ꝓcurator vniuerſitatis
p̄t in perpetuū cõſtitui . Scđo, qa & Veneti ꝑpetuo ſibi Ducē
cõſtituerūt.Item eſt expreſſum,ꝙ permittitur perpetua pote-

ſtas,C.de murile.l.j.lib.12.Item,quia ciuitas,& vniuerſitas ap-
probata pōt ſibi perpetuam legem cōſtituere,ff. qđ cuiuſque
vni.l.ius.& eius ſtatuta ſunt perpetuo ſeruāda,ff. de decre. ab
ord.fa.l.fi.Itē ſicut ſocietas perpetuo cōtrahitur, ff. pro ſocio.
l.j.Itē,ꝙ quilibet pōt ſe iuriſdictioni alterius ſubmittere, ff. de
iud.l.j.& 2.& etiam ſuperior inferiori,ff.de iur.om.iud.l.eſt re
ceptū. multo fortius poterit ſibi rectorē perpetuū eligere, ff.
de ori.iur.l.2.§. deinde quia difficile. & §. ex eodē tempore. &
§.nouiſſime.Itē quia exercitus facit Imperatorē, 93. diſt.legi-
mus,& quia gñaliter vniuerſitas eligit rectorē ſibi perpetuū,
de elec. c.j.¶ In contrariū eſt veritas, quia leges de officijs lo-
quētes nolunt illa eſſe perpetua,C.de caſtren. l. j.C. de decur.
l.j.C.de mēſo.l.vnica.C.de domeſt.l.pragmatica.C.de muri.l.
ęternam.C.de cōſuli.l.pe.C.de fabricen.l.2.ff.de offic.pfec.vr.
l.iſta.ff.de off.proconſu.l.meminiſſe.de off.præſi. l. ſi forte. de
ori.iur.l.2.§.deīde populo.de adul.l.ſi adulteriū.§.fi.& l. ſi ma
ritus.ff.de iureiur.l.vt magiſtratibus.ff.de iudi.l. pars literarū.
cū multis ſimilibus.Itē multiplici rōne nō expedit officia per
petuari,& ꝯtinuari.Prima,qa nō expedit Reipublicæ,vt ſum-
mā poteſtatē habēs ſit perpetuus , vt palle.§. deinde populo.
Qđ intelligendū eſt de perpetuitate,vt tranſeat ad hrdes. Ad
hoc,qa ſummus princeps excipitur,vt ea.l.§. meminiſſe. Ad
hoc ſ.de elec.venerabilē.ad fi.Secūda,ne detur via corruptio
ni,& ambitioni,C.de tab.l.j.lib. 12.Tertia,vt ſi delinquat,faci-
lius corrigi poſſit,C.de ſuſcep.& arca.l.neminē.lib.10. Quar-
ta,ne tranſeat ad hæredes,in Auth.de defen.ciui.§.fi.colla. 3.
Quinta,qa ſic poſſent ſe ciuitates auertere,& ſubtrahere a ve
ro dominio,dādo ſe ſic forſan potētiori, de exceſ. pla. dilecta.
de ali.iu.mu.cā fac.c.fi.So. Dicit Hoſt.ꝙ ſm iura Digeſtorum
honores,dignitates,& munera tēporalia eē debebāt,ff.de mu.
& ho.l.munerū.§ gerendorū,adeo ꝙ cōtinuari nō poſſunt in
eadem perſona.Fallit in ſubſidiū,vbi deſunt,qui gerant, ff.de
mu.& ho.l.vt gradatim.§.quoties.& in ſacerdotij dignitate,q
ſpōte repeti pōt,ff.de mu.& ho.l. ſpōte. & fuit habilis regula-
ris vocatio quinquēnij,& alia triēnij ad legationē biēnij,C.de
mu.nō cōti.l.ſecūda.li.10.& per tātundē tps poterit in offō de
tineri,amplius nō,etiam ſi decretū ciuitatis,aut decurionum
authoritas hoc deſideret,C.de ſuſcep.& arcar.l.neminē.li.10.
hodie uero per bienniū in officio eſſe pōt:& interpellato biē-
nio,iterū poteſt aſſumi,ſi placet,aliter nō,in Auth.de defen.ci
ui.§.fi.colla.3.alias aſpirans,vel deſiderans ꝓmoueri, incidit ī
legē Iul.ambi.ff.ad legē Iul.ambi.l.prima.Rō, ne ſi perpetuo
teneāt Rempublicā occupatam, perpetuo aſperè dominent,
ne habeant occaſionē delinquēdi,ff.de ori.iur.l.ſecūda.§. de-
inde.in Auth.de defen.ciui.§.fi.Iō vult lex,ꝙ deponāt officiū,
& rōnē videant,C. vt omnes tā ciui,quam cri. l.vna.Itē ſi loc9
eſt ſub dominio alicuius,hoc ei minus licet ſine cōſenſu illi9,
cui ſubeſt, de exceſſi. præla. dilecta. de officio archid. ad hæc.
Hoc locū habet in ſecularibus rectoribus per electionē creā-
dis:ſecus in alijs,qui ſuccedūt hæreditario iure,ſ.e.nouiter.&
de voto.licet,Itē ſecus ī Imperatoribus , Regibus,& Ducibus,
q de antiqua,& approbata cōſuetudine perpetuo, ideſt,quā-
diu viuūt,eligūtur,quibus nō ſuccedūt hrdes. Exēplū, vt ī Du
ce Venetorū,& Imperatore,de ele.venerabilē. ad fi. Itē ſecus
in rectoribus eccleſiaſticis,qui perpetuo,id eſt, quādiu viuūt,
cōſtituūtur vt plurimū,& ſi ſint vicarij,de fi.inſt.G.perpetu9.
de officio vica.c.j.& fi.Vñ tales quādiu bene regūt, nō ſoluun
tur.Mors vero omnia ſoluit,in Auth.de nup.deinceps.đ regi-
mine ciuitatis Romanæ,tene qđ habes de elec.fundamēta.li.
19 6.¶†Opp. gl. 1. ꝙ nō poterit cā electionis tractari corā iudice
ſeculari,quaſi ſpiritualis ſit,j.de or.cog. tuā. de elec.ſacroſan-
cta,& c.Meſſana.Sol.Cauſa iuris eligendi ad dignitatē,vel bñ
ficiū ſpirituale,eſt ſpiritualis,& hæc non tractatur corā iudice
ſeculari:cauſa iuris eligendi ad temporalē dignitatē eſt tēpo-
ralis,qa & poteſt corā iudice ſeculari tractari, vt hic: & qa ab-
bas,& cōuētus fuerūt actores,vt hic: ideo forum rei eos cōue
nit ſequi,de fo.cōp.cū ſit.Vel ſecundo,ſecundū Vinc.vt ponit
Io.An.ſuper textu,hic cā erat ſuper poſſeſſione, & nō ſup pro
prietate iuris eligēdi: vñ dicit, ꝙ licèt cauſa iuris patronatus,
vel electionis quo ad proprietatem ſit ſpiritualis, & nō poſſit
corā iudice ſeculari tractari quo ad poſſeſſionē: tamen qū de
illa ſola diſputatur,illa poteſt coram iudice ſeculari tractari,
quaſi illa non ſit ſpiritualis,maxime ſi incidēter tractet.Licet
ſol.poſſit tolerari ī ſe,tamē ſol.nō eſt vera ad tex.Quod patet,
qa hic nō agebatur de electione rectoris eccleſiæ,ſed caſtri, &
erat rector tēporalis , vt patet in fi.ibi,& tēpore regiminis,&c.
20 & ideo poteſt agi corā iudice ſeculari.†No. tamen dictū Vin.
qui vult,ꝙ quæſtio poſſeſſoria ſuper re ſpirituali non dicatur
ſpiritualis,ad hoc gl.de iura.ca.literas,de ele.dilecti. per Inno.
ſ.eo.de reſcrip.ceterum.de fo. cōpe.ex parte B. Idē tenet Arc.
de reſti.ſpo.c.j.lib.6.in verbo,ciuilibus,de eo , qui mit. in poſ.
cā rei ſer.c.j.lib.6.in uerbo,obtinēdis.& ibi Arch.& Inno.vide
Io.An.de re.ſpo.frequēs.li.6.ī Nouella. Credo,ꝙ q̄ſtio poſſeſ-
ſoria rei ſpiritualis ſit ſpiritualis,ſicut & qō proprietatis:quia

eiuſdē eſt naturæ poſſeſſio,cuius eſt ꝓprietas,de reſcrip.c.cau
ſam.aliàs licèt vera ꝓprietas,vel ꝓprietatis poſſeſſio caderet ī
laicum,cōtra dictū c.cām.idē puto,qđ ſi quæſtio legitimitatis
depēdeat a colorata poſſeſſione matrimonij,ꝙ ſi de hac reuo
cet in dubiū,cū ad eccleſiā ſpectet de colore matrimonij ſta-
tuere,đ clā.deſpō.cum inhibitio.ita eius erit cognitio, an mri
moniū ſit in facie eccleſiæ cōtractū . Si uerò eſt dubiū de ſolo
facto,per no.in c.cauſam.de or.co.Io.An.dicit alibi, & Spe.ꝙ
hæc qō poſſeſſoria ſuper matrimonio,vel alia re ſpirituali,nō
eſt ſpiritualis,ſed quaſi ſpiritualis.Ponit Io.An.in addi.Spe.in
tit.de peti.& poſſ.§.j.verſ.quid ſi ago poſſeſſorio.Nō ob. qđ đt
Inn.ſ.eo.ceterū.& c.ex parte B.j.ti. j. quia fatēdū, ꝙ q̄ſtio poſ-
ſeſſionis nō eſt quæſtio proprietatis. Ideo ſi lex pōderat ꝓprie
tatis quæſtionē quo ad iuriſdictionē , ꝓcedit qđ non includit
poſſeſſoria,ſed quæſtio poſſeſſionis latè eſt quæſtio rei.Ideo ſi
ius pōderat in ꝓprietate rei,vel qualitate,quęſtio poſſeſſionis
includitur.Sed tūc vltra nō uidetur,ꝙ debuerat adiri Papa de
iudicio ſeculari,ſed ſuus ſuperior,ſ.eod. nouit.Solu.Dicit hic
Io.An.qđ quia voluerūt,vt reſpōderet de cauſa proprietatis ,
anteq̄ reſtituerent monachi,grauauerūt,& pp grauamē adit9
eſt Papa per viā appellationis,& Papa cōmiſit cauſam,vt ſ.pa
tet.Alij dñt,ꝙ Papa fuit aditus per viā querelæ.Et ſic patet,qđ
vbi clericus litigādo grauat corā iudice ſeculari, immediatè
pōt Papa adiri appellationis via,vel querelæ,ad hoc ſ.eod.de-
putati.dicā j.ti.j.licet,ꝓ tanto Papa,vt grauamē reuocet, man
dat , vt ante omnia admittat rector, q̄ ꝓcedat ad cognitionē
iudicij ꝓprietarij.ad hoc,ꝙ appellationis via fuerit delata, pa
tet ibi,audituri,&c.quia forma talis ꝯmiſſionis ſolet apponi
in cōmiſſionibus appellationum,ut probato grauamine ꝓce
datur in alijs, de app. ut debitus. & c. ex parte.ſecūdum Hoſt.
21 †Gl.in fi.colligit,quod ſententia in poſſeſſoria eſt diffinitiua.
Alle.vt lit.nō cont.c.2.Et hoc eſt expreſſum in cle.j.de ſequeſ.
poſ.& fruc.ad hoc no.j.de reſt.ſpo.cum ad ſedem.In cōtrariū
eſt tex.ꝙ eſt interlocutoria,de inſti.cum ueniſſent.Bar. & glo.
in l.j.C.ſi de momen.poſ.dicit, ꝙ eſt diffinitiua . Quod patet,
quia in ea lis cōteſtatur.alle.l.incerti.de interdic.Inſt.de inter
dic.§.retinendæ. & ibi tenet idem Cy. quia diffiniuit negotiū
principale.Idē Butr.& omnes. Dic,ſi deducitur in iudiciū per
viam exceptionis,eſt interlocutoria,vt eſt tex.de or. cogn. c.2.
ver.nos autem.ibi,interloquendo pronuntiamus. Si per viā
actionis,& ſecum accumulatur cōdictio l. ſi quis in tantam.
C.vnde vi.illa eſt diffinitiua.ita loquitur gl.de reſt.ſp. cum ad
ſedem. ſcilicet gl.pe.ad fi.Si ſecum accumulatur petitorium,
tūc dicit Inn.quod eſt interlocutoria.Et ita intelligit de inſti.
cum ueniſſent,ut ipſe ibi not.de hoc : quia non omnino fuit
negotium principale,cum ſperetur ſententia, quæ ſecū attra
hit vires poſſeſſorij,de cauſa poſ.cū dilectus.Si quæſtio poſſeſ
ſionis incidenter deciditur ad tuendum poſſeſſorem:hic etiā
eſt interlocutoria,vt dicto capi.cum veniſſent : ſecūdum aliū
intellectum.Sed ſi principaliter intentatur quæſtio poſſeſſo-
ria,tunc ſi haberetur reſpectus ad ſolam quæſtionē poſſeſſio-
nis,hæc dicitur diffinitiua,quia in ipſa lis cōteſtatur,vt lit.nō
conte.accedens. de offi.deleg. cōteſtationibus. & quia illā to-
tam diffinit.Idē ſi habetur reſpectus ad cōdictionem l. ſi quis
in tantam, quæ poteſt intētari : & quia nō inter media cauſæ
diffinitur:& quia cōmuniter ex eius fine finitur quæſtio pro-
prietatis propter difficultatem probandi illam, de reſtit.ſpol.
ſæpe.Si habetur reſpectus ad petitoriū,quia poteſt intentari,
quia ex toto nō diffinit cauſam,cum aliquando poſſit intēta-
ri petitoriū,non eſt omnino q̄ſtionis diffinitiua:quia etiā effe
ctus pendet ab euētu ſententiæ in petitorio,ut d.c.cū dilectus.
de ord.cog.de cau.poſ.cū eccleſia.& c.cū ſuper . Iō hoc reſpe-
ctu gl.ipſam appellat quaſi diffinitiuam, vt no.gl.in d.c.cōſul
tationibus.de offi.dele.ideo ex hoc ſequitur , ꝙ appellabatur
ab ea,vt diffinitiua, qa nō exigetur expreſſio cauſæ , ſicut nec
in diffinitiua,ff.de app l.ſcio.Ita debet intelligi Arch. 2.q. 6.§.
ſunt quorum.uerſi.de poſſeſſore.& glo.de re iudi.quod iuſſit,
22 quæ dicit ipſam diffinitiuam.¶†Venio ad gl. pe.Oppo.quòd
potuerit abbas ſuper proprietate conueniri coram iudice ſe-
culari,quia qō poſſeſſionis,& proprietatis,vt cōnexa,& ne cō
tingat cōtinentiam cauſæ diuidi,debent coram eiſdem iudi-
cibus tractari,C.de iud.nulli.j.de ſequeſ.poſ.& fruc. c.1. Item
quia cā cōuētionis,& recōuētionis debet corā eiſdem iudici-
bus agitari.Gl.laborat ad ſo.cōtrarij, & primo rñdet ad id, qđ
dicitur de cōtinētia cauſæ,ꝙ hoc operatur diuerſitas fori,q.d.
vbi actor,& reus ſunt eiuſdē fori,debet qō poſſeſſionis , & ꝓ-
prietatis coram eiſdem iudicibus agitari . Sed ſi ſunt diuerſi
fori,tūc ex quo ab eodem non intētatur , ſed a diuerſa parte,
quilibet agendo habet ſequi forum rei,ne offendatur regula,
quæ habet , ꝙ actor ſeqtur forū rei , cauſa debet corā diuerſis
iudicibus agitari:& tunc cōtinētia cauſæ diuidit , maxime cū
oīno nō ſint ꝯnexę cauſę poſſeſſionis,& ꝓprietatis,vno certo
reſpū nil habēt inuicē cōe,ff.de acq.poſ.l.nāliter.§.nihil cōe.
Eodē modo pōt ſolui ꝯrium , ꝙ diuerſitas fori tollat priuile-
gium

gium recõuentionis,& ſic non fiat recõuentio corã eiſdẽ. Sed
iſta ſolutio nõ vr̃ bona nec ad ſm ɔrium: procederet enim, ſi
ex diuerſitate fori ceſſaret iuriſdictio ſuper recõuẽtione, quo
caſu ex neceſſitate cã eſſet corã diuerſis iudicibus agitãda: ſed
hic ſuper recõuentione nõ ceſſat iuriſdictio, quia data cõuen
tione prorogat̃ iuriſdictio ad recõuentionẽ, etiã ſuper diuer-
ſo, ne dum ſup cõnexo. Cum ergo nõ eſſet iuriſdictionis fun-
damentũ, nõ debet offendi regula, quæ dicit, cauſæ cõtinẽtiã
non diuidi. Ideo ſolutio primi ɔrij dependet a ſolutione ſecũ-
di, quia ſi prorogatur iuriſdictio in clericũ in cã recõuenti co-
ram iudice ſeculari, cum hic nõ ceſſat iuriſdictio, nulla ſubeſt
cauſa aut neceſſitas recedendi a regula, ne cauſæ cõtinẽtia di
uidat̃: quia dici põt, ꝙ opinio, quæ habet ꝙ nõ procedat recõ
uẽtio clerici corã iudice ſeculari, ꝓcedat de iure, maxime vbi
fit recõuentio de re eccleſiaſtica, vel iuriũ: & hoc ꝓbat decre.
Vel reſpõde ſecũdo ad ſm ɔrium, ꝙ qñq; recõuentio fit eodẽ
durãte iudicio, & ꝓcedit recõuentio quo ad priuilegiũ ꝓroga
tiuũ iuriſdictionis, & ſimultanei proceſſus: & tũc non ceſſaret
iuriſdictio in reconuentã eccleſiã: & cõtra nõ deberet offendi
regula, q̃ habet cauſarũ cõtinentiã non diuidi. ſed ſi reconuẽ-
tio fiat primo iudicio conuẽtionis expedito, non ꝓcedat recõ
uentio, etiã quo ad finẽ prorogatiuum iuriſdictionis in recon
uentũ: & ſic neceſſario oportet ꝙ offendatur regula, quæ hẽt
cauſarũ cõtinentiã diuidi non debere. Solutio iſta dependet
23 ab opi. †Nunquid quo ad priuilegiũ prorogatiuũ iuriſdictio-
nis ꝓcedat recõuentio, ſi non fiat eodẽ durante iudicio: & ali
qui tenent qđ procedat, ſaltẽ quo ad illud priuilegiũ, licèt nõ
ꝓcedat quo ad priuilegiũ ſimultanei ꝓceſſus: vnde ſm illam
non procederet ſolutio, de quo de reſcri. diſpendia. lib. 6. & in
cle. ſæpe. de ver. ſig. & de or. cog. c. 2. & pleniſſime dicã de mu.
peti. c. j. vbi teneo ꝙ nõ ꝓcedat quo ad aliquod priuilegium:
ideo ꝓcederet hæc ſolutio. Sed qa hæc ſolutio pendet ab opi-
nionibus, glo. dat regulã ibi: & tunc dic, ꝙ vbi cauſæ ſunt com
paſſibiles, procedũt regulæ cõuentionis, & recõuentionis, &
regulæ quæ habent cauſarũ cõtinentiã diuidi nõ debent: vbi
vero cauſæ ſunt incõpaſſibiles, attento modo accumulandi,
tũc procedũt regulæ, quia neceſſario cauſæ debẽt tractari co-
rã diuerſis iudicibus, & etiã cãrum continentia diuidit̃, vt hic.
Hic eñ erat intentatũ poſſeſſoriũ recuperandæ, cuius priuile-
giũ eſt, vt ab aduerſa parte nõ admittat̃ ad intẽtatũ, vt patet
de ordi. cog. c. fi. de reſt. ſpo. ex conqõne. 2. q. 3. c. j. & quod ibi
no. niſi ante oĩa ſpoliatus reſtituat̃: qq̃ ergo hic obtinuiſſet ab
bas ſñiam in poſſeſſorio, nõdũ illius erat facta executio, qa nõ
erat adhuc cõmiſſus in rectorẽ electus per abbatẽ: nõ poterat
ergo aliud iudicium accumulari, quaſi diceret, ſi fuiſſet facta
executio, procederent tũc regulæ, de quibus dictũ eſt, & cauſa
rum cõtinentia non diuideret̃: ſed qa nolebant admittere re-
ctorem, & ſic eccleſiam reintegrare ad poſſeſſionẽ, & volebãt
ante diſcuti debere de proprietate, fuit grauatus abbas, & ap-
pellauit ad Papã, & Papa cõmiſit, vt in litera patet. Vnde dicit
hic Inn. ꝙ ſiue a principio monaſteriũ egerit interdicto vñ vi,
adhuc ſpoliatũ manet: ſiue a principio vti poſſidetis, & poſt
ſñiam ſpoliatum fuit de nono, qa negauerũt electũ ab eis ad-
mittere in rectorem, legitima eſt hæc exceptio: Non reſpõde-
bo de proprietate, niſi prius fuero reſtitutus, ĩ. de ordi. cog. cũ
dilectus. Idẽ eſſet, & ſi petitorio egiſſet, & poſtea monaſteriũ
fuiſſet ſpoliatũ, ĩ. de app. cõſtitutus. 2. ad fi. ſm Inn. Eſt tñ diffe-
rentia inter primum & ſm caſum, quia primo caſu ſufficeret
oſtẽdere ſolã pendẽtiam poſſeſſorij, ſecundo caſu arctaret̃ ad
probandũ ſpoliationẽ, vt no. de ordi. cog. c. fi. de reſt. ſpol. ex ɔ-
queſtione. Pro hac lectura facit qđ no. Spe. in tit. de reconuen.
§. nunc dicamus. verſieulo, qd ſi te cõuenio. 2. col. vbi dicit, ꝙ
illud priuilegiũ habet actionẽ iudicati ex ſñia ſuper poſſeſſo-
rio, qđ habet poſſeſſoriũ, qa durat prima actio, & priuilegiũ
eius, licet ferat̃ ſñia, ff. de pig. actio. l. grege. §. etiã. C. de vſu. rei
24 iudi. l. j. ff. de noua. aliã. ¶ †Opp. ꝙ nõ neceſſitetur qs ad litigã-
dum tpe vindemiarũ, ff. de fer. l. j. & l. ſi feriaris. ĩ. de fer. c. fi. So.
Dicit gl. inter ferias ad honorẽ Dei, & ob neceſſitatẽ hominũ
eſt hæc dr̃ia: quia in ferijs ob neceſſitates hominũ põt de vo-
luntate partiũ procedi: quia talibus ferijs, vt ad vtilitatẽ priua
tam inductis, põt renuntiari. In ferijs in honorẽ Dei non põt
procedi, etiã voluntate partiũ, quia illis ob publicã vtilitatẽ &
in honorem alterius inductis, partes nõ poſſunt renũtiare, vt
d. c. fi. Inuitis tamẽ partibus regulariter procedi non poteſt in
vtriſq;. Ad hanc decre. reſpondet glo. ꝙ licèt ſit hoc regulare,
fallit in actu porrectionis libelli, q die feriata põt offerri, l. mi-
les. §. ſexaginta. ff. de adul. Quod intellige in obligatione, quæ
fit iudici: ſecus in obligatione, quæ fit parti, quia non debet
offerri die feriata, vt no. de lit. conte. c. j. Fallit ſecundo, quãdo
res eſt tpe peritura, quo caſu poteſt procedi tali tempore, vt
hic. Idẽ ſi periret inſtantia iudicij: quia tunc ne pereat inſtan-
tia, poteſt tali tempore procedere, de offi. dele. conſuluit. Illa
potius probat contra, no. tamen glo. Io. 15. q. 4. placita. hoc nõ
tenet, quia licèt pereat iuriſdictio, non perit cauſa. De reme-
dio autẽ tunc eſt recurrendũ ad gl. de officio deleg. de cauſis.
& adde Inn. ibi ſecũdum Arch. in d. c. placita. & ad Butr. cuius
dicta poſui ſ. c. ꝓxi. Sit ergo regula, ꝙ inuitis partibus diebus
feriatis procedi non põt, nec in ferijs ob Dei reuerẽtiã, nec in
ferijs ob vtilitatem hominũ. Fallit in actu porrectionis libelli.
Quod intellige vt ſ. Fallit ſecundo, qñ res eſt tẽpore peritura:
& non dr̃ peritura, quando ſola iuriſdictio perimitur: ſed qñ
ipſa res perit, vel ipſum, de quo agitur, vel actio. Idem ſi peri-
matur probatio, vt no. ĩ. Hoſt. & Io. An. de proba. in preſentia.
in verbo, altero menſe. in fi. Allegat l. j. §. fi. ff. de fer. & ĩ. de fer.
c. fi. Ad hoc no. Io. An. vt lite non conte. quoniam. §. j. Et pro-
cedunt hæc etiam in ferijs in honorem Dei, vt ponit Io. And.
in d. c. §. j. in verbo, admittendi. & eſt dictum Spe. in Spec. de
fer. §. 2. verſi. ſed quid ſi tunc. & hoc ſentit, imo expreſſe dicit
Spe. in ti. de libe. cõcep. §. nunc dicendum. ver. 25. ad fi. & Fre.
ſuo conſi. 139. Fallit tertio, quando vniuerſitas litigat per ſyn-
dicum, & qñ vniuerſitas conuenitur: quia tota non poteſt in
vindemijs occupari: quo caſu litigare poteſt per ſyndicum, ff.
quod cuiuſq; vni. l. j. Et ſic dicit Gul. Na. qui dicit ſe in hac cã
fuiſſe aduocatum: & ſic debet intelligi hic. Sed cõtra hoc pu-
to verius no. Inn. ĩ. de fer. c. conqueſtus. & dato ꝙ eſſet verum,
hoc eſſet reſtringendũ ad ferias hominũ cã introductas, vt ex
ratione patet. Fallit quarto in cauſis publicis, quæ tractantur
diebus feriatis, C. de fer. l. publicis. & publica cauſa hæc cẽſet̃,
quia agit̃ de regimine publico, vt caſtri. Vnde ſicut cauſę fiſca
les tũc agunt̃, ita & cauſæ eccleſiarum. Quod dixit Hoſt. verũ,
qñ eccleſia agens contra laicũ ad hoc inſtat: ſecus ecõtra, ar.
C. de legi. l. quod fauore. Nõ placet mihi, ꝙ in ſingulis cauſis
eccleſiarũ poſſit cauſa tractari tempore meſſiũ: alias iura ca-
nonica fruſtra induxiſſent ferias, cõtra id de ferijs. c. conque-
ſtus. & ideo Ho. dicit hic hoc non ſeruari. Fallit quinto in exe-
cutione ſñiæ, quæ põt fieri in die feriato. Quod dicit Fre. ſuo
conſi. 139. procedere etiam in ferijs introductis in honorem
Dei. Ad hoc de pęni. di. j. Adam. 2. q. j. ſicut. Hoc maxime dicit
Fred. verũ, quando fit executio in bonis, ſuper quibus eſt ſpe-
cifice ſententiatum: quia in illis fit executio ſine cauſæ cogni
tione, vt no. de re iudi. cũ ſuper. in fin. de teſti. veniens. vt no. ff.
de re iudi. l. a diuo Pio. ergo talia poſſunt expediri die feriato,
quia ceſſat mens iurium prohibẽtiũ cauſas agitari, quæ pro-
hibent iudìcia, cuius appellatione comprehendunt̃, quæ præ-
cedunt iudicium, & ſententiam: vt no. de re iu. in iudicijs. Ad
hoc de ferijs. cap. vltimo. ibi, iudicialis ſtrepitus, &c. de ver. ſig.
forus. Ad hoc, quia examinatio teſtium, quia in ea non exigit̃
cognitio, poteſt fieri die feriato, etiam in honorẽ Dei: in Spe.
de fer. §. 2. verſi. quid ſi tunc. & no. gl. in cle. j. de of. dele. in cle.
Ad hoc, quia & extra territoriũ talia fieri poſſunt, vt no. de re
iudi. nouit. Hoc idem vr̃ tenere Arc. 2. q. j. ſicut. Dic, ꝙ ſi petat̃
executio in alia re, q̃ petita, quia illa exigit ſummariã cogni-
tionẽ, nõ poteſt fieri die feriata, ſi petatur executio in re peti-
ta: quia iſta nõ exigit cognitionẽ, etiam ſummariam, vt no. in
iuribus prææalle. & no. Arch. 2. q. j. ſicut. Io. And. in addi. Spe. in
tit. de libel. cõce. §. nunc dicendum. verſi. 25. hoc latius exami-
nat quã alibi, excludendo caſus nõ dubios. Si res eſt tempore
peritura, planum ꝙ poteſt fieri executio. & hoc ponderat hic
textus. Si res non eſt tempore peritura: & tunc ſi quæris, an ꝓ-
ceptũ iudicis de exequendo poſſit fieri die feriato: & hoc fieri
non poteſt, per iura, quæ ferias ſeruari præcipiunt, 15. q. 10. pla
cita. 5. q. 7. c. j. de fer. c. fi. C. eo. l. omnes. & l. fi. maxime vbi exe-
cutio requirit cauſæ cognitionem: & qa aliquæ exceptiones
poſſunt opponi contra executionem, quas aliquando exami-
nat iudex, vt no. de re iudi. de cætero. C. ſi contra ius, vel vtili.
pub. l. & ſi non cognitio. 25. q. 2. & ſi non cognitio. ff. de iudi. ſi
prætor. C. de fal. l. ij. de offi. dele. paſtoralis. §. qa vero. C. de exe.
rei iudi. l. ordo. Si quæritur, an ꝓcedente mãdato ipſa nudi fa-
cti executio fieri poſſit, & in ciuilibus: dic ipſam fieri poſſe in
ferijs introductis in honorẽ hominũ, & repentinis, qa talis eſt
nudus miniſter. ad hoc de app. nouit. Secus in ferijs ſolẽnibus
ob honorẽ Dei, niſi res eſſet ſubito peritura, vt dixi, vel immi-
neret periculum animarum, vt in decre. fi. de fer. in criminali
dixit executionẽ fieri poſſe in ferijs repentinis, vel fauore ho-
minũ introductis. 2. q. j. ſicut. de pęni. di. j. Adam. ſecus in ſolẽ-
nibus ad honorem Dei, & ſanctorũ, per c. placita. & ꝑ decre. j.
eo. ti. & per l. fi. C. eo. niſi eſſet publicus latro, vt not. de fer. c. j.
ſuper verbo, ad mortẽ, ſm Io. An. Fallit, qñ imminet periculũ
fugæ, quia ẽt die feriato in honorem Dei capi põt, vt ad iudicẽ
ducat̃: quia in illo actu nõ exigitur cognitio, vt ſcribit Bar. ff.
de his, q̃ in frau. cre. l. ait ꝓtor. §. ſi debitorẽ. Fallit ſexto, reuertẽ
do ad alias ſolu. in datione adminiſtratoris, vt hic: nã & tutor
põt dari tẽpore feriato, ff. de fer. l. 2. Sic & curatores dari poſ-
ſunt, ſm Gof. Hæc intelligo in ferijs hominũ cã. Fallit, qñ in lo
co nõ ſunt vineæ: quo caſu homines nõ occupantur in vinde
mijs. & ita dicunt quidã fuiſſe hic, qa hoc tẽpore in iſto caſtro
nõ erãt vineæ. Et h. d. hic Pe. & Egi. Hoc nõ iuuat, ſi tñ aliunde
parant, vt no. ĩ. de ferijs. c. fi. Põt etiam dici, ꝙ licèt hoc tempus
eſſet

eſſet feriatum Bononiæ, non Florentiæ, vbi tardius colliguntur vina. Faciunt hæc ad quæſtionẽ, an ſi magiſter iuxta ſcholas alterius cõduxit domũ, ex qua voces ſe inuicẽ impediunt: dic ꝙ primus repellit vltimum, C. de ſtud. liber. l. j. li. 12. in fi. Et dicit, ꝙ cauſa tractari poteſt his diebus. de quo per doc. in l. j. ff. ſo. ma. ſecundum Io. An. &c.

## De foro competenti. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Fori appellatione quid comprehendatur.*

¶Quia rei ad iudiciũ vocati frequẽter excipiũt de foro, & ſolet ſæpiſſime dubitari, qđ forum ſic excipiens ſequi debeat: iõ poſt tractatũ, &c. Habet materia 96. diſt. 3. q. 6. & 6. q. 3. & 4. 6.

1 q. 1. 16. q. 1. per totũ. & repetitur in Sexto, & in Cle. †¶Quæro, qđ cõprehẽdat appellatione fori. Dic, ꝙ in neutro cõprehendit territorium cuiuſq; iudicis, intra qđ põt in facinoroſos homines animaduertere, ff. de uerb. ſign. ſi pupillus. §. territoriũ. Vnde et tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi, 16. q. 7. omnes baſilicæ. extra ꝙ impune nõ paret, de conſt. c. 2. lib. 6. Dicitur forus in maſculino locus, in quo ius redditur, de ver. ſign. forus. Dicitur forus locus, in quo ſunt nũdinæ. Tertiò dicitur forus locus, in quo calcantur vuæ, vt torcular, id eſt, calcatorium. Quarto dicitur quoddam ſpatiũ planũ in nauibus. Et dicitur a ferendo, pro eo quia fert homines. Quinto foramẽ in naui, per quod emittitur remus, a forendo, ſiue perforãdo. Forulus dicitur burſa, ſiue ſcriptorium, pro eo, quòd crebro ſit perforatum ad pennas, & cornua recipienda, ſecundum Hoſti. Appellatione tamen fori comprehẽduntur iuriſdictionalia, non quæ ſunt ordinis epiſcopalis, de offi. ordi. ſi epiſcopus. libro 6. Quod nota pro priuilegijs, in quibus inferioribus conceduntur omnia, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet, & ſic non ſubeſt inferiori epiſcopo de iure communi. 2.*

3 *Conſilium quandoque ſumitur pro conſenſu, vbi exigitur ab eo, de cuius ſuperioritatis agitur præiudicio.*

4 *Actio ſumitur quandoque pro petitione.*

5 *Clerici non poſſunt, etiam volentes, trahi coram iudice ſeculari.*

6 *Iudices, an poſſint peti dari ad voluntatem partium, vel alterius tantum.*

CAP. I.

1 SI quis clericus. ¶†Clericus corã ſuo epiſcopo cõueniri debet. h. d. ¶Nota primo clericum cõueniẽdum corã epo: & ſic regulariter inferior epiſcopo de iure cõi non habet iuriſdictionẽ in clericũ. ¶Nota ſcđo clericũ alterius iudicis non poſſe prorogare iuriſdictionẽ abſq; cõſenſu, & licẽtia ſui epi pro-

2 prij: & ſic cõſilium hic ponit ꝓ licentia. ¶†Opp. ꝙ aliqñ conueniatur clericus corã metropolitano, ſ. de offic. ord. paſtoralis. 11. q. 3. cum ſcimus. Sol. Prius corã epo, aliquãdo etiã corã archiepiſcopo, ſcilicet epo negligẽte: vel qñ aditur ꝓ appellatio

3 nem, ſecundum Hoſt. †Opp. ſcđò, ꝙ nõ ſufficiat ꝯſiliũ, ſed exigat licentia, vel conſenſus, ſ. c. ꝓxi. & c. Romana. eo. ti. lib. 6. Solu. Expone conſilium, id eſt, cõſenſus. Nota, quòd vbi exigitur conſilium ab eo, de cuius ſuperioritatis agitur præiudicio, cõſilium ſumit pro conſenſu: & ſic non ſufficit petere, & expectare conſiliũ, ſed ſequi debet. Vide gl. ſ. de offi. dele. ſi pro debilitate. per Doc. & c. venerabili. & l. 3. §. j. de exercito. Ad gl. quid

4 ſi deſerat: punitur, vt gl. dicit. † Opp. ꝙ non proponatur actio.

5 de iudi. dilecti. Dic, actio, id eſt petitio. † Oppo. quòd nec cum licentia epiſcopi litigãt corã nõ ſuo iudice, ſ. e. ſi diligenti. Solu. Coram ſeculari non litigant inuiti, vel uolentes, etiam cũ

6 epiſcopi licẽtia: coram alio eccleſiaſtico ſic. †Oppo. ꝙ partiũ voluntate nõ dent̃ iudices, de offi. dele. cum Romana. Dic, ſi vtraq; pars eſt præſens, & concordant, æquum, & iuſtum eſt, quod ad voluntatem partium dentur iudices. Si non concordant, an ad votum alterius dẽt iudicem: ſi altera pars ẽ tantũ præſens, datur ad votum alterius. Si ambæ partes ſint præſentes, datur ad votum vtriuſq;, non alterius tantum, aliter iniquum eſſet dari ad votum alterius: & ſic ſeruatur in curia. De materia, in d. c. tuæ. Nõ obſtat c. iudices. 11. q. prima. quia illa loquuntur in criminali, & non tenent hodie. Vel ſecundum Hoſt. tenẽt hodie, ſi loquant̃ in cauſa criminali epiſcopi, preſbyteri, vel diaconi, 15. q. 7. ſi autẽ. Dicebat Alanus, ꝙ illud intelligit̃ ſecundũ iſtud. Nunquid autem ex neceſſitate deẽ de conſenſu partium, qñ ambæ cõſentiũt: Dic ꝙ eſt cõſiliũ, ꝙ detur, vt tollat̃ facultas recuſandi: ſed nõ eſt de neceſſitate, ſi det̃, ſaluo iure recuſandi. Idẽ gl. ff. de iud. l. obſeruãdũ. Vel ſolue aliter, qa cõtraria procedũt, qñ datur iudex per viam delegationis: hic quando dat̃ per viam prorogationis, quo caſu ſemper exigitur conſenſus vtriuſq; partis, de offi. dele. P. & G. & c. cum olim. & l. prima. & 2. ff. de iud. C. de iur. omn. iud. l. ſi per errorem, &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex ſecularis ſi per ſe clericum diſtringat, aut condemnet, excommunicari debet.*

2 *Clerici ſunt vniuerſaliter exempti a iuriſdictione ſeculari.*

3 *Clerici reputati, vt ſeruientes eccleſiæ poſſunt, de permiſſu epiſcopi a laicis iudicari. nume. 7.*

4 *Iniuriam cenſetur quis iudici inferre, qui ſe intromittit de illius iuriſdictione.*

5 *Laicum poteſt iudex eccleſiaſticus punire, inquantum deliquit in clericum. Delicti ratione in perſonam quandoq; quis ſubijcitur iudici etiam incompetenti, in cuius ſubiecti perſonam delinquit.*

6 *Minorum appellatione qui comprehendantur.*

7 *Clerici non poſſunt coram iudice ſeculari litigare.*

8 *Clericus poteſt per iudicem ſecularem condemnari in materia reconuentionis in ciuili, & non in ſpirituali, vel criminali, ſeu in cauſa conuentionis.*

CAP. II.

1 NVllus. †Iudex ſecularis ſi per ſe clericũ diſtringat, aut condemnet, excommunicari de-

2 bet. Prohibet, & penã adijcit, ibi: qđ ſi. †No. vniuerſaliter clericos exemptos a iuriſdictione ſeculari.

3 Itẽ & alij nõ clerici eccleſiæ ſeruiẽtes. †No. ſcđo arg. clericos, & ſeruientes eccleſię a laicis poſſe iudicari de ꝑmiſſu epiſcopi. †Not. actum diſtrinctionis, & cõdemnationis laicis in cleri

4 cos prohibitum. †No. quod iniuriari dicitur iudici, & eccleſiæ, intromittens ſe de alterius iuriſdictione, & propter hanc

5 iniuriam poſſe a iudice eccleſiaſtico puniri. † Et ſic not. quod iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicum, inquantum delinquit in clericum, quaſi ratione delicti in perſonam quis ſubijciatur iuriſdictioni iudicis, in cuius ſubiecti perſonam deliqt. de quo ſ. eo. verũ, per literam. Doc. dicũt omnes clericos, etiã in minoribus conſtitutos, exemptos a poteſtate ſeculari, etiã ſi tantum habeant primam tonſuram, ſ. tit. j. cum non ab homine. deprehendit etiam coniugatum, ſi deferat habitum, & tonſuram, & non ſit bigamus. de cle. con. c. j. li. 6. An poſſit laicus clericos ad condemnandum ab epiſcopo inuitos ducere? Dic, quòd non, per hãc literã, quę excludit omnẽ diſtrictionẽ. Ad hoc ſ. ti. j. cũ nõ ab homine. Itẽ nec eos inuitos põt in ali-

6 quo loco retinere, de ſent. excõ. nuper. ſcđm Hoſt. †Quæro cũ gl. j. qui comprehendantur hic appellatione minorum. Dicit, ꝙ ſcholares, ſeu ſeruientes eccleſiæ, & deputati ad eius obſequium, quia eodem priuilegio gaudent, 12. q. 2. cap. eccleſiarũ ſeruos. Ponit Vin. exẽplũ in ianitoribus, & dicit qđ tales ſunt ſub cuſtodia ſeniorum, 12. q. j. omnis ætas. Hoc tenent Tan. & Vin. Item comprehẽduntur cõuerſi, de ſen. excõ. parochianos. 11. q. j. inolita. Quod intellige, ut ibi, qñ nõ omnino ſeculariter viuunt, & ſunt in aliquo ſeruitio eccleſiæ. Gaudet etiã vxor clerici, & legitima, 32. diſtin. eos. aliàs in cap. ſubdiaconibus. 11. q. 1. c. 2. & ibi not. Io. An. tenet cõtra, de cler. cõiu. ca. j. li. 6. De ruſticis eccleſiæ diſputat gl. 89. di. iudicatum. cõcludit, quòd non ſemper ſubſunt eccleſiaſtico iudici. De hoc in Spe. de compe. iu. ad. §. 1. ver. 27. Ioan. An. tenet ruſticos in duobus tantũ caſibus conueniendos ſub eccleſia, quando ſcilicet hoc eccleſiæ eſt conceſſum ab Imperatore, & quando ruſticus habet adminiſtrationẽ generalem ab eccleſia. Addit Spe. alium caſum, quando cõuenit̃ ꝓ re, quã tenet ab eccleſia, aliàs autẽ cõuenitur ex delicto, uel cõtractu corã iudice ſeculari, vt no. in loco præalle. De exiſtẽtibus in familia epi no. ꝙ gaudẽt priuilegio fori, ſ. de iud. cum nõ ab homine. de offi. arch. c. fi. & in d. c. iudicatum. De eremitis, ꝙ gaudeant, no. ſ. de ele. cum monaſterium. & no. 93. di. nulla ratione. De pęnitẽte idem, 11. q. j. illud. Idem de muliere incluſa, 11. q. j. de perſona. Idem de habẽtibus generalem adminiſtrationẽ ab eccleſia, vt no. Io. in d. c. iudicatũ. Idẽ de ſeruis, & libertis eccleſiæ, 11. q. j. c. 2. Qđ dicit Archidiaconus verum in proprijs, non conductis. Qđ intelligo, niſi ſint in aliquo ſeruitio eccleſiæ. Et generaliter omnes perſonæ, quæ regulariter viuunt, ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, licèt non faciant profeſſionẽ, ut Ieſuati, & gaudent priuilegio clericali, vt no. gl. & tex. de ele. indemnitatibus. lib. 6. ad fi. Ad hoc, quod not. 12. q. vl t. cap. final. & de maio. & obe. dilecta. in gl. pe. Quod facit pro iſtis Ieſuatis, & maribus, & mulieribus: Subſunt enim epo, cui & obedientiam ꝓmittunt, & caſtitatẽ, & paupertatem voluntarie ſeruãt, & promittũt, qđdiu ibi ſunt, licet perpetuo ſe nõ adſtringãt voto: ſed inter eas perſonas ſtare nõ poteſt proprium volens retinere, aut caſtitatem obſeruare nolens. Itẽ cum tales ſe adſtringant multis diſciplinis, & ambulãt ſemper excalceati, poſſunt dici in ſtatu pęnitentiũ, q. ſunt ſub eccleſia, 11. q. j. aliud. qui ſtatus ab eccleſia approbat̃. Nõ eñ tollit̃ volũtas pęnitẽdi, & act⁹: & tales eccłę ſubſunt, licet nõ ſit regula ap ꝓbata, qa nec regulares dici pñt, cum non habeãt vota perpetua: eſt tñ nõ reprobatus ſta tus viuendi. Et ad hoc

hoc extrauagãs Io.22.quæ incipit,ratio recta. quæ tollit penes
clemen.j. etiam quo ad illas,quæ beghinæ vocantur:dummo
do honeſtè viuant,& ſe non implicent in prædicationibus, &
diſputationibus.De hoſpitalarijs,ꝙ non ſubſunt iudici eccle-
ſiaſtico,ſed ſeculari,tenet Genze. de præben. literas. vbi dicit
hoſpitalarios laicos vtentes ꝯiugio, portantes aliquod ſignũ,
vel crucem,vel imaginem, vel aliud, non gaudent priuilegio
clericali,nec in perſona,nec in rebus proprijs ſeparatis ab ho-
ſpitali:quia non ſunt clerici, vel religioſi: quia nec vouẽt tria
ſubſtantialia religionis,vel aliquod ex eis,de reli.do.c.fi.eo.ti.
c.fi.li.6.Et idem dicit de eremitis,quicquid dixerit Io.in c.qui
vero.16.q.j.Hoc vltimum non placet:facit tamen pro primo,
quod no.Hoſt.in Summa,de regula.verſi.quid de ruſticis. De
eremitis habẽt ꝙ gaudent,16.q.j.qui vere. & in c.cum mona-
ſterium de Pellicia.de elec.vbi per Inn.& Io.And.de fratribus
tertij ordinis,& ſororibus, qui dicuntur de pęnitentia,Gul.de
Mon.lau. tenet ꝙ ſubſint epiſcopo : ſed non ſunt perſonæ ec-
cleſiaſticæ,imo in omnibus ſunt ſub ſeculari ptãte.Genze.ibi
contra: quia ſunt de ordine approbato, & ſunt in ſtatu quo-
dammodo regulari : ideo gaudent,ſicut eremitæ. Et hoc po-
nunt de ſent.excom.cum ex eo.in cle.vbi Io. An.& in cle.cum
de quibuſdam.dicit eorum ordinem approbatum. Sed cõſu-
luit Fred.pro opinio.Gul.conſilio 45. primum verius: de quo
per Bart.in l.j.ff.de pęn.& tenet in l.ſemper.§.j.de iure immu.
vbi idem dicit de fratribus gaudentibus: & quod gaudent im
munitate,vide quod no.in Spe.de ſta.mo.verſi.35.& quod ibi
no.Io.An.de iſtis autem de fruſtratorum ſocietate, licèt con-
gregatio ſit approbata,non credo ꝙ ſubſint eccleſiæ,ſed iudi-
ci ſeculari. De offerentibus aliquam partem bonorum, vide
de priuile.vt priuilegia,in textu,& in glo. De regularibus autẽ
an gaudeant priuilegio clericali,quando ſunt in actu nouitia
tus ante profeſſionem, vide Arch.de ſent. excom.religioſo.li.
6.& Io.And.in regula,beneficium.eodem libro. vbi tenent,ꝙ
gaudent priuilegio,& dicunt̃ pro tunc ſubeſſe abbati. Ad hoc
quod no.de ſent.excõ.monachi.& Hoſt. de regula ſtatuimus.
Per quæ ſatis puto, ꝙ ibidem decedentes ante profeſſionem
bona applicentur moneſtario, pet textum 12.q.vltima.c.fin.
7 ¶ † Opponitur, ꝙ etiam cum permiſſu pontificis non litiget
clericus coram ſeculari,vt j̃.eo.c.ſignificaſti.Solutio, Subaudi
ſine permiſſu:quia vacat argumentum a contrario ſenſu.Vel
ſecũdum Doc.hoc referas ad minores : quia ipſi cum ꝑmiſſu
epiſcopi poterunt adire iudicem ſecularem.idem de ſeruien-
tibus ſm Ioan. Contrarium procedit in clericis. Vel dic,ꝙ de
licentia Põtificis poterit ſumendo Pontificẽ pro Papa,qui ſo-
lus hoc poſſet generaliter concedere in caſibus. de ſent.excõ.
vt famæ.§.laicis.s̃.tit.j. cum non ab homine.ſm Hoſt. qui idẽ
no.in Summa,eo.ti.§.2.ver.liquet etiã ex præmiſſis. Allegat 2.
q.4.Mennã.12.q.2.cum deuotiſſimã. Vel dic ꝙ poterit condẽ
nare in vim delegationis in cauſa mere ciuili, vt no. de iudi.c.
8 3.96.diſtin.bene quidem.¶ † Opp.ꝙ cõdemnare poſſit aliquo
caſu iudex ſecularis clericum,no.s̃.de iudi.at ſi clerici.de mu.
peti.c.j.So.Poteſt condemnare in cauſa reconuentionis in ci-
uili,non in ſpirituali,vel criminali,vt ibi no. nõ autẽ in cauſa
conuentionis. Dic de hoc vt dixi in d. c̃. at ſi clerici. Fallit ſe-
cundo in cauſa feudali, s̃.tit.proxi. cæterum. & in caſu c.cum
non ab homine. ſm Gof. & qñq; inuocat epiſcopus brachiũ
ſeculare,de offi.or.c.j.Sunt alij caſus no.in Summa,de ſen.ex-
com.§.quis poſſit excõicare.ſub §.illo aũt canone.Hoſt. & vi-
de 3.q.9.in ſumma.vide gl.de excep.c.fi.li.6.in verbo, de iure.
vbi alij caſus numerantur, in quibus clericus cõuenitur corã
iudice ſeculari:& vide 3.q.9.in ſumma. Aliæ gl.ſunt claræ.

*SVMMARIVM.*

1 *Forum quis ſortitur ratione rei,de qua agitur.nu.6.*
2 *Delegatum dare ſpectat ad iudicem,ad quem de iure cognitio ſpectat.*
3 *Archiepiſcopus eſt iudex de quaſtione inter epiſcopos ſibi ſubditos.*
4 *Iudici inferioris gradus non ſubijcitur quis ratione rei ſitæ.*
5 *Iudicis dandi poteſtas cauſatur a foro loci ratione rei ſitæ. 8.*
7 *Primatis appellatione venit Patriarcha, vel Archiepiſcopus.*
9 *Iudex non cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio, quando dubitatur de limitibus loci.*
10 *Excommunicari an poſſit,qui eſt extra territorium,tamen ſubditus ratione rei ſitæ in territorio excommunicare volentis.*
11 *Archiepiſcopus,vel primas,debet per ſe cognoſcere de cauſa epiſcopi.*
12 *Delegatus iudex debet dari propinquior.*

CAP. III.

1 SAne. ¶ † Ratione rei, de qua agit̃, ſortit̃ quis fo-
2 rum. ¶ † No.primo, ꝙ ad illum iudicẽ ſpe-
ctat dare delegatũ in cauſa, ad quẽ de iure ſpectat
cognitio cauſæ : & ſic ambę poteſtates cauſant̃ ab
eodẽ principio. ¶ Nota ſecundo,ꝙ ratione rei ſitæ,
de qua agit̃, quis ſortitur forũ, adeo ꝙ pro illa alias nõ ſubdi-
3 tus põt corã iudice rei ſitæ conueniri. ¶ † No.ꝙ de quæſtione
inter epiſcopos iudex eſt Archiepiſcopus, vel Patriarcha illos
habẽtes immediate ſubiectos:& ſi ſint diuerſorum locorum,
4 attenditur Primas loci rei ſitæ. ¶ † Nota ꝙ ratione rei ſitæ non
ſubijcitur quis iudici inferioris gradus:& ſic eps nõ ſubijcitur
epõ,ſed Archiepõ tãtum. de quo de ma.& obe. cum inferior.
5 de rap.c.j.per gl.& q.6.in ſumma.& c.j. ¶ † Nota, ꝙ ſm hæc iu-
ra ptãs iudicis dandi cauſabat̃ a foro loci rõne rei ſitæ:de quo
6 j̃.eo.dilecti. ¶ † Opp.ꝙ primas domicilij det iudicẽ, vt patet in
l.fi.C. vbi ĩ rem actio. vbi põt reus habẽs rem extra domiciliũ
in duplici foro cõueniri,in loco domicilij,& rei ſitæ. Sol.Fate
tur Gof ꝙ dare poterit iudicẽ,& Primas loci domicilij, & Pri-
mas loci rei ſitæ.Hoſt. tenet ꝙ ſolus iudex rei ſitæ : quia ſi hoc
voluiſſet,facile poterat̃ hoc dicere.Ad hoc quod no.de reſcri.
dilectus filius.Inn.tenet primũ.Allegat C.de lon.tem.præſcri.
l.fi.& hoc tene, quicquid ſenſerit Azo in Summa, in d.l.fi.de
qua opi. per Gof. hic in ſumma,§. Itẽ ſortit̃ quis forũ ratione
rei.Dico ꝙ electio ẽ actoris, ſm cõem opi.de quo j̃.eo.dilecti.
& c.fi.ꝙ tunc electio ſit actoris. Quas opi.latè hic proſequitur
Cal.de quibus modicũ eſt curandũ:de quo etiã 3.q.7.in ſum-
ma. Vnde vel ſupple quod dixit Gofr. Vel dic ꝙ Primas rei ſitę
dat iudicem, ſi eligat ipſum conuenire coram iudice rei ſitæ,
vel iudex domicilij, ſi eligat ipſum cõuenire ſub iudice domi-
cilij:& fuit ſatis,vt puto de mente Gof.Hæc vera,niſi iudex do
micilij,& rei ſitæ eſſet idẽ, quia p̃ciſe ꝓcederet qđ dicit decre.
vel niſi agerent ambo finiũ regundorũ,vel cõi diuidũdo,quo
caſu quilibet eſſet actor, & reus:vel ſimul eodẽ inſtanti ad iu-
diciũ ꝓuocarent,& neuter,vel vterq; poſſiderent,vel cõtende
rent ſe poſſidere. Vnde cũ reus nõ poſſit diſcerni,ſic nõ poſſet
diſcerni iudex domicilij:recurſus haberet̃ ad primatẽ rei ſitę,
& ſic poſſet decre.intelligi in primis caſibus, ꝙ electio ſit acto
ris.tenet Pe.& Io.An.in addi.Spe. de cõpe.iud.adi. ad fi.verſi.
7 ratione rei. ¶ † Quæro primo,quis cõprehenditur hic appel-
latione Primatis? Dic ꝙ Patriarcha, vel Archiepiſcopus : non
8 enim vis eſt in nomine,de ꝓc.petitio.c.j.q.j. ¶ † Quęro,quid ſi
nõ eſt certũ de limitibus prouinciarũ? Videtur ꝙ vterq; cau-
ſam audire,vel committere debeat,argu.j̃. de ſent. excom.cũ
illorum.§.ſi vero clauſtralis.vel recurrit̃ ad Papam, de officio
9 deleg.c.2.ſm Hoſt.ne ſint iudices in propria cauſa. ¶ † No.ar.
ꝙ non cognoſcit iudex, an ſua ſit iuriſdictio,quãdo dubitatur
de limitibus loci:de quo de reſcri.ſuper literis.de fo.cõp. Ro-
mana.§.ꝯhentes.& dicam j̃.eo.ſi clericus. Vel eligent̃ arbitri,
de arb.c.j.Vel deferẽt ſibi iudices, & procedetur ſm formam
c.paſtoralis.de reſcriptis. Quod non placet Inn.de reſcri. ſup
literis.vbi tangit ſimilem quæſtionem in glo.ſua magna, iux-
10 ta fi. ¶ † Quæro tertio, an ſubditus ratione rei poſſit extra ter-
ritorium excõicari.Dicit hic Vin. ꝙ nõ : quia licet propter fo-
rum ratione rei poſſit res diſtringi, non põt perſona diſtringi:
vnde poteſt ratione contumaciæ miſſio in rem fieri,de fo.cõ-
pe.Romana.§.contrahentes.li.6.Fatetur, ꝙ ſi ipſe contumax
violentiã aliquam infert miſſo, ꝙ ratione violentiæ poſſet ibi
puniri,& excõicari, ſm eũ.Tu tene, ꝙ iudex domicilij põt ſu-
biectũ vbiq; citare,& in contumaciã conſtituere quo ad finẽ,
& ẽt ipſum extra territoriũ excõicare, de app. cũ ſit Romana.
in fi.de cle.con.mi.apoſtolicæ.& quod ibi no.& quod no.Inn.
de dila.præterea.Ad hoc de cle.nõ reſi.ex tuæ.9.q.2.epiſcopũ.
quicquid ſenſerit Pau.in cle.paſtoralis.de re iudi.De quo dixi
plenius in c.2 de conſt.li.6.Iudex delicti,vel contractus,vel rei
ſitæ põt ſic ſubiectos excõicare,ſi eos citatione præuenerat,vt
j̃.eo.c.propoſuiſti. & no.Inno. de dila. præterea.de re iudi.pa-
ſtoralis.in cle.extra territorium exiſtentẽ,licet poſſit in contu
maciã cõſtituere,quo ad finẽ res reſtringendi,& cõſequenter
excõicandi,vt no.in d.§.ꝯhentes.ꝑ Io.An.in Nouella.per Inn.
11 in d.§.præterea. ¶ † Opp.cum glo. ꝙ ipſe Primas habet per ſe
cognoſcere,cum ſit cõpetens iudex epiſcopi,s̃.de off.or.paſto
12 ralis,9.q.3.cum ſcimus.†So.Delegat qñ nõ poteſt, vel nõ vult
per ſe cognoſcere,vt dicit gl.Vel ſm Doc.intellige, quãdo Pri-
mas eſt remotus vltra duas dietas,quia tunc dabit iudices pro
pinquiores, niſi impediatur ex iuſta cauſa, puta quia ſubditi
ſuffraganeorum nolũt recipere,de offi.or.paſtoralis. ſecundũ
Vin. ¶ Nota hoc dictum, quod extendit iura loquentia de di-
ctis ad inferiorem a Papa delegantem.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus licèt ſit coram epiſcopo conueniendus,ſi tamẽ recuſatur, dabit epiſcopus delegatum partibus non ſuſpectum.*
2 *Actor ſequitur forum rei.*
3 *Quomodo procedi debeat in datione iudicis recuſati.*
4 *Iudex datus de communi partium conſenſu non poteſt recuſari.*
5 *Executoris appellatione venit delegatus.*
6 *Sententiam ſui delegati poteſt exequi ordinarius.*
7 *Iudicis recuſandi per actorem, quæ ſit practica, & quis ordo ſeruari debeat etiam in conueniendo de iudice.nu.9.*
8 *Iudici per partes electo ordinarius dare debet iuriſdictionem tanquam per eum delegato.*
10 *Appellari ad quem liceat de iudice conuento de partium conſenſu,vel delegato per ordinarium,ſeu per arbitros.*
11 *Delegatus an, & quando poſſit exequi ſuam ſententiam.*

CAP. IIII.

1 SI quis contra. † Coram epiſcopo ſuo conueniendus eſt clericus, qui, ſi recuſatur, dabit delegatum partibus non ſuſpectum. Et duo facit. Primo prouidet reo. Scđa ibi, aut. ꝓuidet actori: & hoc dupliciter. Primo circa delegantē. Scđo circa executionē. ibi, a quibus. Vel ſecundum aliū intellectum, Primo prouidet, qñ iudex delegatus vt ſuſpectus recuſat̄ a reo. Scđo, qñ delegatus in locū recuſati recuſat̄ ab actore: ibi, aut ſi hæc
2 actor. & tertio prouidet circa executionē: ibi, a quibus. † Not.
3 regulam, ꝙ actor ſequitur forum rei. † Nota ſecundo practicā procedendi, quando recuſatur ordinarius: quia ſi recuſatur a reo, ipſe dat alium delegatū: ſi ab actore, datur iudex, qui compellit partes mutuo conſenſu iudicem eligere. Et ſm hoc no. actorem poſſe iudicem recuſare, ſicut poteſt reus. Scđm aliū habemus practicā procedendi, quando recuſatur iudex ordinarius a reo: quia datur delegatus, & ſi ille delegatus recuſat̄ ab actore, tunc ne in infinitum contingat recuſationem fieri, compelluntur partes mutuo conſenſu iudicem eligere. Et ex hoc not. iudicē ſubrogatū loco recuſati a reo poſſe ab actore
4 recuſari, ſubſiſtente ltīma cā recuſandi. ¶ † Item no. cautelam ad excludendam facultatem recuſandi, vt detur iudex de cōmuni partium aſſenſu. ad hoc ſ. cap. ſecundo, de offi. dele. ſup
5 quæſtionum. §. intentionis. † Nota, ꝙ appellatione executoris comprehendit̄ delegatus. Eſt enim principaliter cognitor, ſecundo executor, inquantū exequitur ad finem agēdi: de quo ſ. de offic. deleg. paſtoralis. §. quod vere. j. de re iudi. de cætero.
6 † Nota ordinarium exequi ſnīam ſui delegati: & ſecundū hoc non poteſt delegatus inferioris a Principe ſuam ſnīam exeq, ſed ꝓ executione aditur ordinarius: ſicut dicimus in arbitro,
7 ff. de re iudic. l. ait prætor. §. j. † Quæro primo de practica recuſandi iudices per actorē. Dicit Hoſt. ꝙ practica eſt, dicit enim actor, Domine, habeo cauſam ꝯ Petrum, & quia vos habeo ſuſpectum, peto iudicem, vel appello ad archiepm. Vide gloſ. de reſcriptis. ſtatutum. §. cum aūt. lib. vj in verbo, recuſet. quæ dicit, ꝙ adeundum recuſet, nō iam aditū: & ſi itur ad arbitros citabitur aduerſarius vt interſit, quia ꝯ eum recuſatur, arg. de
8 appella. cum ſpeciali. 11. q. j. peruenit. ſecundum Vinc. † Quæro, quis dabit iuriſdictionem iudici per partes eligendo? Dic, ꝙ illo electo dabit ordinariꝰ vices ſuas electo. Vel dic iudices, id eſt, arbitros: & ſic habebunt arbitrariā poteſtatē. Primum placet Io. An. quiā rr quis non compellitur ad cōpromittendum, licet cōpellat̄ ad iudicē eligendū propter recuſationem
9 excludendā. † Op. primo, ꝙ alius ordo ſeruet̄ in iudice recuſando, vt patet j. de app. cū ſpeciali. Gl. hic dicit, ꝙ ſtandū eſt illi, q̄ iſtam interpretatur: vel illa ꝓcedit, qñ refertur. Quæro, qd ſit ſuſpectus: dic, qñ non refertur quæſtio an ſit ſuſpectus, ſi quælibet partium hoc fatetur, quo caſu non ſunt eligendi arbitri, ſed cauſa ſtatim deleganda. Et hæc eſt ſatis bona ſolutio, quæ fuit Gof. Vel diſtingue inter delegatū, & ordinarium. In delegato ſerua formā ibi. In ordinario, quod hic, & reſtringit Hoſ. hanc decre. ad ſolum ordinarium epiſcopum: in alijs aūt ſeruetur, ꝙ eligentur arbitri, vt ipſe not. ſuper gl. fi. in c. licet. j. eo.
10 tit. † Quærit gl. qd ſi appelletur a tali delegato epi, ad quem appellabitur? Quidā ꝙ ad Papam, quia ad ordinarium recuſatū non vr̄ appellandū, neq; ad metropolitanū, omiſſo medio, de app. dilecti. Vel ſecundo appellabitur ad epm, non ad finē ut cognoſcat, ſed vt alteri deleget. In ꝯrium eſt ca. placuit. 2. q. vj. vbi non appellatur de iudicibus datis in locum epi ad epm, ſed ad conciliū: ſed ibi illi non erant delegati epi, ſed a iure dātur in locum epi. Vel ibi audiebantur per viam appellationis, vnde de ipſis non appellat̄ ad epm, quia illius ſuperiores ſunt. Dic, in delegato recuſato ſerua c. iudex. de offi. delegati. lib. vj. In ordinario dicit Hoſt. primam opi. gl. tutiorem. Vinc. hic, & Hoſt. & Spe. de appel. §. nunc tractemus. in fi. j. colum. dicunt ꝙ ad archiepm appellatur: qa cū eps ſit recuſatus, remotū eſt mediū, de offi. dele. ſi is cum. & c. ſi a ſubdelegato. li. vj. ad hoc de app. dilectus. & idem Tan. & Phi. qui dicunt appellandum ad ſuperiorem, non epm, qui cām delegauit. Nec placet ſcđa opi. Ioan. An. quia ſecundum eū ſequeretur abſurdū. Quid ſi committeretur duobus, qui diſcordarent, qui ferrent contrarias ſnīas. Habebit alteram approbare, de re iudic. c. vlti. Et tenendo opi. quā tenui, non eſt neceſſarium rn̄dere, quia faciūt ꝓ. Et facit qđ no. Io. An. in d. c. placuit. Alij, vt Vltramontani, ſm Ioā. de Lig. diſtinguunt, an recuſatus ordinarius ꝓnuntiauerit ſup recuſatione: & quia ex hoc finita eſt iuriſdictio, non poterit amplius ad eum appellari, ſed ad ſuperiorē, quia non facit gradū, de offic. deleg. iudex. lib. vj. Si non eſt pronuntiatū, ſed propoſita recuſatione ſtatim delegauit, quia adhuc remanet iudex, ſaltim vt deroget, poterit appellari. Et hæc opi. qñque mihi placuit, licet non viderim Vltramontanos hoc dicētes. Hoc non placet Ioan. de Lign. quia licet pronuntiatio ſuper recuſatione in delegato extinguat ipſo iure iuriſdictionē, non in ordinario: imo ipſa vt firmior remanet poſt pronūtiationem. Item ſatis pronuntiare videtur iudex, eo ꝙ delegat ꝓpter recuſationem, quia tacite dicere videtur ſe ſuſpectū. Sed hæc opinio mihi placet. qa licet non extinguat prorogatio iuriſdictionem ordinarij, illam inutilem reddit quo ad illū articulum: & ſic inutilis quo ad cognitionem, iam factus erat inutilis quo ad actum delegandi: & illa vt inutilis non faciet gradum. Sed quando nōdum ꝓnuntiauit, ſed tm̄ propoſita recuſatione delegauit, nōdum detecta eſt inutilitas iuriſdictionis, & ꝑñr adhuc remanet iudex: appellari ergo dēt ad eum. Forte eñ tunc volet diſcutere hoc, an ſit ſuſpectus, qđ ante non voluit diſcutere, ſed incōtinenti delegationis actum eligit: ideo propter hoc, quia dubium ſaltem eſt an ſit competens iudex, & an recuſatio ſit vera, debet adiri. Nec obſtat, ꝙ delegando tacite videatur pronuntiare ſe fore ſuſpectum: quia hoc eſt falſum. Poteſt enim velle hoc committere ex cauſis licitis ſup hoc, an ſit ſuſpectus: & hoc placet. Pro qua opi. facit ſecunda pars ſecūdum ſm intellectum: quia ſi excuſetur delegatus ab eo, adhuc habetur recurſus ad delegātem, vt ipſe committat. ¶ Venio ad declarationē ſecundæ partis: opponitur, quod litera contradicat, quia in principio dicit, ꝙ recuſatus delegat: in fine dicit, ꝙ datur executor, qui compellat, vt eligantur iudices. So. Dupliciter ſecunda pars intelligitur. Primo, ꝙ prima pars loquatur in reo recuſante: quo caſu ſeruetur quod ibi dicitur. Secunda in actore. Si tamen prima in actore, ſecunda in reo ſeruaretur, per hoc non vitiaretur qđ agitur. Secundus intellectus, ꝙ prima loquatur in reo recuſante, & idem ſi actor recuſaret. Secunda, quando delegatus a recuſato iudice recuſat̄: quo caſu ne res tranſeat in infinitum, coguntur ambæ partes vt vnū eligant, cui iudex committat, ne ꝯtingat qđ poſtea recuſet̄. Idem dicit gl. ſi reus recuſaret delegatū a iudice recuſato: ꝙ ſeruari poſſet practica ſecundæ partis. Ad hoc 11. q. j. ꝑuenit. vbi Io. dicit, ꝙ in optione erit actor, an eligat viam primæ partis an ſecundam. Quandoq; recuſat̄ iudex, & pōt eligere duplicem viam, ſi vult ante delegare, ꝙ diſcutere recuſationem pōt: ſi vult ꝙ cā diſcutiatur, adhuc pōt. Et ſi conſtat eum eſſe ſuſpectum, pōt eligere alterā de duabus vijs: vel ꝙ hoc diſcuſſo ꝑ arbitros alteri deleget, qđ intelligo nōdum lata ſnīa, vel ꝙ recurratur ad ſuperiorē, ſecuta vel nō ſecuta ſnīa. Et ſic intellige Io. in d. c. peruenit. de appel. cum ſpeciali. quod not. Poſſet & tertio intelligi hæc decr. ſm dictum c. ꝑuenit. ꝙ propoſita recuſatione, ſiue per actorem, ſiue per reum, ſi partes ꝯtentētur de delegato, detur delegatus, vt in prima parte: ſi partes velint ꝙ recurratur ad arbitros, detur executor, qui cōpel-
11 lat eos ad ꝯſentiendum in arbitros. † Opp. ꝙ non ſit neceſſe ꝓ executione adire ordinariū, qa ſuam ſnīam pōt exequi delegatus ordinarij: qa cōmiſſa cauſa, oīa ad cauſam conſecutiua cōmiſſa vñr eſſe, de offic. dele. præterea. & c. ſuſpicionis. Solu. Quidā per hanc decre. dñt delegatū inferiorem a principe nō poſſe ſnīam ſuam exequi. Ad hoc allega. ff. de re iudi. l. a diuo Pio. recitat gl. alios tenere ꝯ per ꝯria. Nec obſt. hæc decre. & l. a diuo. quia licet dicant ordinarium exequi, ex hoc nō negāt, quin & hoc poſſit delegatus. Et hoc idem dicit Io. tenere 2. q. vj. quiſquis. Tertiam opi. ponit gl. vt diſtinguat̄ an ſit præſens ordinarius, & ipſe exequatur, non delegatus: nec ſit abſens, & tunc exequat̄ delegatus. Idē dicit de vicario. Ala. dicit, ꝙ pernicioſum eſſet hoc ſeruare indiſtincte. Quod delegatus nō exequātur, tenet Inn. de arbi. innotuit. Itē cōiter Doc. inter quos eſt Hoſt. per dictā l. a diuo. quam opin. ſequit̄ Bar. Brix. & Guil. in Spe. ti. j. §. j. in fi. & de ſen. exc. §. 2. & Bonag. q notat quatuor ſpecialia in delegato Principis, q̄ non hēt delegatus ordinarij. Primum, ꝙ ille exequitur, iſte non. de hoc ſ. Secundum, ꝙ ille ſubdelegat, iſte nō. Hoc intellige, vt no. de offi. deleg. ſup quæſtionū. §. j. & de re iudi. cum Bertold. & de appel. cū cauſam. & in cle. j. de offi. & po. iu. dele. Tertium, ꝙ ille citat per edicta, de offi. dele. paſtoralis, 2. ſeu melius eo. tit. gratum. iſte non, de iudi. ſancimus. Vide qđ no. in Spe. de cita. §. ſeqt̄ videre. verſic. & no. ſm, & qđ no. in dicta decr. gratū. Spe. vbi ſupra recitat opi. de quibus in illa l. ſancimus. an poſſit delegatus citare per edictū, & tenet ꝙ non: & an poſſit citare per nuntiū, vel arctet̄ in propria perſona citare: & concludit ꝙ citare poſſit per nūtiū, & hoc verū. De primo dic, vt in dicta decret. gratū. Nam & arbiter ꝑ nuntiū, & epiſtolā citat, ff. de arb. l. diē proferre. in prin. & l. ſed & interpellatū. Quartum caſum ſpālem colligit ex decre. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. porro. quod prius dixerat Pe. & Abb. de offi. del. ſignificaſti. Ad primum punctum de vicario epi an exequatur, nō eſt dubitatio, tenendo, ꝙ habeat ordinariū, ſm no. de offi. vica. licet. lib. vj. De ordinarijs inferioribus ab epiſcopo habentibus iuriſdictionē ex conſuetudine, vel alio iure ſpeciali, an exequantur ſuas ſnīas, habetur j. eo. c. verū. & c. cū contingat. De delegato vero inferioris a Principe vidiſtis cōem opi. Inno. de offi. ord. cū ab eccleſiarū p̄latis. qui habuit hoc a Ioā. 11. q. j. peruenit. dicit, ꝙ delegatus exequitur ſnīam ſuam per iuriſdictionem, quam habet: per eam, quam

non

non habet,non.Et ſic etiam intelligit qđ no.ſ.eo. cum cõtingat.ideo cũ habeat delegatus ab ordinario ptãtem excõicandi,& interdicendi,vt allegat,C.de iud.properandum.§.ſin aũt reus.de offi.dele.ex literis.& c.ſignificaſti. poterit ſic ꝓcedẽdo exequi.Sed dici poſſet ad iſta iura, quod illam ptãtem habuit ad tuendã iuriſdictionẽ,nõ ad exequendã, vt dicit ibi Inno.cũ tenet id,qđ dixi per iuriſdictionẽ,quã non habuit, nõ poſſunt actualiter mittere in poſſeſſionẽ,ff.ad muni.l.ea, q.ff.de iuriſ. om.iud.l.iubere.Et hanc recitat Spe.in tit.de ſen. excõ.§. nũc videndum.in prin.Inn.de ver.ſigni.dilecto.ſentit qđ poſſit exequi,ẽt mittendo in poſſeſſionẽ:cũ delegatus inferioris a Principe ſaltem de iure canonico poſſit in poſſeſſionẽ mittere ex primo decreto.Et hanc opi.recitat Io.An.in addi.Spec. in d.l. §.nunc videndum.in prin. Cald.tenet qđ exequatur,maxime qñ inferior delegans eſt temporalis,vt legatus, vel delegatus: alias finita legatione,vel delegatione oportet Papã adiri. Ioã. de Lig.tenet gl.cũ temperio Inn.Bar.in l.a diuo Pio.ff.de re iudi.tenet ꝙ nõ poſſit exequi,qa eius expirat poteſtas lata ſñia, de offi.deleg.in literis.C. quomodo,& qñ iud.l.ſi vt proponis. Hinc eſt,ꝙ non põt cognoſcere de nullitate ſuæ ſñiæ, vt ibi,& dixi in d.c.ex literis.Sed rñde ꝑ glo.de offi.dele.quærenti.ꝙ expirat quo ad actum cognoſcendi,non quo ad actum exequendi.Puto, ſi quæritur an delegatus inferioris a Principe poſſit pronuntiare de exequendo,& de mittendo:dic ꝙ ſic.Et ſic dicit Spe.in præalle.§.nunc videndũ.ad hoc quod not. in l.4.in prin.ff.de dam.infec.Si quærit,an poſſit exequi actualiter: dic ꝙ poteſt per iuriſdictionem,quã hẽt:ideo põt excõicando, & interdicendo,maxime in abſentia iudicis ordinarij.Ad hoc ꝙ no.Inn.de offi.dele.c.fi.Si aũt actualiter mittendo, dic ꝙ ſi expreſſe eſt delegata exequutio,poterit actualiter mittere. Ideo ꝯſuluit Spe.in loco ꝑalle.ꝙ actualiter cõmittat ſic, Committo tibi cãm,& eius executionẽ. Si non eſt commiſſa executio ſpecifice,non poterit exequi mittendo,quia non hẽt hãc ptãtem:quia in generali cõmiſſione non veniunt talia, quæ ſunt miſti imperij,vt dicit Spe.in loco ꝑalle. Et per hoc non obſtat quod dici poſſet,de iure canonico in delegatũ tranſeunt ea q̃ ſunt miſti imperij,vt no.de offi.ord.qđ ad ſedẽ,qa illud verũ,ſi ſpecialiter cõmittant,vt dixi,& notat Spec.in loco ꝑalle. licèt non tranſeant in gñali ꝯmiſſione.Et idẽ ſcripſi in cle.auditor. de reſcrip.In conſeruatore aũt ſentit Io.And.ꝙ exequi poſſit, de ꝑben.pro illorũ.Nec obſt.hæc decret. quia põt ordinarius exequi illũ reuocãdo,ff.de iud.iudiciũ. Vel loquit̃ in delegato ex cauſa ſuſpicionis: iõ cum in exequendo nulla ſit ſuſpicio, de appel.nouit.videbitur delegatus ad cognitionẽ tantum, in qua eſt ſuſpicio,& non vltra,vt ſic limitetur delegatio ad menſuras cauſæ delegationis,ſecundum Ioan. de Lig. Alia glo.eſt clara, vide eam per te.& vide de offi.dele.quærenti.per gl.&c.

SVMMARIVM.

1 *Laicus,a quo clericus,vel eccleſia rem uendicat,debet coram ſuo iudice laico conueniri.*

2 *Actor in quibus teneatur ſequi forum rei etiam clerici, & in quibus non. numero 10.*

3 *Quando certa qualitas ponitur in libello, ex quo ponitur fundamentum iuriſdictionis,ibi non ſufficit ad fundandum iuriſdictionem ſola cauſæ allegatio.*

4 *Clerici priuilegium quod habent in cauſis eccleſiaſticis, illud etiam habent in patrimonialibus.*

5 *Negatiua coram iudice facta quando non inducit conteſtationem,vt videatur iuriſdictio prorogata.*

*Lis quomodo non dicatur ſemper conteſtata ex quacunque negatiua.*

6 *Ad iuriſdictionis fundamentum an ſufficiat ſimplex allegatio.*

8 *Iuriſdictio ex quibus qualitatibus fundatur, vbi agitur de re eccleſiaſtica coram ſeculari.*

9 *Clericus vbi non poteſt conueniri coram iudice ſeculari pro re eccleſiaſtica, an diſpoſita in illo caſu procedant etiam in patrimoniali re.*

11 *Laicus ex quo poteſt conueniri pro eccleſiaſtica re coram iudice eccleſiaſtico,a quo habuit dicta regula originem.nu.ſeq.*

12 *Laicus poteſt per clericum indiſtincte conueniri coram iudice eccleſiaſtico reſcripto Papæ.*

13 *Actor an indiſtincte ſequatur forum rei,ſi agatur ſuper exceptione.*

CAP. V.

1 SI clericus. †Laicus,a quo clericus, vel eccleſia rẽ vendicat, dẽt coram ſuo iudice laico conueniri.h.d.Ponit dictum, rationẽ dicti,&ꝯriam localẽ cõſuetudinẽ.†No.regulam, ꝙ
2 actor rẽr ſequitur forum rei.Quod eſt verũ,etiã inquantũ clericus,vel eccleſia ſuper re ꝓpria, vel eccleſiæ agit: quo caſu hæc decre.decidit quatuor caſus. Primus, qñ agitur ſuper re propria,vel eccleſiaſtica, & conſtat rẽ eſſe eccleſiaſticã,vel propriam clerici, vel eccleſiæ: & cognoſcit iudex eccleſiaſticus.Secũdus, qñ dicitur res eccleſiaſtica,& non negatur: & cognoſcit iudex eccleſiaſticus.Tertius, qñ eſt certum ꝙ res nõ eſt eccleſiaſtica:& cognoſcit ſecularis.Quartus, qñ eſt dubium an res ſit eccleſiaſtica,& negatur:& adhuc cognoſcit ſe-

3 cularis.†Ex his nota,ꝙ qñ certa qualitas ponitur in libello,ex quo ponitur fundñ iuriſdictionis, ibi non ſufficit ad fundandam iuriſdictionem ſola allegatio cauſæ,niſi probet̃, dato ꝙ in libello exprimatur, ꝯ Bart.in l.ſi ex quacunque.ff.ſi quis in ius vo.non ier.Et hoc verum,qñ qualitas negatur: alias ſufficit ſola allegatio abſque alia probatione,ex quo nõ negatur. Et ſic procedit opi.dicentium ſufficere ſolam allegationem.

4 †No.ꝙ illud priuilegium quo ad forum habent clerici in bonis patrimonialibus,quod hẽt in bonis eccleſiaſticis, & ſic eſt caſus proſcriptus per Io.And.ſ.eodem.cum ſit. Materiam huius cap.expedit Inno.in parte 3.c.cum ſit.ſ.eod.ponam hic

5 totum.¶†Oppo.quod dato ꝙ laicus a clerico conuentus negat eccleſiaſticam rem eſſe,poſſit corã eccleſiaſtico conueniri,quia negando petita litem eſt conteſtatus, & ſic iuriſdictio prorogata,& tarde opponit̃ declinatoria, vt in c. inter monaſterium.de re iudi.Soluit Io.An.Primo,ꝙ totum,qđ negauit, dixit ad excluſionem iuriſdictionis: & ſic non inducitur prorogatio:quaſi dicat,rñſio ad libellum prorogat iuriſdictionẽ, & conteſtatur litẽ,quando ex negatione petiti ſimul non negatur petitum,& iuriſdictio,vel cauſa concludens iuriſdictionem,ſed qñ eodẽ inſtanti ex negatione petiti ſimul nõ negat petitum,& iuriſdictio,quia ex petito & cauſa petiti fundat̃ iuriſdictio:tũc vr̃ negata ad excluſionem iuriſdictionis,& ſic excludit litis conteſtationem.quod eſt notandum.Secunda ſol. Pe.& Ab.quod hanc negationem faciebat extraiudicialiter, quo caſu non inducitur litis conteſtatio, nec iuriſdictionis ꝓrogatio. Vel tertio ſecundum eoſdẽ negationem hanc facit, cum proteſtatione ꝙ non intendebat in iudicem conſentire, vel litem conteſtari:alias lis eſſet cõteſtata,nec plus poſſet opponere,de officio dele.inſinuante.ſecundum Pet.& Abb.Sed ſecundo obſtat,qa vr̃ ꝙ ſola negatione conuenti, ꝙ res nõ ſit eccleſiaſtica,non impediatur iuriſdictio:quia ex quo reuocatur in dubium qualitas,vel cauſa, ex qua datur iuriſdictio, cognoſcere põt de illa, de reſcrip.ſuper literis.& ff.de iud. ſi quis ex aliena.Solu.Fatetur Gof.ꝙ ſi reuocatur in dubium, an res ſit eccleſiaſtica,non impeditur iuriſdictio eccleſiaſtica : qa ex quo reuocat̃ in dubiũ cauſa,ex qua datur iuriſdictio,& cognoſcere poteſt an ſua ſit iuriſdictio ſummatim,& ſic an res ſit eccleſiaſtica,& ſi reperiret cãm ipſam eccleſiaſticam, pronũtiabit ſuam eſſe iuriſdictionẽ, alias remittet ad iudicẽ ſecularẽ. Allegat pro hac ſummaria cognitione, l. ſi quis liberi.§. ſi vel parens.de lib.agnoſcẽ.& allegat̃ ſ.de teſti.veniens.Sed dicit ꝙ hoc ſibi non placet,nec etiam Hoſt.pro quo facit qđ no.ſ.eo. cum ſit.Pro eo vr̃ text.hic,qui dicit, ꝙ eo ꝙ negatur rem fore eccleſiaſticam,ſtatim adiri debet ſecularis,per Gofre. Pro prima opi.tamen facit quod no.Vinc.ſ.c.conqueſtus.vbi dicit ꝙ ſi laicus negat raptum,vel inuaſum, cognoſcit eccleſiaſticus, donec conſtet ꝙ ſua non eſt iuriſdictio: & tunc condemnabit clericum in expenſis,& remittit ad iudicẽ ſuum,de appella.vt debitus.& c.cum ſpeciali.Concludendo hanc materiam,quę mihi viſa eſt ſemper difficilis,oportet videre tria. Primo,an allegata cã, vel qualitate iuriſdõnem fundante,ad fundñ iuriſdictionis ſufficiat ſimplex allegatio ſine alia probatione, ſiue negetur,ſiue confiteatur. Secundo, an vbi agitur de re eccleſiaſtica cõtra laicum,q̃ ſint qualitates,ex quibus fundatur iuriſdictio. Tertio, an omnia dicta ſuper re eccleſiaſtica ꝓcedãt in re tpali,& perſonali clerici.¶Vltimo aliqua adaptando ad

6 capitulũ,concludetur intellectus capituli. † Ad primũ dicunt quidam,ꝙ ſi qualitas allegetur & negetur, non ſufficit ſola allegatio ad fundandam iuriſdictionem,nec ſola negatio ex toto repellit,ſed ſummatim cognoſcit iudex de illa qualitate, & poſtea determinat̃ incidens qõ,& ſecundum euentũ qualitatis poſtea iudicabitur ſuper iuriſdictione pro, vel contra.Et hoc tetigit hic Gof.licet non firmet:& pro eo ſunt regulæ cõmunes,q̃ habent,iudicem cognoſcere debere an ſua ſit iuriſdictio,ff.de iudicijs.ſi quis ex aliena.de reſcriptis.ſuper literis. ſi quis in ius voc.non ierit.l.ſecunda. Ad hoc gl.Inn.in c. ſuper literis.in glo.in verbo,forſan.verſic.ſi autem conuenit̃. Vbi ſi accuſatur quis de delicto cõmiſſo in territorio iudicis,ex quo oritur ſimul cauſa agendi,& fundamentum iuriſdictionis ratione delicti,ꝙ neget ſe ibi deliquiſſe, uel confiteatur delictũ, ſed neget ſe deliquiſſe in territorio iudicis, ꝙ poterit ante iudex ſummarie cognoſcere an in ſua diœceſi deliquerit: & ꝑm euentum pronuntiabit ſe iudicem,vel non iudicem.Idem tenet Io.Calde.de raptoribus.c.primo.in 4.quæſt. Idem dicit in contractu Ioan.And.de foro compe.Romana.§.contrahẽtes. libro ſexto.Et ſi reuocatur in dubium, an contraxerit in loco vbi agitur ad fundamentum iuriſdictionis,ſummarie cognoſcet an ibi contractum ſit.Idem dicit Inn.de dilatio. pręterea. Idẽ dicit ſ.titu.primo.cæterum.Vbi dicit, ꝙ ſi negetur ſpoliatio clerici agentis,poterit cognoſcere eccleſiaſticus,an ſit ſpoliatus ſummariè ad cognitionem iuriſdictionis ſuæ. Ad hoc qđ no.in Spe.de compe.iud.adi.§.primo.ſup ver.vj.& in verſi. pone.Ad hoc gl.de offi.dele.c.primo.libro ſexto.Vbi ſi in conſerua-

ſeruatione negatur iniuriam fuiſſe notoriā, poterit iudex ſe informare ſummatim ſuper qualitate iniuriæ, & ſecundum euentū, iudicē vel non iudicē ſe pronuntiare. Secunda fuit opinio, ꝙ non ſit neceſſaria probatio, vel cognitio cāæ allegatæ in libello, ſed ſufficit ſola allegatio ſine alia ꝓbatione ad iuriſdōnis fundm̄, ſiue negetur, ſiue confiteat̄, ſiue nihil dicat̄, ſufficit ipſam allegare in libello. Et hoc ſentit Io.An.hic poſt Vin. qui dixit, ꝙ ſi neget̄ ſpoliatio eccleſiaſticæ rei, cognoſcit iudex donec conſtet rē non ſpoliatā, remittit illū clericum ad ſecularem, & cōdēnabit in expenſis. Ad hoc quod no. Inn.ſ̄ ti.j.c. cæterū.ȷ̄.eo.cum ſit.& c.conqueſtus. vbi dicit, ꝙ ſi aliqua cā, vł qualitas prætendatur, ex qua fundet̄ iuriſdictio, oportet illā in libello allegari, quaſi ſufficiat illa allegatio. Idē formaliter ſentit Inn.in c.cum ſit. vbi dicit, ꝙ ſufficit allegare dolum, uel oppreſſionem in ɔ̄ctu, vel ſuper re eccleſiaſtica: & ſufficit illā in libello allegare, licèt negetur, & procedetur in cauſa principali.& ſi poſtea non probetur fraus, vel qualitas deducta, ſequetur abſolutio, ſed poſtea poterit agi ex alia cauſa, ff. de excep. rei iud.l.& an eandem.§.actiones. Differunt tñ in practica dictum Vin.quod recitat Io.An.hic, & dictum Inn. quia ſm̄ dictum Vinc. condemnabitur pars in expenſis, & remittetur ad iudicem, ex quo apparet defectus qualitatis: ſed ſm̄ Inno. pronuntiabit diffinitiuè ſuper ipſo principali abſoluendo. Idem tenuit Gui.de Suza.ſuper authent.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi.oportet.quod recitat Io.An.& de cōpeten. iu.adi.§. primo, ſuper ver.vj.in addi.ver.ſed pone, aliquis.vbi dicit ſufficere allegare crimen fuiſſe cōmiſſum in certo loco ad fundādā iuriſdictionem iudicis loci, abſque quod aliter cognoſcat̄, vel probetur: & ſi poſtea appareat delictum ibi non commiſſum in proceſſu cauſæ, proceſſus non valebit, C.ſi non a compe.iud.per totum. Et in hoc ſequi vr̄ opi.Vin.quo ad practicā, quod examinabitur ȷ̄. Ad hoc dictum Bar.in d.l.ex quacunq;. ff.ſi quis in ius voc.non ie.vbi dicit, ꝙ ad fundandā iuriſdōnē iudicis ſufficiat allegare cām, vel qualitatem concludentē iuriſdōnem, licet vera non ſit, dūmodo non conſtet: qa iuriſdictio menſurat̄ ab eo, quod petitur, nō ab eo, quod in veritate debetur, ff.de iu.om.iu.l.cum quædā puella.§.fi. Ad hoc ſimile de ſeruo contendēte ſe liberū: quia vt audiatur ad proſecutionem iudicij ſufficit qđ alleget ſe liberū, licet vt ſeruus petatur. Tertia opi.Fran.de Are.quam recitat Lapus alleg.61. vbi dicit ſufficere cām allegari, & probari: ſed negatio aggrauat negantem in onere probādi, quia ex ꝓductione libelli eſt fundata intentio, per dictam l.cum quædā.in fi. Non placet mihi opi.nec ꝙ ſufficiat allegatio, nec ꝙ grauetur onere ꝓbādi: qa ſic eſſet ſemper in ptāte actoris allegando cām, vel qualitatē ɔcludentē iuriſdictionem, vel aliū ſubijcere iuriſdictioni, uel grauare onere probandi defectū qualitatis concludentem iuriſdictionem. Nec ob.l.cum quædā.in fi.quia licet inſpiciatur quod petitur, non quod debetur ad fundandā iuriſdōnē, illud verū, qñ ſit verum vel falſum id qđ petitur, concluditur iuriſdictio: qa tunc non habetur reſpectus ad ueritatē debiti, quia iuriſdictio nō menſurat̄ ad veritatē debiti vltra iuriſdictionē: ſuper quo vltra metas petiti non poterit ferri ſn̄ia, ſed menſuratur ad limites petiti. Hic autem ſi ſit falſa qualitas allegata, excluditur iuriſdictio: ſi ſit vera, concluditur quo ad petitum. igitur oportet de qualitate conſtare. Hoc patet ex hac decret. quæ dicit, ꝙ negata re eccleſiaſtica, excludit̄ iuriſdictio. Quinta vr̄ excludi doctrina, quod ſola negatione qualitatis excluditur iuriſdictio ex toto, vt hic eſt tex.& gl.de hæret.accuſatus.in verbo, manifeſte.li.vj. Ideo in hoc puncto concludendo qñq; allegatur qualitas in libello expreſſe, qñque allegat̄ tacite: ſi allegatur expreſſe, dic ſi allegatur, & probatur, caſus eſt planꝰ: ſi non allegatur in libello, ſed probatur, ſi quoquo modo adaptabilis eſt ad verba libelli, includitur, & procedit iudiciū, ut notat Inn.de iud.cæterum.vbi in reali proceditur coram dño feudi, ſi narret ſe dñm: quia ius feudi poteſt in libello concludi, vt quod intentet vtile: ſi non poteſt aliquo modo includi, non proficit probatio, niſi allegetur. Sic debet intelligi Inn. ſ̄. ti.j.cæterum.& quod no.ȷ̄.eo.cum ſit.& c.conqueſtus. Si allegatur, ſed non probatur, tunc ſi non negatur, ſufficit ſola allegatio ad concludendum iuriſdictionē, vt hic eſt caſus notabilis: & ſic procedit opi.dicentium quod ſufficit ſola allegatio. Si autē allegat̄ qualitas, & negatur, & ſi cōtingat negatio abſque principali petito, ſufficit & negari. Intelligo qñ ſit negatio ante litem conteſtatā: quia ſicut poſt litem conteſtatā non proficeret exceptio dilatoria, ita nec proficiet hæc negatio: vł ſaltem poſt lit.cont.transfundet onus probādi in aduerſariū, l.Pompo.§.rati.ff.de procur.ſecundum vnum intellectum, de quo dixi poſt Inn.de proba.quoniam ɔ̄ falſam. Et ſic poſſet ꝓcedere opi.Fran.licèt primū reputem tutius, ſi contingat negationem qualitatis ſurgere a negatione principaliter petiti. Idē puto, vt proficiat negatio, quia vr̄ negaſſe pinguius quod poſſit, ar.eorū, q̄ no.in l.inter ſtip.§.j.de verb.obl.& ſic negaſſe in vim dilatoriæ, vt dixi ſ̄.& quia ex ordine intellectus talis ꝓcedit, vt & tenui ſupra: quibus caſibus ſi quærit̄ an negatio excludat iuriſdictionem in principali, & incidenti, an ſit iudex, an in neutrum excludat ſolum in principali, & non incidēti, donec cognoſcatur an ſit iudex: dic quod ſi qualitas allegat̄, & negatur, & congruo tempore, & tūc ſi iuriſdictio fundetur ſuper ſola exiſtentia qualitatis, & non ſuper dubietate, tunc ſi non negatur ex toto, licet aliquod accidens ad illā obfuſcādā allegetur, non concluditur cognitio in principali, ſed differt̄ donec cognoſcit iudex an ſit iudex, & ex toto non excludit̄ iuriſdictio.no.gl.de offi.dele.c.j.lib.vj. Nam ſi iuriſdictio fundat̄ ſuper notorietate delicti, & factum non negatur notorium, ſed excuſatur, cognoſcit conſeruator. Si autem qualitas ex toto negetur, excluditur iuriſdictio, niſi qui allegat illā in libello, offerat ſe ꝓbaturum ad fundm̄ iuriſdictionis: quo caſu iudex habet illa examinare ſummariè, vt cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio. Nunqd aūt dēat tunc plene ꝓbari, an ſufficiat ſummaria? Gof.hic, ꝙ ſufficit ſummaria.& idē Inn.ſ̄. de reſcri. ſuꝑ lr̄is.in gl.præal.& Bu.in l.præſcriptione.C.ſi ɔ̄ ius, vel vti.pub. ſicut in actione ad exhibendū, & tenēdū, l.3.§.ibidē.ff. ad exh. & in reſtit.in iteg.aduerſus probationē omiſſam, vel exceptionē, de in integ.reſti.c.2. Dic, iuncto dicto Bar.in d.l.præſcriptione. ſi reuocat̄ in dubiū de qualitate, q̄ non venit diſcutienda ad merita quo ad ſubſtātiā ꝓbationis, debet diſcuti plene: nō eñ in talibus debet lis conteſtari, & hoc reſpectu ſummariè ꝓcedit̄, qa ſufficit conteſtatio in principali, vt no.de offi.dele. prudentiā.§.ſexta. Sed non ſic ſummariè, ꝙ ſtet̄ iur̄o. Si qualitas venit ad merita diſcutientia, ſi idem grauatur onere probādi, & quo ad merita, & quo ad dilatoriā, ſufficit qđ ſummarie probetur per iur̄m, ſm̄ Bar. Hoc non placet mihi, quia hic eſt aliquale p̄iudiciū, vt l.theſaurus.ad exhibendū. Si venit ꝓbandum per diuerſos ad merita, & ad fundandā iuriſdōnem, & qa ponitur exceptio taciturnitatis peremptoriæ in beneficiali, opponens dilatoriæ grauatur, & ad merita grauat̄ actor, & adhuc oportet qđ plene probetur, vt dicit ibi Bar. qđ intelligo vt ſ̄. quo ad ſubſtantiā probationis. Si tñ negatio haberet notorietatē cōtra ſe, non credo ꝓficere negationē, qa non eſt probabilis, vt no.de cenſi.cū venerabilē. Ideo ſi petat̄ poſſeſſio præbendæ, quia non poteſt eſſe non notorium in loco poſſeſſiones fore præbendales, quando dicimus, poſſeſſæ ſunt, licet negentur præbendales: hoc non ſufficit. Quandoq; allegatur qualitas pro fundō iuriſdictionis, & eius non exigit̄ vera qualitatis exiſtentia, ſed ſola ſufficit dubietas: & tunc ſufficit illā allegare, q̄q̄ negetur, & ɔcluditur iuriſdō abſq; alia cognitione præambula. Et hoc dicit Gof.ȷ̄.eo.ɔqueſtus.& hic Io.An.recitat, & Inn.ȷ̄.eo.cū ſit.& c.cōqueſtus. Nam ſi allegat̄ oppreſſio, & violentia, ſola dubietas huius circa rē eccleſiaſticā, vel clerici concludit dubietatē ſacrilegij, & ſuper dubio an ſit ſacrilegiū, cognoſcit eccleſia. Si allegat̄ res ſpiritualis, & negat̄, ſola dubietas concludit hoc ſpectare ad iuriſdōnē eccleſiaſticam, Idē ſi ɔ̄ctus negetur vſurarius. Si neget̄ iur̄m ligare: ſi negetur p̄ſcriptionem concludere peccatū, & ſimiles tales exceptiones facientes rem dubiam concludunt iuriſdōnē quo ad eccleſiaſticū iudicē. Igit̄ ſufficit ſola allegatio cū negatione: non ſic ſi allegat̄ ɔ̄ctus factus in tali loco, vel cōmiſſum delictū in tali loco, ad concludendā iuriſdictionē, vel rem fore eccleſiaſticā, & negatur, quia in talibus vera exiſtentia narrati cōcludit iuriſdictionē, non dubietas, Si vero iuriſdictio fundat̄ ſuꝑ notoria exiſtentia qualitatis, tunc ſi qualitas nō allegetur notoria, & negat̄, ſtatim excludit̄ iuriſdictio, vt in c.j. de offi.dele. lib.vj.& hic. Ad hoc gl.de hæret.accuſatus. lib.vj. nā ſuꝑ re eccleſiaſtica excludit̄ iuriſdictio laici, & ſpectat ad clericū, quando res eſt eccleſiaſtica, & hoc conſtat, vel non negat̄, quia conſtare dr̄: ſi non neget̄ ex toto iuriſdictio, & in principali, & incidenti, an ſit iudex: qa ex quo negat ad concludendā rē eccleſiaſticā notoriā, non ſufficeret ſummaria probatio, vt dicit Hoſt. de ord.cogn.c.2. Si qualitas alleget̄ notoria, & neget̄, tunc bñ cognoſcit præambulè, de offi.deleg.c.j.lib.vj. Hoc verū, qñ ex negatione concludit̄ probabile diuerſum notorietatis: alias ſi negatio concludit certitudinē defectus qualitatis, vt patet ꝙ negatū pendeat a iure, excludit̄ ex toto iuriſdictio, vt no.gl,
7 de hære.accuſatus.lib.vj.in verbo, manifeſte.† Venio ad ſecūdum principalē caſum, qñ non expreſſe allegat̄ qualitas in libello, ſed tacite pōt comprehendi ꝑ allegata, ut qa agens rei vend.ɔ̄ laicum pro rebus eccleſiæ, ſolum dicit rem eccleſiæ: ꝙ res ſit eccleſiæ, non concludit̄ iuriſdictio, ſed bñ concluditur ex detentione rei ſacrilegium quoddā, ex quo cōcludit̄ iuriſdictio ad eccleſiā: & tūc qa pōt iſtam deducere vt priuilegiatā, & vt non priuilegiatam: tunc ſi negatur res eccleſiæ, & ɔ̄ negatur ſacrilegiū, ſola negatio excludit iuriſdictionem, vt hic: & excludit præambulā cognitionē ad excludendā iuriſdōnē, qa ſpecifice non tangitur dubium ſacrilegij: & hic eſt tex.& dicit Hoſt.vnde ipſam vt priuilegiatā domum deducére vr̄, quādo hoc exprimit̄ in libello, vt no.Inn.ȷ̄.eo.cum ſit.& c.cōqueſtus. & ſ̄.tit.j.cæterum. Item nec concluditur ſacrilegiū, nec dubiū

ſacrile-

ſacrilegij,ex quo non allegatur mala detentio:ꝗa poſſibile eſt
ꝙ habet aliquod initium iuſtū poſſidendi:& eo ꝙ poſſidet,p̄-
ſumitur iuſte poſſidere: ex quo non allegat̄ poſſeſſionis iniu-
ſtitia,p̄tendi non vr̄,niſi forte diceretur ſacra,& negatur ſacra
ꝗa ſup hac dubietate cognitio ſpectat ad eccleſiaſticū, ſm̄ Io.
de Lig.Ratio,ꝗa ibi rōne dubij cōmittitur,ſeu dat̄ iuriſdictio,
oportet ꝙ vel æqualitas allegetur in libello, uel ſi non expreſ-
ſe allegetur,oportet ꝙ ſit patens in porrectione libelli vel ſola
rñſione ad libellū:alias vt non producta procederetur de iure
cōi ſuper ea,& ſcd̄m regulam,actor forum rei. licet enim uer
ba libelli trahantur ad intentionē actoris quo ad merita, non
quo ad fundandā iuriſdictionē,niſi aut expreſſe alleget̄,aut ↄ-
cludatur a parte in limitibus libelli:alias actor ſequitur forū
rei,vt dicit litera:nec aliud examinatur.Sic intelligit Hoſ.hāc
decre.per quæ puto, ꝙ ſi agens allegaret agendo rei vendi.in-
iuſtam detentionē aut iniuſtam occupationē,& de facto,ꝙ ex
hac allegatione iudex poſſet de hoc cognoſcere : & ſic poſſet
procedere opi.recitata per Gof.Sicut eñ qualitas allegata hr̄
nium: tunc recedit in dubium an defectus medij reſoluat ipſo
iure,an non:& veritas eſt,quod nō reſoluit ipſo iure,licet poſ-
ſit agi ad reſoluendum,de condi.app.verum. Vnde reſeruatio
manuum non eſt poſſibilis. Agatur ergo,& poſtea cōſequetur
rem. Ita ſentiunt domini de Rota ſua concluſione ccxxvj. Ad
hoc quod not.in l.2.C.de ſer.expor.vbi dicunt,quod nō tranſ-
fertur ipſo iure dominium ex manuum iniectione reſeruata
antequam inijciatur. Ad hoc quod no.per Bart.in l.j.ff.de do-
natio.vbi ſpeciale in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis
in diem, vt ipſo iure transferatur dominium: ergo in aliis ſe-
cus,quicquid ſenſerit Dy.in l.j.C.de pact.Bartol.tamen in l.iij.
C.de pigno.tenet quod licet manum imponere,ex quo res nō
eſt ſacra: ſi tamen valida ſit cōuentio. Allegat de epiſco. & cle
ric.l. ſi quis curialis. & quia executio iuridica à ſacrilegio, ff.
de aqua pluuia arcen.l.quanquam. ff. de re.eo. l. ſi pupillaris.
vbi pignus datum à prætore alienatur ſine ſolēnitate, licèt res
ſit minoris:& hoc ſatis puto. Non obſtat l. j. in fi.cum l.ſeq. ff.
de rebus eo.quia ibi loquitur in obligatione pignoris,quæ nō
oritur antequam res ſit effecta pupilli: hęc in pacto, quod aſſi
cit rem antequàm res ſit effecta eccleſię:& ſic à principio tran
ſit cum affectione rei. Et per hoc non obſtat,quòd no.de relig.
do. conſtitutus. vbi ex non ſolutione canonis per biennium
non priuatur eccleſia feudo,quia contingeret alienatio.
Ant.de Butrio.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquentes, ſeu malefactores eccleſiarum poſſunt in utroque foro conueniri.*
2 *Laicus duabus cauſis ſubijcitur foro eccleſiaſtico, etiam ratione criminis. numero 12.*
3 *Sacrilegium appellatur crimen eccleſiaſticum, & ſic eſt mixtum.*
4 *Actoris eſt electio, coram quo iudice agat accumulato foro, vbi lex aliter non exponit.*
5 *Delicti ratione in rem aliquando quis ſubijcitur iuriſdictioni iudicis habentis rem ſubiectam, ſicut propter delictum in loco.*
6 *Rector eo, quod rector, habet poteſtatem proſequēdi iura eccleſiæ, & iudicialiter agendi.*
7 *Sacrilegij crimen quo ad ſubmittendum quē iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quādo committatur.*
8 *Laicus rapiens bona clerici, an poſſit conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
9 *Iudex ſecularis compellitur remedio excommunicationis clerico iuſtitiam adminiſtrare.*
10 *Iudicis negligentis iuſtitiam facere pœna quæ ſit.*
11 *Sacrilegij crimen punitur per ſecularem iudicem, quando agitur de pęna corporali imponenda.*
13 *Vſurarum cauſa an, & quando poſſit terminari per iudicem ſecularem.*
14 *Simonia an poſſit de ea agi coram ſeculari.*
15 *Periurij ratione de quibus iudex ſecularis poteſt cognoſcere inter laicos.*
16 *Adulterij quæſtio inter laicos quando, & in quibus diſcutiatur per iudicem ſecularem, vel eccleſiaſticum.*
17 *Iudex ſecularis quando poſſit cognoſcere de cauſa inter laicos, per quam arguitur de peccato.*
18 *Falſarius literarum ſedis apoſtolicæ, an poſſit puniri per iudicem ſecularē.*
19 *Iudex ſecularis non cognoſcit de crimine hæreſis, niſi quo ad exequendum.*
20 *Iudex ſecularis an ſit iudex competens ſuper crimine concubinatus.*
21 *Iuden eccleſiaſticus an habeat iuriſdictionem in delinquentes aliorum, quàm eccleſiarum, propter negligentiam iudicis ſecularis.*

## CAP. VIII.

1 CVm ſit. ¶† Malefactores eccleſiarum in vtro-
que foro conueniri poſſunt. h. d. Pri-
mo ponit regulam. Secundo caſum exceptum, &
triplicem ipſius cauſam. ¶Not.j.regulam, ꝙ actor
ſequitur for rei. Ad hoc s̃.cap.ſi clericus.cum con-
2 cor.ibi poſitis. ¶†No. ij.duas cauſas deferentes cauſam ſuper
re eccleſiaſtica ad iudicium eccleſiaſticum, etiam contra lai-
cum. Prima,quando negligens eſt iudex ſecularis:& ſic imme-
diate eccleſia ſuper re eccleſiaſtica ſupplet negligentiam iudi-
cis ſecularis. Scđa, qñ ſic tractatur res eccleſiaſtica, ꝙ ſacrile-
3 gium committitur. ¶†Et not. ꝙ crimen eccleſiaſticum eſt ſa-
crilegium, & ſic poteſt dici mixtum: quod eſt notādum. quod
patet,quia ſuper eo poteſt tractari cauſa tam coram ſeculari,
4 quam eccleſiaſtico: quod bene nota. ¶†Nota tertio,quòd ac-
cumulato foro,ſi aliter lex non diſponit,electio eſt actoris,co-
ram quo iudice agat. Vide Ioann. Andre. plene poſt diſputa-
tionem Iaco.de Bel.in capitulo primo, de priuile.lib.6.in ver
bo,priuilegio. in Nouella. Ad hoc in procemio Digeſtorū, §.
penultim. & ad hoc lex final. C. vbi in rem actio. & authenti.
habita.C.ne fi.pro pa.& quod not.infra capitu. fina.ad hoc in
5 procemio Digeſtorum.§.pe.¶† Nota,quod propter delictum
in rem aliquando quis ſubijcitur iuriſdictioni iudicis haben-
tis rem ſubiectam,ſicut propter delictum in loco.j̃.capitu.fin.
ſicut propter delictum in iuriſdictionem, de offic.delega. cap.
j.& capitulo ex literis. de pęñ.Romana. libro ſexto. Sic pro-
pter delictum in perſonam, de ſenten.excommunica.ſi concu
bina.xxxii.di.eos, & notat Archidia.3. quæſt.vj. in ſumma. Vi-
de Barto.in l.cunctos populos.de ſum.trinita. in q.delinquen-
tis contra ciuem extra territorium.& vide Inn.infra eo. poſtu-
laſti.& lxxxj.diſt.ſi quiſpiam. & per Archi.xj. quæſtione j. nul-
6 lus.¶†Nota,quod rector, eo quod rector eccleſiæ, habet po-
teſtatem proſequendi iura eccleſiæ,& iudicialiter agendi: de
7 quo de reſcrip.edoceri.¶† Nota argu.quòd crimen ſacrilegii
quo ad ſubmittendum quem iuriſdictioni eccleſiaſticæ, non
ſolum committitur, quando delinquitur contra eccleſiam,
ſed etiam quando delinquitur cōtra alium uenerabilem lo-
cum:& ſic contra hoſpitalia, uel leproſaria, & ſimilia, quod
nota. Et hoc tenet Hoſtien.in c.conqueſtus.j̃,eod.in uerbo, ec
8 cleſijs: ut ibi recitat Ioan.And. ¶† Quid in rapina bonorum
clericorum,an tales coram eccleſiaſtico conueniantur. Dicit
Petrus,quòd hoc uidetur locum habere demum, quando ra-
piuntur bona eccleſiæ: per quę dicit ipſe quòd rapiens bona
clerici non poterit inuitus coram eccleſiaſtico iudice conue-
niri: hoc enim in fauorem eccleſiæ introductum non poteſt
extendi,ſeptima quæſtione prima,petijſti. Fatetur tam,quòd
de conſuetudine ſeruatur contrarium. Et huius conſuetudi-
nis poteſt eſſe ratio,ſecundum Abba. quia ſi uidua poteſt co-
ram eccleſiaſtico iudice agere poſſeſſorio non obſtante exce-
ptione fori, fortius hoc poterit clericus: & hoc ea ratione,
quia bona clericorum,&c.de uita & hone.cleri.cap.fina. ſecū
dum Ioann.Andr. idem not.Innocen.s̃.titu.j.cęterum. & dixi
9 ſupra eo.clericus.¶†Venio ad gloſſ.quæro, an illud ſit reme-
dium contra ſecularem negligentem iuſtitiam exhibere.Glo.
dicit,quod poteſt ad hoc per eccleſiaſticum iudicem compel
li ſententia excommunicationis,xxiij. q. v. adminiſtratores.&
10 ad hoc de iudi.cum deputati.& de iud.capit. fina. ¶†Quæro,
quæ ſit pœna negligentis facere iuſtitiam.Gloſſ.dicit,quòd fa
cit litem ſuam,xxiij.quæſtio.ij.dominus noſter.iij.quæſtio.vii.
qui ſine cauſa.cum ſimil.& ſi per dolum,gratiam, uel inimici
tiam iudicauerit, in ueram litis æſtimationem condemnabi-
tur,ff.de iudic.l.ſi filius.Gloſ.tempera ueram,quando petitur
iuſtitia aperte: alias non habet locum pœna negligentiæ, ut
not.gloſ.de reſcript.cap.fina. Quod nota propter ſtatuta,quę
imponunt pœnam non terminari intra tempus. Vide hāc gl.
ii.quæſtio.6.hoc etiam placuit. & uide eandem xxiii. quæſtio.
ii.dominus noſter.& xi.quæſtio. iii.temerarium. & de re iudi.
cum æterni. lib. 6. Non inſto hic, quia non congruit materia.
¶Gloſſ. 2. in principio ponit pœnas ſacrilegi, & eſt clara.
11 ¶†Oppo. quod crimen ſacrilegii puniatur pẹr iudicem ſecu-
larem,C.de epiſcopis & cleri.ſi quis in hoc génus. Gloſſ. fate-
tur quod quandoq; punitur per iudicem ſecularem. Hoc de-
clarat Hoſtien.quando agitur de pœna corporali imponēda,
quo ad pœnam excommunicationis, & cenſurę punitur per
eccleſiaſticum,quo ad alias pœnas temporales,uel ius agendi
12 ciuiliter,poteſt dici miſtum,ut hic. ¶†Oppo. quòd contra lai
cum non cognoſcit eccleſia de crimine,ſupra,titu.i. nouit.ſu-
pra eo. ſi clericus.qui fi.ſint leg. cauſam. Sol.Regulariter non
cognoſcit eccleſia de crimine contra laicum: Fallit in caſibus.
Et aduerte,quia glo.iſta ponit caſus, in quibus de crimine co-
gnoſcit, etiam contra laicum: ubi autem in aliis caſibus non
deſcendentibus ex crimine cognoſcat, ponit glo.in cap. licet.
j̃.eod. titu.Primus in crimine ſacrilegii, ut hic:& hoc,quia cri-
men eccleſiaſticum eſt, uel ſaltem miſtum: ſuper quo dic ut
dixi ſupra. Secundus caſus eſt in crimine uſurarum: quod dic
ut j̃.de uſuris,cum tu.& c.quia in omnibus. & not. de uſur.ca.
13 1. lib.6. ¶† Nunquid autem iudex ſecularis de uſura cogno-
ſcat: Gloſſ. recitat opi. in cle. diſpendioſam. de iudic. in uer-
bo, uſuris. inclinare uidetur, quod laicus non cognoſcat,
opinio.autem, & remiſſiones, & iura pro & contra, ibi uide,
quæ opinio uidetur uera, tenendo quod uſuræ non ſint pro-
hibitæ de iure ciuili,quod communiter tenetur,ut no.in l.j.C.
de ſum.trini.& fide cat. & tenet Hoſti,in Summa huius ti. §.ii.
uerſi-

verſiculo,ex his. vbi dicit, quòd vſura de iure ciuili non eſt prohibita in ſpecie,& determinate. Et tenet hoc Archidia. & Io.cap.i.lib.6.de vſuris:in verbo,animas deuorat. Licèt in hoc cedant determinationi eccleſiaſticæ, vt in Authen.de eccle.titu.§.j.de quo per But.in l.cum allegas.C.de vſuris.& ibi per gl. & Cy.Dic,quandoq; diſputatur de pęna vſurę:& ſi iudex ſecularis ſuis ſtatutis aliquam pęnam imponeret,fatetur quod de iſta poſſet conueniri coram iudice ſeculari : quia inquantum etiã eccleſiaſtice delinquit laicus, poteſt laicus ipſum diſtringere,& punire ſub illa ratione,quia intereſt eius, laicos habere pacatos, & bonos,vt l.congruit. de offi.præſi. ideo punit eũ inquantum delinquit in eccleſia.C.de adulte. ſi quis.Et ſic loquitur Ioan.Mo.& Ioan.Andr.poſt eum in c.j. de vſuris.in verbo,animas deuorat. ad fin.in Nouella. Vnde quo ad hoc ſatis poteſt dici miſti fori. ¶ Quãdoq; dubitatur de ſubſtantia vſuræ,an ſit crimen vſurarium,vel non:& tunc ſuper hoc non cognoſcit ſecularis,quia hæc eſt determinatio peccati, hoc non ſpectat ad iudicem ſecularem.Hoc puto, niſi notorie conſtaret vſuram eſſe, vel non eſſe, licèt non cognitionaliter : poſſet tamen exceptionem oppoſitam admittere,vel repellere,argumen.eius,quod no.glo.de iudic.cum veniſſent. & de priuileg. cum perſonę. & de reſcrip. cum contingat.Si dubitatur de ſoluto, vel non ſoluto, vel de ſola ſubſtantia contractus, an ſic ſit contractus,vel non,vel etiam de ſimulatione,an ſit contractus ſimulatus,vel non:& ſic non negatur vſura,nec de illa dubitatur:tunc cognoſcere poteſt de hoc laicus, vt not. Butriga. de vſuris.cum allegas.& Barto.in l. Titia.ſol. matri.in l.omni. C.de ſacroſanc. eccle. & Pau.in cle.j. de vſuris.Idem ſi petitur reſtitutio vſuræ, poterit & hæc peti coram iudice ſeculari, & de hoc excipi, ex quo non negatur vſura, ſed ſolũmodo ſolutum eſſe,vel non eſſe,vt not. Archidia.14.quæſt.4.quid dicam. Per quæ puto eccleſiam poſſe cogere iudicem ſecularem, ſi quæſtio coram eo verteretur,vt rationem agendo, vel excipiẽdo habeat de vſura : & hoc ratione peccati, quia in tali forus ciuilis cedit canonico,ut no.in illa regula,poſſeſſor.de regu.iuris. lib. 6. de reſcript.c. fina. de foro competen. cum C.laicus. lib.6. & eodem tit.quamuis. Vbi ergo concurrunt iuriſdictiones,lite non cępta erit electio actoris:alias lite cępta iudex cognoſcit,coram quo incidit : nec fit remiſſio ſecundum diſtinctionem ſ.poſitam.Per quę puto,quòd ſi petantur fructus,deberent in ſortem compenſari. Quod ſi eſt tantum quęſtio de quantitate fructuum,nec negatur vſura, quòd poterit ſecularis cognoſcere.Idem ſi petatur pignus, & creditor dicat quod fructus habet extantes, & reſtituere intendit, vult quod debitum ſibi reſtituatur ante : uel quia pactum eſt factum de fructibus non repetendis antequàm ſoluatur debitum, ut in terminis capitu.ad noſtram. de iureiuran. Sed ſi dicatur,licitum eſt ex pacto fructus lucrari : hoc cognoſcet eccleſia. Satis tamen poſſet iudex ſecularis hanc exceptionem vt notorie falſam reijcere,non adhibita cognitione ſuper ea. Idem ſi vellet fructus in alio intereſſe computari, non negando ipſos, ceſſante intereſſe debere in ſortem compenſari. Satis puto per hanc doctrinam poſſe ſecularem contra laicum de hoc cognoſcere: & idẽ ſi uelit petere uſurã ut intereſſe, nõ vt vſuras, vt in terminis capitu. ſalubriter.de uſuris.& l. curabit. de act. empti.vel quia petit vſuras pretij non ſoluti: ex quo oportuit eum ad uſuras recipere; & tantum ſoluit,quia tunc non petit ſub ratione vſurę. Quod intellige, niſi per partem reuocetur in dubium, an hæc petitio nutriat peccatum. Et ſic intelligo Lapum de Caſti.ſua allegat 57. & 58. Hæc concluſio in ſimili materia approbatur per Io. An.in ca.tua.ſ.de or. cog. Et hanc theoricam tenuit Frede. de Senis ſuo conſil. xcj. & ſic de facto conſuluit : per quæ dicit, quòd ſi ſtatutum diſponeret præter ius ſuper probatione,quòd quis ſit vſurarius, quod cum hæc vertatur in dubium de ſubſtantia vſuræ, & conditione, quod ſtatutum non ualet ſeculare, vt quia in inſtrumento continetur,quod ſi quis fecerit refutationem de debito in inſtrumento contento pro minori quantitate quàm contineatur in inſtrumento, pro eo ipſo hic concludatur vſurarius : tunc non ualet ſtatutum.Per quæ patet, quòd ſtatuta, quæ habent, ꝙ ſtetur probationi ſolius famæ,cum ordinentur ad concludendum petitum dubium, ſi fiant à laicis,talia ſtatuta non valẽt, quod eſt bene notandum. Lapus tamen ſua alleg.lvij. & lviij. & lxxv. dicit ſe de facto pluries obtinuiſſe, & ſic dicit curiam ſeruare Romanam, quòd quomodocunq; diſputetur de vſura,uel quia repetitur, ſi tamen quæſtio ſit vſuræ, hæc quæſtio non poteſt tractari coram iudice ſeculari, ſed coram eccleſiaſtico. Allegat gloſ.in dicta clemen.diſpendioſam.gloſſ.de iureiuran.ex literis. quæ dicit, quòd cauſa vſurarum eſt ſpiritualis. Ad hoc gloſ.hic,quæ dicit quod crimen eſt eccleſiaſticum: vt de offic.ordi.ca.j.xi.q.j. in ſumma.vi.q.ij.cap.j.& cle.diſpendioſam. Iſtam numerat inter cauſas ſpirituales,& eccleſiaſticas.Allegat glo. in decre.ſi annum.de iudi.lib.vi.ſuper uerbo, infante. quæ exemplificando de cauſa ſpirituali exemplificat de cauſa vſurarum. Ad hoc cle.ex grãdi.de uſuris. ubi in §.cæterum. ad exhibendum libros uſurarius compellitur cenſura eccleſiaſtica. Idem concludit ſua allegat. lxxv. quod practica diſtinctionem de prohibito,& conceſſo non admittit, nec curia : ideo dicit quod vbicunq; petuntur,vel repetuntur vſuræ, vel quomodo tangantur, cognoſcit ſolus eccleſiaſticus : hoc ideo, quia negari non poteſt quod eſt ſpiritualis, uel ſaltim quaſi ſpiritualis, & ſic annexa. Igitur ſolus eccleſiaſticus cognoſcit, ſ.titu.j.quanto.Si practica hæc habet,ſeruanda foret, & ſtylus curię ſi talis eſt, de iure ſatis puto quod ꝓcedãt prius dicta : quia non altero reſpectu poteſt dici cauſa hæc ſpiritualis, niſi quod peccatum habet annexum : res enim ſubiecta, ſcilicet vſura ſoluta, contractus, & tota materia tẽporalis eſt, inquantum curia ſecularis adiretur pro turpiter quæſito, etiã in quo mitteretur,vel daretur concurſus peccati, dummodo non diſputetur de peccato,per hoc non tolleretur forus ſecularis, vt patet ff.de condi. inde.per totum.& de vſuris. per totum.& de condi.ob cauſam.per totum.de fur.& vi bono.rap. & de dolo.& quod metus cauſa.per totum.ergo ex quo forus ſecularis in hoc cedit canoni, quod turpiter ſit quæſitum ex vſura,ſicut & in furto videmus,ff.de furt.per totum. ſic & pro pace poſſit agi coram ſeculari,vt in lib.feu.de pa.te.cap.j.& ſi hoc verum foret, ꝙ vbi in acquiſito temporali daretur concurſus peccati,& hæc cauſa diceretur ſpiritualis,iam euacuaretur forus ſecularis.Ad quod no.ſ.de iudi.nouit.& quod no. Bart.in extrauag.ad reprimendum. Solum ergo cognoſcit eccleſia, quando dubitatur an ſit vſura : quia hoc decernere
14 an ſit peccatum,ſpectat ad eccleſiam. ¶†Secundus caſus excipitur,in quo etiam inter laicos cognoſcit eccleſia,quando agitur de crimine ſimoniæ:vt patet de ſimo.per totum.& hoc poteſt dici crimen mere eccleſiaſticum. Dic in hoc idem, quod
15 ſ.in vſura.¶†Tertius caſus in crimine periurii.Dic, ſi dubitatur de uinculo iuramenti, an liget, vel non : hoc ſpectat ad eccleſiam, ut patet de elect.uenerabilem.de iureiuran. quanto.& dicit Ioan. And. de foro competen. cum C. laicus.ſuper vlti.glo.Si agitur de pęna periurii,inquantum lex ciuilis punit periurum:de quo de re.credi.l.j. cognoſcit ſecularis, ſicut dixi ſupra in crimine uſurarum:puto etiam,quòd punire poſſet ſecularis,inquantum ageretur de pœna à canone uel cõſtitutione ſynodali impoſita,argumen.de rapto.ca.j.iuncto tex.qđ notat Pau.in clemen. paſtoralis.de re iudica.Si cõſtat de iuramento, & eius uinculo,& in foro ciuili non producitur actio, ex eo Papa non aſſiſteret iure ciuili, ut ff. de fideiuſſo. ſi quis pro eo.vel quia eſt præſtitum lege prohibente tali caſu, quo non confirmat contractum:ſed tantum poteſt,& debet ſeruari ex diſpoſitione canonica, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,ut de iureiurando. c.cum contingat.ca. quamuis.& agetur in foro canonico. Puto etiam poſſe agi in foro ciuili:& hoc, quia in non obſeruantia nutritur euidens peccatum,quod eſt religioni Chriſtianæ contrarium. Nam vbi euidentiſſimum concluditur peccatum, & ſic decernit eccleſia, forus ſecularis arctatur ad obſeruãdum, quod determinat eccleſia,de iureiuran.licet.lib.vi.not.in regula,poſſeſſor. Ideo eccleſia compellit ad admittendam exceptionem iuramẽti, & admittendam actionem. Et hoc determinat Ioan. Andr. de foro cõpetenti.cũ C.laicus.ſuꝑ ulti.glo.ubi dicit, qđ crimẽ periurii nõ eſt mere eccleſiaſticũ,ſed mixtũ,vñ nõ mutat̃ ex eo,ſed accumulat̃ forꝰ. Per qđ dicit, ꝙ ex iuramẽto ut nutriẽte apertiſſimo peccato ĩ nõ obſeruãtia, poterit agi corã eccleſia,& corã ſeculari, & a ſeculari poterit crimẽ illud puniri, vt ſ.dixi.ff.de cri.ſtel.l.vltima. de iureiur. ſi duo.§.fina.xxiij.quæſt.v.Rex debet.In hoc ergo forus ciuilis pediſequus efficitur, & non dedignatur credere, & obſeruare quod lex canonica præcepit fieri ſuper tatione peccati. ſ.c. clerici. in Authen. ut cle.ap. propri.epiſ.§.1.col.vi.Ad hoc de iureiuran.licet.lib.vi. Si lex canonica ualidat contractum alias inualidum de iure ciuili,ita qđ propter iuramentum cogatur ad obſeruantiam iuramenti,& cõtractus:adhuc idem, & fortius poterit agi in utroque foro. Vnde puto,quod ſuper quolibet contractu roborato iuramẽto poſſit coram eccleſiaſtico agi, vt dicit gl.vltima de foro cõpeten.cum C.laicus.ſic propter iuramẽtum reduci poteſt laudum inter puros laicos ad arbitrium boni uiri coram eccleſiaſtico,de iureiurando,veniens.& cap. Quintauallis.Item quomodocunque canon det executionem, agendo, vel excipiendo.de iureiurando.licet.lib. vj. not. in dicto ca.cum C.laicus. Idem,& fortius,ſi lex ciuilis det executionem iuramẽto, agendo,vel excipiendo,C.de tranſac.l.ſi ex falſis.C.ſi aduer.uen.authenti.ſacramenta puberũ.ff.de oper.lib.l. vt iuriſiurãdi. Hec omnia vera,inquantum contetioſe agitur de ui iuramenti:inquãtum in foro pœnitentiali, planum quod ad eccleſiaſticũ : quia ſecularis tali foro caret,cum non habeat claues,de pę.& re.noua q̃dã.no.de cõſuetu.quãto.de offi.ordi. paſtoralis.§.1.

Inquantum etiam agitur de diſſolutione, & abſolutione vinculi iuramenti, in quo vertitur ſolutio ſuperioris, ſolus cognoſcit eccleſiaſticus, & abſoluit, vt dicto c.venerabilem.& no.de iureiuran.quanto. Inquantum dixi agi poſſe ratione iuramēti coram eccleſiaſtico, vbi validatur contractus ratione iuramenti: hoc eſt verum, inquantum agitur contra defunctum. inquantum autem ageretur contra hæredem, licet validetur contractus, & ad ipſum tranſeat ratione iuramenti, vel cōtra eum etiam tranſeat obligatio, vt teneatur obſeruare quod tenebatur defunctus ex iuramēto: de quo dicam de iureiuran. cum contingat.agetur tunc cauſa coram ſeculari, & non eccleſiaſtico: & hoc, quia iuramentum tunc non adſtringit ad peccatum, vt mere perſonale, vt no.de iureiuran. veritati.ſub cuius peccati ratione aditur eccleſia.Et hoc tenet Ioan.And. de paroch.c.fin. & limitat cap.nouit. vt cauſa ſit eccleſiaſtica ratione iuramenti, inquantum agitur contra principalem iurantem. Patet ergo, quod non eſt purum eccleſiaſticum cri-
16 men periurij, & ius agendi, vel excipiendi ex iurō. ¶ † Quartus caſus in crimine adulterij inter puros laicos. Dic, ſi agitur ad ſeparationem thori, planum eſt quod tunc ſola cognoſcit eccleſia, ſ.de procur.tuæ.vt lite non conteſt.c.j.de diuor.c.ſignificaſti.& de adulte. per totū. Si vertitur in dubium de ſubſtantia adulterij propter dubium vinculi matrimonij, vbi dicam infra cognoſcere eccleſiā de dubio matrimonij ad finem deciſionis adulterij: & ſi incidet coram iudice ſeculari, remiſſio fiet ad iudicem eccleſiaſticum, de ordi.cognitio.tuam. Alias ſi dubitatur de contractu, vel non, cognoſcet ſecularis. Si agitur de pœna adulterij, ſi pœna eſt ſanguinis, ſolus ſecularis cognoſcit. Si agitur de pœna detruſionis in monaſterium, ſi pœna eſt pœnitentialis, ſola eccleſia illam imponit: quia tali foro caret ſecularis. Si pœna eſt contentioſa, illam imponere poteſt ſecularis quo ad condemnationem, C.de adul.authen. ſed hodie.& vnde ſumitur. Executio tamē fiet per eccleſiam, quæ habet monaſterium: ſicut dicimus de iudicibus, qui non habent inſulam, qui poſſunt condemnare, & principes aſſignant inſulam, ff.de inter. & rele.l.inter pœnas. & l.ſi quis exhæredato. §.j.ff. de iniuſ.rup. & irri.2.q.6. biduum.verſicu. ſi quidem.Sic poteſt intelligi quod not.Archidia.25.quæſtio.3. Rex debet.vbi dicit, ꝙ hodie adulteria non puniuntur lege ſeculari, quia matrimonia reguntur iure fori, non iure poli.Recitat alios dicere, quod inquantum eſt maleficium, punitur a lege ſeculari: per hanc enim diſtinctionem opiniones illæ ad
17 concordiam reducuntur. ¶ † Quintus caſus, quando arguitur peccatum: nam de hoc cognoſcit eccleſia inter puros laicos. Dic, ſi de peccato agitur pœnitētialiter, hoc ad ſolam ſpectat eccleſiam, vt patet de pęni.per totum.de pęni.diſt.j.& ſequentibus, & per totum. Idem ſi de eo agitur in foro quaſi pœnitentiali, vt via denuntiationis Euangelicæ, vt dixi ſ.titu.j.nouit.& no.quæſtio.j.ſi peccauerit.Inquantum agitur de peccato per viam contentioſam, ſi per viam denuntiationis iudicialis, ſi cum illo concurrit prouiſio agendi de iure ciuili, hic eximitur regulariter a cognitione eccleſiaſtica, niſi aliter cauſa ſit eccleſiaſtica: exceptis caſibus, de quibus ſ. de iudi. nouit. Et hoc, ne contingat forum ciuile abſorberi, vt not.in dicto c. nouit.& not.Bartol.in extrauagan.ad reprimendum. Si vero concurrit prouiſio iuris agendi de iure ciuili: tunc ſi peccatū poteſt aliqua præſumptione tegi, non agitur in foro ciuili, ſed agitur in foro canonico, vt not.in dicto capitu.nouit. Si non poteſt aliqua via tegi, quia ſub ratione peccati reperitur a canone declaratum: tunc agitur etiam de iure ciuili: & in hoc cedit forus ciuilis canonico. Exemplum in pacto nudo, & teſtamento quo ad primum nō ſolenni: quo ad ſecundum exēplum in iuramento, de quo dixi ſupra. Si agitur via communi, tunc ſi in vtroque foro datur ius agendi propter peccatū, agitur in foro ſeculari, ne abſorbeatur forus ſecularis, vt dixi. ſi ſolo iure canonico datur ius agendi pro euidenti peccato, agitur, & excipitur in vtroque pro non euidenti in ſolo foro eccleſiaſtico, vt in proximo caſu, de præſcript.capi.fina.&
18 not.in regula, poſſeſſor.de regul.iuris.libro ſexto. ¶ † Sextum caſum addunt in falſario literarum apoſtolicæ ſedis, de crim. fal. ad falſariorum. Sed non credo quod quo ad pęnam ciuilem in laico hic excludat forus ſecularis, ff.de fal. & C. de fal. per totum. Ad hoc de cri.fal.ad falſariorum. eodem titulo, ad audientiam.19.diſtinctio.in memoria.& quod not.de purga.
19 ca.nos inter.& hoc tenet Goff. & Ioannes Andreas. ¶ † Septimus caſus in crimine hæreſis. Ioan.Andr. dicit id mere eccleſiaſticum, quia hic textus exprimit, de hæreti. vt inquiſitionis. §.prohibemus. Et hoc tenet Ioan. And. de foro competenti. cum C.laicus.libro ſexto, & eſt expreſſum in dicto §.prohibemus.quia forus ſecularis quo ad actum cognoſcendi excluditur, non quo ad actum exequendi ad requiſitionem eccleſiæ: puto tamen ſecularem poſſe nouas pœnas addere laico, & illas imponere. Sed declaratio hæreſis competit ſoli iudici eccleſiaſtico, & propter hoc periculum reſeruatum eſt, & tranſlatum in merum eccleſiaſticum: & vt ibi dicit glo. de hoc nō cognoſcet nec principaliter, nec incidenter, ſicut nec in ma-
20 trimonio, vt infra de ordi.cognitio. per tuas. ¶ † Octauus eſt crimen concubinatus: hoc crimen non eſt damnatum a lege ciuili: pœna ergo concubinatus, & talis delicti ſpectat ad eccleſiam. Et breuiter dicit hic Gofre. quòd de criminibus mere eccleſiaſticis cognoſcit ſola eccleſia. Et dicit illa crimina mere eccleſiaſtica, quæ non ſunt delicta ſecundum leges, vt in concubinatu, & in crimine vſurarum. Sed de hoc dicit, ſcilicet de crimine vſurarum, vt dixi ſupra. & idem Hoſtien. eodem titulo.in ſumma, §.j.verſicn.ſed opponitur. In alijs criminibus, quæ ſunt crimina ſecundum vtrunque ius, & ab vtroque iure punita reperiuntur: dic, quòd mixta ſunt, & de eis poteſt agi in vtroque foro. Et ſpeciale eſt in crimine ſacrilegij, in quo eſt optio cauſæ, ſecundum Gofre. Sed ſua regula non eſt bona, quia multa ſunt crimina in vtroque, quæ certo reſpectu habēt iudicem mere eccleſiaſticum, de illa ſola cognoſcit eccleſia. Quia de concubinatu maximè cum clerico ſola cognoſcit eccleſia, determinat Freder.ſuo conſilio 162. quia hoc crimen videtur inductum a ſolo canone, 32.q. 4. nemo. in gloſ.ſic infra.& quia propter illicitum coitum cum presbytero facta eſt de foro eccleſiæ, 80.diſtinctio.quidam.32.diſtinctio.eos.in gloſ.2.in fin.Ioan.And.in regula, ſine culpa. de regu.iuris. libro ſexto. ad ſi.ſolutionis quæſtionis dicit Hoſtien. dicere concubinatum etiam a lege ciuili damnatum. Adducit in Authent.de leno.colla.2.& leuitas nulli, &c.collet.6. Et quia leges caſtitatis ſunt amatrices, quibus modis natu.effic. legi.§.illud. Et quia circa peccata corrigenda lex ſequitur canonem, in Authen.quomodo oportet epiſco.& de eccle.titu. & in Auth. vt cle.apud propri.epi.§.ſi vero. Et hoc ponit Hoſtien. qui fil.ſint legit. lator. Per quæ videtur idem dicendum quod in crimine vſurarum. Et hoc credo quod arguit manifeſtum peccatū, & in hoc cedit lex canoni, de præſcri.c.fi.Procedit etiam quod dixi ſ. in iuramento. De hac materia vide in Spe.de compe.iud.adi.§.j.in prin. & ibi de quibus eccleſiaſtica perſona conueniatur coram ſeculari: ibi caſus enumerantur, & 96.diſtin.c.pen.24.q.3.adminiſtratores. & vide glo. quæ ſic declarari debet, j.de purga.cano.nos inter.in glo.quæ concludit epiſcopum regulariter contra laicum non inquirere de crimine, nec infamato purgationem indicere, niſi in caſibus.& regula eſt vera, vt ibi dicit Hoſtien.quo ad pœnam cōtentioſam: quo ad pœnitentiam autem ſit regula in oppoſitum, quia de omnibus inquirit, vt ibi no.Gl. autem illa addit vnum caſum, vbi agitur de crimine inceſtus. Sed de hoc dic vt dixi ſupra de adulte. Fallit etiam, quando conſuetudo dictaret oppoſitum, vt d.cap.nouit.de iudi. & dixit hic glo.in fi.
21 ¶ † Quæro cum glo.an malefactores aliorum conueniantur coram eccleſiaſtico.Glo.dicit quòd vt ex dictis patet, exceptis caſibus, in quibus ſ. dixi, aliorum malefactores non conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, ſed competenti: niſi in negligentiam ſecularis, vt patet: quia ſi excluduntur a regula, actor ſequitur forum rei: malefactores eccleſiarum includuntur in regula, malefactores aliorum. Per quę dicunt quidam, ꝙ prædones, raptores, inuaſores aliorum locorum, non conueniuntur coram eccleſiaſtico. Et ſic intellexit Hoſtien. hanc gl.dicens de facto ſeruari contrarium: quia & a Papa, & a ſuis legatis contra omnes raptores indiſtincte literę impetrantur. Cui conſonat ſupra titu.j.nouit.de treuga, & pace.c.j.de rapt. per totum. Puto, quòd locorum piorum abſque dubio raptores, vel rerum eorum ablatores poſſint conueniri coram eccleſiaſtico iudice, licèt non ſint eccleſiæ, vt dixi notando in raptoribus etiam bonorum aliarum perſonarum. Hoſtiē. dicit idem de conſuetudine. Quod æquum puto de iure, quia iſti ſunt pacis turbatores: ideo contra eos audio eccleſiam, & Papam in certis locis, & ſolennitatibus promulgare ſententias. Quod no. quia contra iſtos raptores, qui per modum ſocietatum ſe congregant ad capiendos ruſticos, & ad redimendas ciuitates, quia tales poſſunt coram eccleſia conueniri, & hoc maxime, quia eorum delicta notoria ſunt, de quibus agitur coram eccleſia, vt no.de iudi.nouit.& quia per eos pax turbatur, & quies Chriſtianorum, pauperes multi opprimuntur, & aliæ miſerabiles perſonæ, quæ cauſæ ſpectant ad ęccleſiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicari, & terminari debent cauſæ clericorum ſecundum iura, non ſecundum laicorum conſuetudines.*

2 *Scholares clerici in loco non ſubmittuntur iuriſdictioni temporali loci, ſed eccleſiaſticæ tantum.*

*Forum quis ſortitur ratione loci, in quo degit, vel ratione contractus.*

3 *Conſuetudo laicorum ſimplex, quantuncunque indeterminatè loquatur, non ligat clericos in loco, etiam in patrimonialibus.*

4 *Cleri-*

4 *Clericorum cauſæ pecuniariæ in agendo,& defendendo, inquantum coram tribunali eccleſiæ venient,ſunt decidendæ ſecundum canones. 6.*
5 *Forum quis ſortitur ſola commoratione in loco, vt ibi poſſit conueniri, & gaudeat priuilegio loci ratione domicilij, & incolatus per decennium. numero 6.*
7 *Scholaris laicus poteſt coram ſeculari conueniri:nec priuilegio clerici gaudet, quando ad ſtudium accedit animo clericandi.*
8 *Iudex eccleſiaſticus poteſt clericorum cauſas decidere iure ciuili.*
9 *Habitator loci quando quis dicatur, vt ibi poſſit conueniri.*
*Forum ex quibus quis dicatur legitimè ſortiri.*
*Miles cęleſtis militię clericus dicitur,& gaudet militis priuilegio.*
10 *Vbi quis iuriſdictioni ſubmittitur, in cuius foro cauſa eſt agitanda, an indiſtinctè procedat in clerico agente contra laicum coram iudice ſeculari, vt cauſa veniat decidenda ſecundum ius ciuile.*
11 *Delegatus epiſcopus vt comitis vices gerat, ſi ſubdeleget cauſam ad ipſum ſpectantem ratione comitatus,& ſimpliciter dicit ſe epiſcopum, non autem vices comitis gerentem, valet commiſſio.*

## C A P. IX.

1 Vod clericis. ¶†Cauſæ clericorum ſecū-
dum iura, non ſecundum
laicorum conſuetudines terminantur. hoc dicit.
ſecundum Abb.Vel ſecundum gl. In loco tempo-
ralis iuriſdictionis eccleſiæ cauſæ clericorum ſunt
ſecundum ius canonicum terminādæ.hoc dicit.In prima de-
ciſa commiſſio,alias conqueſtio.In ſecunda, mandatum,ibi,
mandamus. Caſus, Conqueſti ſunt clerici ſcholares Pariſijs
commorantes,ꝙ quando conueniebantur, non recipiebātur
canones allegati,ſed conſuetudines terræ. In hoc Papa proui-
2 det eis,ſecundum Ioan.And.¶†Not.j. quòd clerici ſcholares
in loco non ſubmittuntur iuriſdictioni temporali loci, ſed ec-
cleſiaſticæ tantum:& ſic ratione loci,in quo degunt, ſortiun-
tur forum,& in quo contrahunt, ſecundum qualitatem per-
ſonæ:vt ſi ſunt clerici,eccleſiaſtico ſubmittuntur: ſi laici,ſecu
lari.& ſic auth. habita. inquantum dat iudicem laicum, non
habet locum in clericis.De quo per Hoſt. infra eodem, ſi dili-
genti.& in ſumma huius titu.§.j.verſic.ſed nunquid clericus.
3 ¶†Nota 2.ꝙ conſuetudo laicorum ſimplex, quantumcunq;
indeterminatè loquens, non ligat clericos in loco, etiam in
patrimonialibus, quatenus tamen eſt tractanda in tribunali
eccleſiæ,quicquid ſentiat Bar.in l.cunctos populos.C. de ſum
4 ma trini.& fide catholica.¶†No.3.ꝙ cauſæ clericorum agen
do, & defendendo, inquantum coram tribunali eccleſiæ ve-
nient decidendæ,ſubmittuntur deciſioni canonum,& non le
gum, aut conſuetudinis ſecularis. & hæc vera etiam inquan-
5 tum clericus agat de patrimonialibus.¶†No. ꝙ ex ſola com-
moratione in loco,quis in loco videtur forū ſortiri, vt ibi poſ-
ſit conueniri.Et notant Doct.ꝙ commorantes in loco ſtudij,
ex ſolo commorari gaudent priuilegijs ſtudij. Per quod vide-
tur,ꝙ etiam non ſtudentes gaudeant:de quo in conſti. Greg.
ſuper ſalu.in verbo,commorantibus,& conſti.Cle.& j.de cle.
6 non reſi.tuæ.¶†Opp.ꝙ non indiſtinctè cauſæ clericorum ter-
minentur iure canonico, imo quandoque conſuetudinario,
vt ſ.eo.verum.de iud.cæterum.Sol.hoc in cauſis pecuniarijs,
illud in realibus, & feudalibus, quæ terminantur ſecundum
conſuetudines terræ, & curiæ Regis,id eſt domini infeudātis,
cuius eſt cognitio,ſ.eo.ex tranſmiſſa.ar. de eo qui mit. in poſ.
cum veniſſent.Idem videtur,ſi de temporali hæreditate aga-
tur,qui fil.ſint legi.lator.& c.cauſam quæ.vbi de hoc Hoſt.Sic
ergo ſentit hic aperte Hoſti. ꝙ inquantum clericus litigat de
temporali hæreditate,iudicetur ſecundum metas, & conſue-
tudines fori ciuilis. Quod procedere poſſet inquātum litiget
7 coram ſeculari.quod latius examinabitur j.†Opp.ꝙ ſcholaris
poſſet coram iudice ſeculari conueniri,& ſecūdum leges cāæ
ſuæ determinentur,vt patet in authen.habita.C.ne fil.pro pa.
Sol.Decre.loquitur de clericis.In laicis procedit contrarium:
non enim intendit Papa in perſona, vel in rebus ius Regum
vſurpare,ſ.ti.j.nouit.de elec.venerabilem.in princ. Vel poteſt
decre.etiam loqui de ſcholaribus non clericis, qui accedunt
ad ſtudium animo clericandi,qui ſunt clerici ſaltem ſpe. Sed
8 dicit Hoſt.ꝙ primum iuſtius eſt,ſaluo quod dicetur j.¶†Opp.
ꝙ coram eccleſiaſtico iudicetur iure ciuili,de no.oper.nun.c.
j.Sol. Iure canonico iudicatur vt hic, & ciuili a canonico non
improbato,vt ibi,10.diſtin.c.j.& c.ſi in adiutorium.de quo de
9 ſolu.c.fi.& ſ.tit.j.nouit.& d.c.ſi in adiutorium.¶†Opp.3.ꝙ ex
ſolo commorari in loco quis non ſortiatur forum, quia non
numeratur inter modos ſortiendi forum,vt l.hæres abſens.ad
fi.ff.de iudi.& j.ca.fin.Sol.Exponunt quidam commorantes,
ideſt cauſa moræ venientes.& concludunt ibi exiſtentes cau-
ſa ſtudij:& ibi venientes cauſa morę,quāmuis ſtatim recedāt,
ibi cauſa moræ domicilium ſortiantur.Nam & miles ibi vide
tur habere domicilium,vbi inhæret,ff.ad munic.l.municeps.

§.miles.& clericus cœleſtis militiæ eſt,ſiue Chriſti, 11. quæſt. j.Deciſionis.de ſer.non ord.eo libētius.Hoſt.dicit, ꝙ ſola mora, vel tranſlatione cauſa ſtudendi, non ſortitur quis domicilium,ff.de iniur.l.lex Cornelia.§.domus. Item ſola domus nō creat domicilium,ff.ad municip.l.libertus.§.ſola.nec ſola mora,de incol.l.3.& 4.niſi per moram 10.annorum, C. de incol. l.2.li.10.Idem dicit ſ.in conſtitutione Greg.& in Summa, eo. titu.§.quibus ex cauſis.verſi.item ratione.Per quæ concludit, quod ex tali mora ratione ſtudij non ſortitur forum. Sed an ibi poſſit conueniri:dicit quod non,quia niſi aliud accedat, p quod ſortiatur forum,vel ad eos extendatur iuriſdictio, vnde poterit conueniri: ſi iuriſdictio prorogetur per viam prorogationis,& exigitur tunc authoritas ſui iudicis, & conſentiat in perſonam eccleſiaſticam ordinariam iuriſdictionem habentem,j.eodem ſignificaſti.& de renun.admonet.ad inſtar Poteſtatis ordinandi,de offi.ord.ſignificaſti.de renun.admonet.de temp.ord.quod tranſlationem. de qua arguitur ad iuriſdictionis poteſtatem,de paroch.nullus.11.q.j.c.i.& 2.& per totum. Item poterit ibi conueniri ratione contractus, uel quaſi, quæ ibi fecerunt, vel commiſerunt. Et hoc caſu etiam abſque authoritatē ſui iudicis,quia in hoc nō exigitur,j.eodem, dilecti. Et hoc probat lex huius gl.in l.hæres abſens.ad fi.ff.de iudi. & contraxiſſe cenſetur ibi, ſi promiſit ſe ſoluturum Pariſijs certam ſummam pecunię:quia ibi cogitur, etiam quantumcunque eſſet extraneus, reſpondere,ff.de actio.& obliga l. contraxiſſe.ff.de ſolu.l.quoties.ff.de bo.autho.iudi.poſſ.l.2.j.eo.dilecti.de offi.deleg.P.& G.Et ſic largo modo accipitur cōtractus, ff.de iudi.l.omnes.ſecūdum Hoſtien.Et ſic debet intelligi hęc decre.Et per hoc ſolutum eſt contrarium. Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ hic commorari oportet:ad quid exigitur mora, ex quo ſubmittitur ex altero accidenti? Reſpondit ꝙ ratione contractus,vel quaſi,ſubmittitur demum quando eſt ibi commorās & non viator,& tranſitorius: vt d.l.hæres abſens.§.fin.ff.de iudic.niſi forſan ad hoc veniret,& inueniretur ibidem,ff.de iud. l.hæres abſens.Et no.in c.Romana.§.contrahentes. libro ſexto,de foro competē. Ratione vero delicti bene ibi indiſtinctè conueniuntur etiam non commorantes,de rap.in cap.j.& in proę.Digeſtorum,§.pen.& excommunicantur, de ſenten. excommu.a nobis.Et ſic dicit intelligendam authen. habita.C. ne fi.pro pa.ibi,in omni negotio. etiam ſcilicet quādo ibi poterat conueniri ex contractu vel quaſi,argum.ff.de vſu pal.cape.de conſe.di.j.omni tempore.ideſt in omni anno,vel in omni negotio iure reconuentionis,de mu.peti.c.j.& 2.ff. de iudi. l.2.§.ſed ſi agant. Per quod concludit, quòd de contractibus alibi,& in partibus ſuis initis, non poterunt conueniri, ſi volunt,3.q.vj.pulſatus.vnde cogi non poſſunt inuiti, maxime cū in partibus ſe defendere cogantur: & ſi procuratorem non dimiſerunt,imputatur eis,ff.ex quibus cauſis maio.l. ergo. & ff. ex qui.cau.in poſſe.ea.l.hæc autem.De quo de offi.deleg.conſultationibus.de dolo,& contuma.cauſam. Iniquum autem eſſet,quod duobus locis ſe defendere cogantur, de reſcrip.ca. fi.& eodem titulo,diſpēdia.libro ſexto. de ſequeſt. poſſ.& fru. c.j.de iudic.nouit.ſecundum Hoſtien.Plura dicit Hoſtien. Primo,quòd ex voluntate deliberata commorandi in loco, licet ibi momento habitauerit,ſortitur domicilium. Hoc ſatis puto,ſi ibi larem transfert,& conſtet de voluntate.Dicit ſecūdo, quòd ex commorari quis non ſortiatur forum: hoc non eſt verum,vt not.Inno.infra eodem,ex parte B.& dicam infra eo. c.fina.Dicit Bartol.in l.2.C.vbi de cri. agi opor. Sic intelligit l. 2.alias fi.C.vbi ſena.vel cla.vt ex ſolo aſſiduo commorari ſortiatur forum,vt etiam de antiquis,& alibi geſtis ibi poſſit conueniri.Et hoc ſequitur Ioan.And.in addi.Specu.in ti.de compet.iudi.adi.§.j.verſi.5.ratione contractus. vbi dicit quem vbi moram traxit, conueniri poſſe, quaſi ibi domicilium ſortiatur, adeo quòd de contractibus, in quibus alibi deſtinata eſt ſolutio,ibidem conueniri poteſt.quod eſt notabile. Secundo dicit, quòd ſortitur domicilium ſcholaris ex cohabitatione decennij. Hoc dicit etiam Hoſtien. in conſtitut. Grego.& ext. vide in l.ſecunda,C.de iuriſdictio.omnium iudicum.& in l.ſecunda.C.vbi de cri.agi opor.Pet.& Cy.contra vtrobique, Dy. idem etiam ſi per mille annos ibi moraretur,per l.quæſitum. de lega.3.quia non eſt ibi animo morandi,ſed alibi transeundi. Et hoc ponit in l.lex Cornel.§.domus.ff. de iniur. dicit Barto.ibi, & facit gloſſ.C.de incol.l. ſecunda,libro 10.& etiam ibi ponit,& hoc ſequor,quod in ſcholari, & alio, ſi conſtat quod ibi habitat animo ad domum redeundi, nō ſortitur ibi domicilium,vt dixit Dy.Si conſtat quod animo ibi locandi ſedem, & ſtatim conſtituit domicilium,vt in l.domicilium.ff.ad municipa.ſi eſt dubium,eo quod in loco ſtudij habitat decennio, ibi videtur locaſſe ſedem,& elegiſſe domicilium: & communiter ibi ſortitur domicilium,vt dicta l. ſecunda, cum glo. C. de incol.libro decimo.& tenet Spec.in titulo de reo.§.primo, verſic.porro. in titulo de compet.iudic.adi.§. primo, verſicu. 66.ratione curſus.vbi dicit Ioānes Andreas, quod multi ſcho-

lares efficiuntur ciues Bononię, qui inaniter longo tempore conſumunt dies ſuos. Et fuit dictum Gof. Credo dictum Cyn. in ſcholari procedere, etiam in caſu dubij: quia ſcholaris eo ꝙ eſt in ſcholis tanquam ſcholaris, videtur ibi eſſe cauſa vſus temporalis, niſi aliter locet ſedem. Et ad hoc tex. in l.2.C.de in col.quæ exigit locatam ſedem, niſi gl.deſtructur. Tertio ſentit & in hoc bene: quia ratione contractus quis non ſortitur forum, niſi aliquandiu habitauerit, vel habuerit pergulā, vt no. in l.hæres abſens.§.fin.& dicam ī.c.fin. Secus dicit in delicto: de quo per Gof.hic in Summa, & Specu.in titu. de compe.iudic.adi.§.j.in prin. Inquantum dixi ſcholarem ſortiri forum ratione delicti, dicit Ioan.de Ligna.hoc verum quo ad forum contentioſum. In pœnitentiali vero ex delicto quis non ſortitur forum, ſecundum Ioan.16.quæſt.j.cap.j.& not.de rapt.c.j. Et eſt cauſa, quia ratione contentioſi ſubijcitur, quia offendit iudicem, & bonum publicum: ideo pœna contentioſa, quæ propter hunc finem imponitur, punitur: ſed penitentialis imponitur propter offenſam Dei, & animæ propriæ: igitur illi ſoli ſubijcitur, quem habet pro ſe iudicem loco ſui, & qui eſt iudex ſuæ animæ. Item quia iura parochialia non concernunt principaliter locum, ſed perſonas propter locum: ſecus in iuriſdictione contentioſa. Ad primum de parochi.ſuper eo. Ad ſecundum, l.ſi pupillus.§.territorium.ff. de verborum ſignifi. ſecundum Ioan.de Ligna. Hanc rationem damnat Lapus de Caſti.in cap.j.de rap. quia pœnitentia aliquando iniungitur peccatori manifeſta, de pœni.cap.j.& fi.& ad exemplum aliorum foret imponenda in loco delicti. Sed ratio eſt bona, quia principalis cauſa eſt purgatio animæ. Item dicit quidā, quod ratio eſt, ne contingat per partes confiteri: nam de alibi commiſſis non poteſt alibi confiteri. Per partes ergo confiteretur, qđ non eſt dicendum. Iſta ratio non procedit in alibi ex toto confeſſo, qui venit ad delinquendum hic. Aſſignat Lapus rationem, quia intereſt ſui iudicis, vt vultū ſui peccatoris agnoſcat, Prouerbiorum, 22.& not.de pœni.omnis.& per ca.ſi epi-
10 ſcopus, libro ſexto.in gloſſ.ſic enim.¶†Opp.v.quòd ſcholares non iudicentur ex conſtitutionibus canonum: nam ſi laicus conuenit laicum ſcholarem, vel clericus laicum, agendum eſt coram iudice ſeculari, ſ.eo.cum ſit. Iudicabitur ergo lege ſeculari, & nō eccleſiaſtica: quia quis ſubmittitur legi, in cuius foro eſt agitanda cauſa, vt not.in l.j.C. de ſumma trini.& ſ.de conſue.ſuper rubrica.C.de eman.lib.l.j.Gl.dicit hic, quòd quãque ſcholaris habet iudicem eccleſiaſticum, & agendo, & defendendo, & cauſa tractanda eſt ſecundum metas iuris canonici, vt hic: nam epiſcopus Pariſien. habet temporalem iuriſdictionem in loco, & de cauſis cognoſcit quibuſcunque inter clericum & laicum: nam ibi gerit vices comitis, & bannum nomine epiſcopi & regis nuntiatur, quo caſu tractantur cauſæ ſecundum ius canonicum. Vbi autem conueniretur corā iudice ſeculari, cauſæ tractabuntur ſecundum ius ciuile, vel municipale loci, in quo cauſa agitatur. Sed vbi inter clericos agitur, vel clericus agit contra alium coram eccleſiaſtico, uel ibi conuenitur: dicit gl.cauſam tractandam ſecundum canones, & non ſecundum conſuetudines locorum, vt hic. Plura notabiliter dicit gloſſ. Primum, quod vbi cauſa agitatur corā eccleſia in loco temporalis iuriſdictionis eccleſiæ, cognoſcit, & terminat ſecundum ius canonicum, & non ſecundum leges, vel cōſuetudines laicorum. Quo ad leges hoc eſt verum: Ad quod ī.de app.ſi duobus.& ī.c. licet.ad hoc quod not.glo. & Innoc.& Ioan.And.de teſta.relatum.& c.cum eſſet. Quod puto verum in præparatorijs, & deciſorijs: ſed quo ad conſuetudines, & ſtatuta particularia ciuitatis magis poteſt dubitari. Et ex hac opi. ſequeretur abſurdum, quòd in terris, & ciuitatibus, quæ ſunt eccleſiæ ſubiectæ, ſtatuta contra iura canonica forent inania, niſi forent ab eccleſia ſpecifice approbata, & ſic l.omnes populi ff.de iuſtitia, & iure.non habet locum in terris eccleſiæ. Puto igitur, quod ſi ſtatuta forent ab eccleſia confirmata, ſecundum ipſa foret abſque dubio iudicandum. Cautum eſt ergo, quòd in terris eccleſiæ ab eccleſia approbetur, maxime quando nouiter ciuitas ſubmittitur, vel ad eccleſiam reuertitur: ſi non ſunt approbata, ſi certum genus perſonarum ciuitatis, vt ſcholares ſubmittantur iudici eccleſiaſtico tantum, adhuc ſecundum canones iudicabitur, & non ſecundum ſtatuta: Poteſt ſic intelligi hic. Si ſubijcitur iudici eccleſiaſtico, & ſeculari, vt fit de ſcholari laico, per authenti.habita, quia & eccleſiaſtico & laico ſubijcitur, ſecundum electionem eius, eſſet tunc dubium an iudicaretur ſecūdum canones, an ſecundum leges: hic enim eſt miſti fori, & laici & ſecularis, quamquam poſſit eligi eccleſiaſticus. Et ſatis puto, ꝙ in præparatoriis iudicabitur ſecundum canones, ꝑ ea, quæ ī. dicam: & in deciſoriis miſtim ſecundum vtrunque ius: quia hic accidentaliter ſubmittitur per actum electionis, & naturaliter eſt ſub laici poteſtate: ergo &c. ff. de tute.l. qui habet.ff.de adop.l.fina.ff.de libe.& poſthu.l.filio. vnde contrariante canone legi, in deciſoriis iudicabitur ſecundum leges.

Vbi autem tota ciuitas ſubmittitur iuriſdictioni eccleſiæ, quā quam durum videatur, quòd ſtatuta, & conſuetudines laicorum abſque authoritate eccleſiæ, inquantum ſint contra canones, vanæ eſſent: & iudicabitur etiam laicus in deciſoriis, & præparatoriis ſecundum canones, vt hic apertè dicit gl. Secūdo habetur hic regula, ꝙ hæc a pari iudicantur, vt cui iudici ſubmittitur quo ad actum iuriſdictionalem, illi ſubmittitur quo ad legem iudicandi: vt ſic forum ſortiri, & ſtatutis, & legibus ſubijci a pari iudicetur Et hāc doctrinam & regulam tradidit Ioan.8.diſtin.illud.in verbo, peregrini.& 12.diſtin. illud. in verbo, more. & Calde. in loco infra allegando. Ad hoc doctrina Docto.in l.j.C.de ſumma trini.& fide cathol.in l.j.ff.de vſuris.& l.j.C.de emanci.lib.l. prima.ff. communia prædio.l. venditor.§.ſi conſtat.ff.de euictio.l.ſi fundus.ff. de regulis iur. l.ſemper in ſtipulationibus.Innocen.& Compo.de conſuetudi.ſuper rubrica. Tertio dicit, quòd vbi clericus cognoſcit vice laici, tractat cauſam ſecundum ius canonicum, & non ſecundum ius ciuile. Ad hoc infra de rapto. in Archiepiſcopatu. Quod credo, quando propriū eſt tribunal clerici. Si enim cognoſceret vt vicarius laici, iudicaret ſecundum leges, vt puto, argum.en.de reſcript.ſuper literis. Quarto, quod miſſio bāni eſt ſignum iuriſdictionis, & eſt verum, dicit Innocē.de.cap. mo.cum dilecti. imo dicit quod eſt ſignum magis vniuerſale ad totam ciuitatem, quam alia, quādo vniuerſaliter mittitur quo ad omnes. Vnde ex hoc concluditur iuriſdictio, eo quòd ſubditi bannum mitti patiuntur, dato quòd nullus incurrit bannum, vt notabiliter ibi dicit. Quinto, quòd vbi agit clericus contra laicum, coram iudice ſeculari cauſa tractanda eſt ſecundum ius ciuile, & cōſuetudines & ſtatuta laicorum. Per quod dicit Ioannes Andr.quòd aduocati ciuilis fori allegant multum hanc gloſſ. ad probandum cauſas, quas mouerint clerici contra laicos in foro ciuili non ſolum ſecūdum leges, ſed etiam ſecundum ſtatuta, vel conſuetudines ipſius fori tractandas. Per quod dicit Hoſtien.quòd ſi clericus petat hæreditatem coram iudice laico, quod hæc cauſa debet decidi ſecūdum ius ciuile, & ſtatuta fori ciuilis: quia ex quo illius fori eſt iuriſdictio, etiam illius fori eſt actus ſtatuendi. Idem dicit in feudalibus, ſupra eodem, ex tranſmiſſa.ad hoc infra, de eo, qui mit.in poſ.cap.3.infra, qui filij ſint legi. lator. & capitulo, cauſam quæ.ſecundum Hoſtien. De hac materia tangitur de conſtitu.capitulo primo.& c. quæ in eccleſiarum. per Ioann. Andr.in addi.Specu.de conſtitu.in regula, ſine culpa.de regu. iuris libro ſexto. per Hoſtien.in ſmma, de teſt.§.qualiter conſtituatur.verſicu.verum.per Cyn.in l.j.C.quæ ſit lon.conſuet. in 2.quæſtio.& ſi.de epiſco.& clericis, cum clericis. dixi de cōſue.ſuper rubrica, & Ioannes Cald.diſputauit in quæſtio.quæ incipit, Statuto cauetur.& per me in queſtio.quę incipit, Quidam Florentinus. Circa quod examinandum premitto vnam regulam Docto.quòd in obſeruantia conſuetudinum, & ſtatutorum quo ad ordinatoria iudicij attenditur locus, vbi iudicium exercetur: in deciſorijs attenditur locus contractus, vel quaſi delicti, vel materiæ, ex qua actio producitur, ſi agitur ꝑſonali, ff.de euic.l.ſi fundus.ff.de vſuris.l.prima.in reali locum rei ſitæ, C.de edi.priua.an in totum.ff.de tuto. & curato.da.ab his.l.pupillo.C.de prędi.priua.l.fina.libro 11.l.venditor.§.ſi ꝯſtat.ff. communia prædi.de quo 12.diſtinc. illud. per gloſ. per Cyn.l.j.C.quæ ſit lon.conſue.per Barto.But.& Cyn.in l.j.C.de ſumma trinita.& fide cathol.& in l.j.C.de eman.liber. per Innocen.& Compo.ſuper rubrica de conſuetu. Aliquid per Innocen.& Hoſtien.de ferijs.capitu.fina.per Gul. in Specu.de ferijs.§.primo.verſicu.ſed pone.de inſtru.edit.§. compendioſe. verſicu.quid ſi.de conſuetudine, & de ſenten.§.qualiter autē. verſicu. debet etiam formari. Ex qua regula aliam ponit Calde.in præallega.diſputatione, quod ſubijci legibus, & ſtatutis vt plurimum regulatur a natura forum ſortiri, vt vbi forum ſortitur vel ratione contractus, vel delicti vel quaſi, vel ratione qualitatis perſonæ, contra quam agitur, ſubijcitur legibus fori illius, & ſecundum leges eius iudicatur. Et hanc regulam ſequitur Specu.de conſtit.§.j.verſi.& nota. allega.ſ.eo.c. cum ſit. dummodo leges aliàs non ſint rigoroſæ, quod ſine tempeſtio cauſæ diſcrepent ratione naturali: quo caſu etiam in foro ſeculari agente clerico, tali legi non ſubijcitur: vt ſi diſponat ſtatutū, quòd in præiudicialibus ſtetur dicto vnius, vel quod non credatur duobus teſtibus, cauſa non ſubſiſtente. Et fuit hæc theorica Ioan.8.diſtinct. quæ contra.in verbo, peregrini. & 12.diſtin.illud.in verbo, more. ad quod optime ſupra de cōſtitutio.eccleſia ſanctæ Mariæ. Quicquid enim ſeruet iudiciū ſeculare, ſi ſtatutum eſt irrationabile, non ligat eccleſiam, et inquantum agitur coram iudice ſeculari, vt ibi, & capitulo, eccleſia.vt lite pendente.& ſentit hic gloſſa, vt dixi ſupra, quæ infert, quòd quo ad ſolennitatem a lege requiſitam in teſtamentis, quia cauſa ſubeſt, ſi plures duobus teſtibus exigantur in foro ciuili, iudicabitur clericus agens in foro ſeculari ſecundum ſtatuta laicorum, ſi perſonæ litigantes ſunt

eiuſdem

eiuſdem fori in genere caſus decidibilis ex theorica prima: ſed vbi perſonę ſunt diuerſæ,& miſti fori, vt clericus & laicus, ibi maior occurrit dubitatio, vt dicit Ioannes Andreas in addi.ſuper tit.de conſti.ideo ſi litigantes laici ſunt, deciditur ex præmiſſis: ſi clerici ſunt, idem. quia tunc non diuerſificatur forus in genere,ſed diuerſificatur ſolum ratione loci. Vbi autem laicus cum clerico,vel etiam forus laicalis cũ eccleſiaſtico vnitur,tunc difficultates oriuntur non decidibiles ex theorica prædicta.¶Concludo,quæ mihi uidentur ex dictis aliorũ colligenda.Si agitur cauſa contra clericum coram iudice eccleſiaſtico, vel agit clericus contra laicu coram iudice eccleſiaſtico,vbi agere poteſt,cã debet iure canonico terminari,vt eſt caſus hic.Ad hoc quod notatur de conſtitu.c.j. & c.eccleſia.de appel.ſi duobus.fateor, ꝙ multi ſentiunt in hoc contrarium: hoc verum,ſiue cauſa coram eo agitur natura cauſæ, ſiue quia vnicus eſt forus, quia locus eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, vt dixi s̄.& eſt hic tex.cum gl.& de app.ſi duobus,& j̄.eod.licet,etiam ſi conſuetudine deſeretur,vt hic:hoc verũ,quando cã tractatur coram iudice eccleſiaſtico ex natura regularis fori:ſecus ſi eſſet accidentalis ſurgens ex prorogationis actu,aut legis,vt reconuentionis. Alia etiam hominis, quia tunc debet iudicari quo ad deciſoria ſecundum naturã fori naturalis conuenti, vel reconuenti: quo ad ordinatoria, vel remedia procedendi locus, vbi cauſa agitur: & ſic laicus coram iudice eccleſiaſtico reconuentus,vel qui iuriſdictionẽ prorogauit, ſententiaretur ſecundum leges & ſtatuta ſua, & non ſm canones:quia naturalis cã abſorbet accidentalem,ff. de tutelis.l.qui habet.C.de adoptio.l.cum adoptionis.ff.de liber.& poſth.l.filio.Et hoc tenet Spec.in tit.de conſti.§.j.verſi. & nota.vbi dicit actorem ſequi forum rei in cauſa reconuentionis.Quod credo,vt dixi, quo ad deciſoria, ſed non quo ad modum tractandi,vel procedendi in cauſa.Per quæ dicit Archid.ij.quæſtione vj.non ita. quod ſi cauſa clerici in reconuẽtione tractetur coram ſeculari,non poterit appellari ante ſententiam,,niſi vbi ius ciuile permittit.quod eſt notabile.Et idẽ dicit de laico reconuẽto coram eccleſiaſtico,quod poterit appellare quandocunq; ante ſententiam.Et dicit,ꝙ primo caſu appellabitur ad iudicem ſecularem per clericum, & ſecundo ad eccleſiaſticum per laicum.Ad quod j̄.eo.licet.quod eſt notabile. Quandoq; agitur cauſa clerici coram indice ſeculari, & caſus eſt dubius,etiam ſi agitur de obſeruatione iuris. Circa ordinatoria iudicij,vel præparatoria,vel inſtantiam iudicij attenditur locns iudicij,per prædicta:& ſic communiter intelligitur hic gl.per aduocatos: & no.Io.And.in additio.Specu. in titu.de conſti.ſi tamen ius ſit rationabile, vt in dicta diſputatione dicit Cald.Et ideo dicit ibi Cald.ꝙ cauſa tunc reſpicit peremptorium inſtantiæ,ſicut cauſa ciuilis.Alleg.glo.de iud. cle.diſpendioſam,vbi dicit,ꝙ ſi cauſa vſurarum tractetur coram iudice ſeculari,non tractabitur de plano,& ſine ſtrepitu, & figura iudicij,ſed ordine iuris obſeruato.Ad hoc l.cum clericis. ſuper l.omnis.C.de epiſ.& cler.& ibi Cyn. Ad hoc quod no.Archid.ij.q.vj.non ita.vbi quo ad appellationem ante ſententiam dicit, quod ex quo agitur in foro ſeculari,ſeruabitur ius ciuile,vt non admittantur appellationes,niſi prout admittunt leges:quod eſt notabile propter ſtatuta guarentigię,quæ in inſtrumentis confeſſionatis tollunt facultatem appellãdi, vbi ſtatuta rationabilia ſint: qa ſi cauſa clerici agitabatur coram iudice ſeculari,non poterit appellari,quia & tunc appellandus eſt iudex ſecularis, vt dicit Archidi.ij.quæſt.vj.non ita. quamquam & putẽ illo caſu,ſaltem in cauſa eccleſię, & poſſe ratione iniuſtitiæ immediate haberi recurſum ad eccleſiaſticum,per tex.de iudi.c.fina.& dicam infra eodem, licet.quo caſu attenderem tribunal iudicis ad quem,argumen.de iureiuran.venientes. & infra capitu.licet. Ad hoc quod not. infra de iura. calum.c.j. vbi not. quod clericus inquantum litigat coram ſeculari, iurat de calumnia,ſi quæritur de iuribus concernentibus deciſoria, & ſi eſt cauſa feudalis,determinabitur ſecundum conſuetudines feudi,ſupra tit.j.cæterum. & ſupra eodem,ex tranſmiſſa,& c.verum.& not. Hoſtien.hic,vt dixi s̄. & hoc,quia leges illæ ſunt a canonibus approbatæ quo ad illam materiam, vt in iuribus prædictis: & quia eccleſiaſticus in feudũ recipiẽdo a laico ſic ſe ſubijcit, & ſubijcere pōt foro laici,& legibus ſuis.ad hoc quod not.Ioan. And.in addi.Spec, in tit.de conſtit.in addi.quę incipit,hæc quæſtio,ſuper uerbo, & nota,in iij.ratione.Quandoque agitur alia re,& ſi res eſt eccleſiaſtica, etiam inquantum tractatur in foro ſeculari,tractãda eſt ſecundum ius canonicum:dicunt Doct.de conſtitu.c.j, & ibi eſt caſus ſecundum vnum intellectũ: & eſt caſus in authen.clericus.& ibi Cyn.C.de epiſc,& clericis.ſuper l.omnes, quod puto inquantum diſputatur de re iam in eccleſia incorporata. Inquantum autem peteretur res nondum eccleſiaſtica actione perſonali,vt quia peteretur per legatum, vel hæreditatem,magis eſſet dubium.Adhuc puto,inquantum ſtatutum diſcreparet a lege communi, & naturali,ꝙ in talibus, vt ad pias cauſas diſpoſitis, iudicanda eſſet eccleſia ſecũdum ius canonicum, vt eſt caſus de teſta. cum eſſes. & c.relatum. Per quę puto,quòd ſtatuta loquentia de inſinuationibus alias relicta annullat, vel quę volunt teſtamenta debere poni ad cataſtrum, alias illa annullat, vel quę requirunt in teſtamentis ſolennitates poſitiuas, vel contractus, quod talibus legibus, vel ſtatutis eccleſia non eſſet iudicanda quo ad res, quas petit,ſed ſecundum canonicam determinationem. Ad quod de conſtitu.eccleſia.xcvj.diſtin.bene quidem.de reb.eccle.non alie.c.fi.& quod no.de no.ope.nun.c.j.poſt Hoſtiẽ. & hic quicquid ſentiat Bart. in l.cunctos populos.C. de ſumma trin.quia non bene dicit,niſi ſic reſtringatur: non enim video eccleſiæ debere relinqui, quoniam dicatur relictum in piam cauſam in contractibus, quia pro anima,de teſtamen.requiſiſti. Idem in contractu inquantum poteſt cadere in piam cauſam.In cõtractibus autem cum eccleſia, in quibus nulla eſſet liberalitas ex parte laici,qui hoc facere diceretur ob animam & in piam cauſam,idem quod dicam in caſu ſequenti. Vnde ſi donatio fieret eccleſiæ, iudicaretur ſecundũ canones, vt in l.illud.C.de ſacroſanct.eccle. In alijs contractibus, vt vendicatione,& ſimilibus,non iudicaretur,niſi prout j̄.diſtinguam in proximo ſequenti caſu. Quandoque agitur de re clerici patrimoniali,vel obligatione eius:& tũc ſi obligatio,vel ius agẽdi ſurgit a facto clerici,vel quaſi facto cum eo,vt ex contractu vel quaſi; dic quod ſi lex ſpecifice loquitur de clerico, non ligat clericum: quia ſtatutum diſponens ſpecifice in clericum, formaliter diſponit in perſonam non ſubiectam,& ſic nõ ualet,vt dicit Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide cathol.& Io And.in dicta addi.in octaua ratione. Et ſic poteſt intelligi Io.de Ligna.hic,inquantum dicit, ſtatutum reſtringens perſonam clerici non valere:talis enim lex non ligat clericum,etiam ſi eſſet lex priuilegiata,vt infra dicam. Si lex ſpecialiter non loquitur de clerico, ſed generaliter diſponit ſup contractibus,delictis,vel quaſi contractibus, vel alijs actibus, vel ſuper litibus ordinandis,vel decidendis:& tunc dicit Bart. in d.l.j.C.de ſumma trini.ꝙ ſiue agatur contra clericum in foro ciuili, ſiue in foro canonice, talis lex generalis ſi non nutriat peccatum,nec diſponat ſpecifice de clerico,nec deroget priuilegijs eccleſiaſticis,quia non diſponit circa illa,circa quę priuilegiata eſt eccleſia:de quibus de ſenten,excommu.nouerint.vel non ſit irrationabilis, ligat clericum, & ſecundum illam iudicandus eſt clericus.alle.de re iud.cum cauſa.de reſti. in integ. conſtitutus.de eo,qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.c.j.Per quæ videtur,quòd ſtatutum generale inquantum tollit libertatem eccleſiaſticam,ſimpliciter loquens,ſi poteſt,non debet trahi ad intellectũ,vt comprehendat clericos:vt ſunt ſtatuta, quod nullus non ſubiectus, nec alias clericus,vel electus,non faciens non poſſit aliquid acquirere,vel non ciuis, & ſimilia. Vel quę habẽt,quod nullus poſſit iuriſdictionem declinare: quia in generalibus uerbis non venit illicitum, & ab illis ſemper cenſetur exceptum, de condi. indebi.l.ſi procurator.l.iij. §.ſi procurator.ff.quod quiſque iur. de elect. ſi compromiſſarius.lib.vj.de iureiur.venientes.eo.lib.& c.veniens.& c. Quintauallis.eodem titu. Et hoc latiſſime diſputat, & tenet Ioan. And.in c.fi.de immun.eccle.lib.vj. & Lapus ſua conclu. xxxj. & xlj.Ad hoc quod not.Bar.ff.de conditio.inſti.l.ſi quis ita. & l.j.§.quæ onerandæ.ff.quarum re.actio. non da. & quod not. Ioan.Mo.s̄.c.vt animarum. de conſti.lib.vj.in verbo, ſtatuto, per Fredẽ.ſuo conſil.lxxvij.& lxxviij. & ſuo conſilio lxxvj.Et dicit Io.And.in dicto c.fi.quod poteſt eccleſia agere contra laicos, & compellere,quando ſtatuta ſic loquũtur in genere,ita quod quo ad verba comprehendunt clericos, vt ipſi declarẽt ſtatuta ad eccleſias non extendi.Et allegat de hære.ſtatutum. lib.vj. Per quæ dicit,quod ſtatuta vt inſtrumentum guarentigiæ habeat executionem paratam contra eccleſiam, & pro clerico in foro eccleſiaſtico & ſeculari habebit executionem pararam.Ad quod alleg.dictum Hoſtien. in ſumma, de conſue.§.de veritate.verſic.ſed pone. Dicit etiam, quòd ſtatuta, quæ volunt teſtamenta inſinuari,extẽdẽtur ad clericos teſtantes, inquantum non relinquunt in piam cauſam: quia tunc actum non habent ex priuilegio, ſed eis competit vt de iure communi,ſicut cuilibet alteri homini. Et hoc dicit verum,& ſeruari debere in quocunque foro cauſa agitetur.Et hoc dicit reiecta diſtinctione Hoſt.in Summa,de teſta.§. qualiter.verſi. an igitur,qui dicit ſtatuta ſeruari prout cauſa agitur coram ſeculari,non prout agitur coram eccleſiaſtico.Idẽ quod Hoſ. vt diſtinguatur,in quo foro agitur cauſa, vult Ioã.And.in addi.prędicta,qui quæſtionem format,& decidit inquantum cã agitetur in foro ciuili: & ad hoc tendunt rationes ſuæ,& maxime ratio viij. ex qua fuit extractum dictũ Bar. & hæc opinio mihi placet, vt diſtinguatur in quo agatur: quia contrahẽtes, vel actum agentes, vel quaſi contrahentes cum clerico, & clerici contrahentes cum laicis alijs, tacite videntur conſentire legibus fori,in quo cauſa agitãda eſt:& ꝯſentire poſſunt,

& ſtatutis

& ſtatutis ſubijciuntur ex diſpoſitione legis canonicæ,quæ foro clericum ſubmittit, & legibus ex conſequentia neceſſaria regulæ,quæ habet hoc a pari iudicari. Et ad hoc tendunt ij.& iij.rationes Ioã. And.in addi.prædicta:ideo inſtrumẽtum guarentigiæ habebit executionem in foro ſeculari contra laicũ, & non habebit executionem in foro eccleſiaſtico contra clericum:quia ſic conſenſiſſe videtur laicus cum clerico contrahendo.Idem puto in teſtamento clerici,quia inquantum cauſa diſcutitur in foro eccleſiaſtico, iudicabitur ſecundum ius canonicum:inquantum agitur in foro ſeculari, cauſa tractabitur ſecundum iura ſecularia. Ideo ſi eccleſia inſtituta a clerico agat contra eccleſiam pro legatis, valebit teſtamentum ſine inſinuatione. Si inſtituto laico a clerico, legatarij agant contra laicum,vel petat hęres hæreditatem a laico, non valebit teſtamentum non inſinuatum: ſic enim non videtur conſenſiſſe clericus teſtando, vt eius teſtamentum ſubijciatur legibus fori,vbi cauſa agitanda eſt. Et ſi dicatur, quomodo ſtatuta laicorum ligant actus clericorum? dico quòd non ligant actus clericorum,quos faciunt vt clerici, ſed vt alij homines, vt dicit Bar. Vel non ligant actus clericorum immediate, ſed ex legis diſpoſitione,ſcilicet canonicæ,quæ actum in executione ſubijciendo foro ſeculari ſubijciunt & legibus fori, ex tacito etiam conſenſu actum agentis.Idem puto in teſtamẽto laici,vt inquantum habet executionem, & agitur in foro eccleſiaſtico,quod ſubijciatur legibus eccleſiaſticis.Ideo puto,ꝙ ſi laicus inſtituta eccleſia decedat,legatarij ex teſtamento cum duobus teſtibus,& ſine inſinuatione poterunt petere legata, maxime quia in teſtamẽtum non poteſt quo ad quid valere, & quo ad quid non,nec auditur eccleſia hanc allegans inconſtantiam,quod teſtamentum valeat inquantum ipſa eſt inſtituta,& non inquantum legata data ſunt: & quia tale legatũ venit petendum in foro eccleſiaſtico. Quæ puto vera,inquantum teſtamentum ex toto ſubmittitur legi eccleſiaſticæ, & quia principalis inſtitutio eſt in piam cauſam, vt quia inſtituta eſt eccleſia,vt dixi. Si autem totale teſtamentum ſubijceretur legi ſeculari, vt quia eſſet a laico inſtitutus clericus contemplatione perſonę, quo caſu teſtamentum ſubijceretur legi ſeculari quo ad clericum agentem, tunc legatarij quãquã contra clericum petere habeant legata in foro eccleſiaſtico, teſtamentum illud non iudicaretur ſecundum ius canonicũ quo ad legata,ne diuerſo iure cenſeatur. Et ſimiliter dico de inſinuatione.Idem ſi ſola executio,prout in piam cauſam eſt, legatum deuolueretur ad eccleſiam ex teſtamento laici,quia fieret executio legatorum ſecundum ſolennitatem iuris ſecularis,& non eccleſiaſtici. Ad quod no.de elect.ne pro defectu. & c.ſi poſtquam.lib.vj.& quod not.in clemen.quia regularis, de ſup.neglig.præla.maxime, quia hæc eſt accidentalis deuotio.Prædicta omnia fundat ratio,quia ſicut dicimus in deciſorijs attendi conſuetudinem loci fori contrahentis,vel delicti, vel etiam rei ſitæ, quaſi ibidem contrahentes conſentiant ſubijci legibus fori:ſic debet attendi qualitas perſonę,cum qua negotium agitur,& quæ ex actu obligari contingit,& conueniri debet,ex quo foro imprimitur cauſæ agitandæ, vt iudicetur ſecundum qualitates,& leges fori, quem qualitas conueniendæ perſonæ deſignat: quia ſic agere cenſentur contrahẽtes,vel actum agentes. Hęc vera,vt dixi, inquantum forus eſt regularis: ſed ſi aliquo accidenti ex poſt facto daretur forus, ſeu accumularetur,non ex originali natura contractus,vel actus geſti,vt quia laico agente in foro eccleſiaſtico ibidem reconueniretur, vel clerico agente in foro ſeculari ibidem reconueniretur,cauſam credo iudicandam ſecundum leges naturalis fori,& non accidentalis. Ad hoc l.qui habet.ff.de tutori. Ideo ſi ex pacto nudo reconueniretur coram eccleſia laicus,non haberet executionem, ſicut nec in foro ciuili: & ſic de ſingulis. Et ſi clericus recõueniretur coram ſeculari,idem foret,vt legibus eccleſiaſticis iudicaretur. Nec obſtat qđ not. Arch.ij.q.vj.nõ ita.quia in actibus appellandi ab interlocutoria fatetur,ꝙ attenditur forus loci iudicij: quia illa non concernunt deciſoria,ſed accidentia ad litem,vt ſupra dixi.Sic tẽpera quod notat Io.xcvj.diſtin.denique.in glo.fin.Quandoq; ius agendi non principiatur a facto clerici, vel quaſi facto,recurrendum eſt ad ſcripta Ioan. An. in regula,ſine culpa.de regu.iur.lib.vj.quia ſi obligatio pro clerico, vel contra eum ingeſſit vires ante clericatum:illa ſequitur clericum,& obligat eum, vt iudicetur etiam in foro eccleſiaſtico ſecundum conſuetudines ſeculares:& ſic ſecundum Cald. poteſt intelligi de in integ reſti.conſtitutus.de eo, qui mit.in poſ.cum veniſſent. Si vero non miſceret conſuetudo vinculum,attenditur lex canonica,& ſecundum illam iudicabitur.Ideo ſi ſtatutum eſt factum,ꝙ primogenitus ſuccedat in hæreditate ante clericatũ ſecundogeniti,& ſecundogenitus poſtea fuit clericus,litigabitur illa conſuetudine,quod ante clericatum iam erat affectũ ius primogenituræ,nõ debet ergo tolli per clericatum ſupuenientem.Et idem putarem etiam hoc caſu,ſi obligatio ſurgeret ex facto clerici,antequam eſſet effectus clericus,puta quia iam contraxiſſet ante clericatum: nam in deciſorijs,etiam in foro eccleſiaſtico, iudicaretᷣ lege ſeculari, & ꝯſuetudine,vt d. c.ꝯſtitutus.qui ad hoc eſt bonus caſus.Quandoque obligatio ꝯſuetudinis traxit originem poſt clericatum aſſumptum, vt quia iam facto clerico ſecundogenito ſuperuenit ſtatutum diſponens,vt primogenitus ſuccedat in hæreditate: & tũc nõ ligaret clericũ. & ſic dicit ibi Io. And.Idem ſi haberet ꝯſuetudo,quod primogenitus legitimatus ſuccederet: quia ſi actus legitimationis fieret ſecundo iam effecto clerico,non pręiudicaret ſecundogenito. Sic poſſunt intelligi iura,quę allegãtur, ꝙ ſtatuta non ligent clericos, de conſti. eccleſia.xcvj.diſtinct. bene quidem.de re.eccle.non alie.c.fin.ad fin.quod not.Cyn. in l.ij.C.quæ ſit long.conſue.ad fi. & quia ſunt ſuperiores, & non ſubditi iuriſdictioni,& patroni, & conſequenter nec habent poteſtatem ſtatuendi. Ad hoc quod no.But.in Authen. nulla communitas.& quod no. Arch.de immu.eccle.c.fi.lib. vj.Vbi ſi ius collectandi præueniat rem in eccleſiam tranſlatam,illam afficit prout tranſit ad eccleſiam. Per quæ dicit Lapus ſua alleg. xcviij. ꝙ ſtatuta inhabilitantia quem ſucceſſione,ſi præueniant monachatum, vel clericatum.ligant: ſecus ſi poſt. Ideo ſtatuta iſta, quæ excludunt fœminas a ſucceſſione vſque ad certum gradum agnatorum,ſi fierent poſtquam iam fęminæ monachatæ ſunt,eis non pręiudicarent.Et ſic de facto conſului in Ferraria ego,& dominus Petr.de Ancha.Et ſi ſtatuta eſſent ſimplicia,ad tales non extenderentur:ſi eas p̄uenirent,antequam monacharentur, eas ligarent,niſi ſpecifice diſponerent de monachatione. Hæc vera dicit Lapus ibi, quando ſtatuta ligantia clericos imprimunt damnum.Secus ſi conferant commodum ſimpliciter, quia extẽduntur ad clericos: quamquã enim ſtatuta ſpecialiter de clericis loquẽtia, & rebus eccleſiaſticis non proficiant eis, nec valeant,niſi ab eccleſia approbentur,de conſti. eccleſia.no.de iudi.nouit. de ſolu.c.fin.de noui ope.nun.c.j.x.diſtin. lege.prout tamen ſtatutum in genere loquitur porrigens aliquod commodum,illud extenditur ad clericos, dum tamen non ſtatuat pręcipiẽdo,vel vetando,vel prohibendo, vel ingerẽdo per eos formas dando,l.prima.C.de eman.lib.Ad hoc j̃.capit.cum dilecti.vbi priuilegium Anglicis conceſſum extẽditur ad clericos. Sic poteſt intelligi c.cum veniſſent.de eo, qui mit.in poſ. Et ſic latiſſime conſuluit Ioan.de Lig.vt ibi recitat Lapus de Caſtilio.in quadam quæſtione tangente Lapum Abbatem de ſancto Miniato.Per quæ concludit,ꝙ ſtatutum excludens fęminas a ſucceſſione ſuperſtite aliquo de agnatis vſque ad certũ gradum, ſi extet clericus, vel monachus intra illum gradum, fœminæ excludantur. Quod conſilium ponit Lapus de Caſti.ſua allegat xcvij.Hæc vera,niſi mere natura,cauſa mota à clerico ĩ foro ſeculari ad ſtatuẽdum ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum. Vnde in materia præſcriptionis cum mala fide, vel iuramento,ętiam agente clerico contra laicum in foro ſeculari, iudicandum foret vt canones cenſent,de iureiuran.licet. lib.vj.de foro competen.cum C.laicus:& quod ibi no.& in regula,poſſeſſor.de regul.iur.lib.vj.& de præſcri.c.fi. Per hoc videtur, ꝙ ſi inuaſor bonorum eccleſiaſticorum conueniatur a clerico coram iudice ſeculari,hæres eius,cauſa deciſiue debet tractari ſecundum canones,qui habent quod ad exonerandam cõſcientiam defuncti hæredes conueniuntur ex delicto defuncti,licet ex delicto nihil peruenerit ad hæredem, dumtamen patiantur hæc vires hæreditariæ,& quod petitur non ſit mere pęnale, ſed agens ſuum damnum proſequatur, & intereſſe, etiam dato quòd contra defunctum non fuerit lis conteſtata: quia in hoc cum agitur de exoneratione conſcientiæ, debet ſeruari canon,de reſcrip.ſuper eo,de ſepul.c.fin.maxime cum hoc crimen ſit eccleſiaſticum, cuius pęnnam ſequitur lex ciuilis.de ſacroſanct.eccle.l.placet.Et ſic conſului Florentiæ de facto contra hæredes domini Bartholomæi de Prato, qui multa bona rapuerat a quadam eccleſia in comitatu Florentino. Per hoc dicit Cald.ij.quæſtio.prædicta:& ſi ſtatuto diſponatur, quod non admittatur probatio,quod admittitur in foro canonico & ſeculari,clerico litigante coram ſeculari:quia hoc concernit deciſorium:& quia ſtatutum eſt exorbitans. Hæc omnia vera ſunt,niſi conſuetudo eſſet inducta a clericis contra ius canonicum intercedentibus, quæ habentur de conſuetudi.c.fina.quia tunc illa ſeruanda eſſet a clericis,ꝗa cenſeretur ius canonicũ:quia permittente lege canonica exorta eſt,ff.de verborum ſignifi.l.lege obuenire. Prædicta ſunt vera,inquantum ſtatutũ inijciens vinculum ante clericatum,uel porrigens priuilegiũ clerico,ſit rationabile,& nõ nutriat peccatũ,aliter nõ ſeruaretur nec pro clerico,nec contra clericum:nec ſi ante clericatum, nec ſi poſt inieciſſet vinculum. Per quæ & c.fin.de excep.determinat Ioan. And. in d.c. fi. de exce.li. vj. ꝙ laicus factus clericus non poſſit ſe tueri exceptione præſcriptionis,qua non poteſt compelli debitori ad ſoluendum debitũ certo tempore lapſo, quo debitum nõ eſt

petitum:

petitum:quia talis præſcriptio,vt malæfidei, non debet iuua-
re clericum in foro eccleſiaſtico,de præſcri.c.ſi.Quinimo nec
valent in foro ſeculari,per dictum c.fin.vt dicit ibi Ioan.And.
quod no.contra dictum Bart.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff. de vſu-
ca.& l.ſi.quemadmo.ſerui.amit.de quo plene dixi in diſputa-
11 tione,de qua ſ̃.mentionem feci . ¶†Vltimo propter id,quod
dicit glo.de epiſcopo gerente vices comitis,dicit Ioan.And.ꝙ
ſi talis committit cauſam ad ipſum ſpectantem ratione comi
tatus,ſimpliciter in commiſſione dicens ſe epiſcopum, valet
commiſſio,ſecundum Gul.in Spec.de lega.§.ſequitur. ad fin.
verſi.quid ſi epiſcopus.Io.And. Anto.de But.

*SVMMARIVM.*

1 *Laicum poteſt laicus conuenire coram iudice eccleſiaſtico in defectum iuſtitiæ ſecularis.*
2 *Reſcriptum delegationis ab eccleſia in cauſa inter laicos mere temporali, & ad forum ciuile ſpectante, in quo dicatur inualidum ipſo iure.nu.21. & quo caſu ualeat.nu.23.*
3 *Iudex eccleſiaſticus tribus caſibus poteſt inter laicos iudicare.*
4 *Conſuetudo tribuens iuriſdictionem quo ad unum ſuperioritatis gradum, ſi facit iudicem in cauſa appellationis èpiſcopum,facit iudicem Papam.*
5 *Iudici eccleſiaſtico,ubi cauſa ſubmittitur quo ad iudicem cauſæ principalis,ſubmittitur etiam quo ad iudicem appellationis.*
6 *Iuriſdictionem tribuens conſuetudo in cauſa appellationis defert illum ſecundum qualitates tribunalis,a quo defertur.nu.8.*
7 *Imperio uacante Papa ſuccedit in exercitio iuriſdictionis Imperij.*
9 *Iuriſdictio eſt de iure communi penes conſules ciuitatis.*
10 *Conſuetudo tribuens iuriſdictionem in cauſa appellationis, extenditur ad cauſam recuſationis.*
11 *In deferenda iuriſdictione per conſuetudinem quo ad actum recuſationis attenditur ritus ſuperioris,ad quem defertur,& non inferioris,a quo.*
12 *Iudex ordinarius non poteſt tanquam ſuſpectus de iure ciuili recuſari, ſecus de iure canonico.*
13 *Appellari ſicut poteſt ad Papam omiſſo medio, ita & per uiam recuſationis adiri poteſt in cognoſcendo ſuper negotio principali.nume.18.*
14 *Recuſationis articulo expedito ſuper negotio principali non cognoſcunt arbitri,ſed habetur recurſus ad ſuperiorem,*
15 *Teſtes præſumuntur ſuſpecti, cum unum præmeditatum ſermonem dixiſſe uidentur.*
16 *Dictio, præcipuè,quandoque ſumitur pro tantum.*
17 *Iudex ſecularis poteſt de conſuetudine cognoſcere de cauſa etiam temporali inter laicos,& maxime Papa ipſo iure.*
18 *Appellari in quibus poteſt ad Papam omiſſo medio.*
19 *Dictio,præſertim,ſumitur quandoque pro tantum, vel maxime.*
20 *Conſuetudo iuuatur,& fortificatur curſu temporis.*
22 *Iuriſdictio quo caſu poſſit inter laicos deferri ad eccleſiam.*
24 *Delegatus poteſt dari in eiſdem cauſis inter laicos,pendentibus quibus poteſt iudex eccleſiaſticus cognoſcere.*
25 *Iudex eccleſiaſticus poteſt tredecim caſibus cognoſcere de cauſa, etiam mere temporali inter laicos.*
26 *Iudex ordinarius tamquam ſuſpectus recuſatus poteſt cauſam committere alteri iudici non ſuſpecto partibus,non expectato quod arbitri eligãtur.*

CAP. X.

1 LIcet. ¶†Laicus laicum ſuper re ciuili coram iu
dice eccleſiaſtico conuenire non poteſt,ni
ſi in defectum iuſtitiæ ſecularis , vel niſi conſuetu-
do illud habeat.Primo ponit dictum cum ſua mo
dificatione.Secundo ibi, licet.prouidet ꝯtra graua
mina cõſulum. Tertia ibi,ſi vero.prouidet circa accuſationes
2 ipſorum.¶†Nota primo,ꝙ ipſo iure non valet reſcriptum de
legationis ab eccleſia inter laicos in cauſa mere temporali,&
ad forum ciuile ſpectante:& ſic videtur eccleſia omnino defi-
cere in habitu iuriſdictionis, vel ſaltẽ hr̃e iuriſdõnis exercitiũ
ipſo iure ligatum:& ſic ſolus defectus exercitij aliquando red-
dit actum nullum.Ad quod de offi.dele.prudentiam. in prin.
& de offi.ordi.Romana.lib.vj.Et ex hoc patet,eccleſiam iuriſ-
dictionis exercitium in laicos quo ad laicos a Deo confirma-
tum,x.diſtin.quoniam.xcvj.diſtin.cum ad verum.non poſſe a
laico reuocari . Per quod limitatur ff. de iudi.l.iudicium . Sic
non poterit hodie populus Romanus reuocare iuriſdictionẽ
ab Imperio tranſlatam in ipſum, per l.ij.§.deinde.de orig.iur.
quia illa eſt confirmata per legem canonicam , & eccleſiam,
de electio.venerabilem. ¶Nota,ꝙ literæ Papæ inter puros lai
cos in cauſa temporali conceſſæ ſunt ipſo iure nullæ,nec vali
dantur in caſu negligentiæ iudicis ſecularis,ſecundum aliam
opi.colligitur cõtra,dicam ſtatim.Et ex hac videtur,ꝙ imme-
diate data negligentia iudicis ſecularis poſſit haberi recurſus
3 ad iudicem eccleſiaſticum, de quo infra dicam . ¶†Nota tres
caſus, in quibus eccleſia ſe intromittit inter laicos iudicando
de cauſa. Primus,in caſu negligentiæ iudicis ſecularis.Secun-
dus, ſi hoc ꝯſuetudo diſponat. Tertius,quãdo ſubeſt defectus
iudicis iuſtitiam miniſtrãtis.Circa primum caſum habes quæ
not.ſunt ſupra.Circa ſecundum nota,ꝙ grauamen iudicis ſe-
cularis , vel illata iniuſtitia non immediate defert cauſam ad
curiam eccleſiaſticam,niſi aliud diſponat ꝯſuetudo:& ſic nõ
licet immediate laico pro iuſtitia releuãda adire iudicem ec-
cleſiaſticum,niſi aliud diſponat ꝯſuetudo, aut iudicis defect⁹.
Ad hoc in Auth.vt diffe.iudi.§.ſi vero ꝯtigerit,& no.ſ̃.de iudi.
4 nouit.¶†Nota, quòd ꝯſuetudo tribuens iuriſdictionem quo
ad vnum ſuperioritatis gradum , ſi facit iudicem in cauſa ap-
5 pellationis epiſcopum,facit iudicem Papam.†Et ſic vbi cauſa
ſubmittitur iuriſdictioni eccleſiæ quo ad iudicem principalis
cauſæ, ſubmittitur & quo ad iudicem appellationis . Ad hoc
6 quod not.Arch.ij.q.vj.non ita. ¶ † Nota, quòd ꝯſuetudo tri-
buens iuriſdictionem in cauſa appel. defert illam ſecundum
qualitates tribunalis,cui defertur,non ſecundum qualitatem
tribunalis, a quo defertur : vnde defert quo ad eccleſiam , vt
appellari poſſit omiſſo medio , non vt non poſſit ſecundum
qualitatem tribunalis ſecularis,vt ff.de appel.Imperatoris.Itẽ
a quolibet grauamine,& quoties ſe ſentit quis grauatum, nõ
appellatur quo ad tribunal ſeculare, & tamen hic appellabi-
7 tur quoties ſe grauatum ſentit: quod eſt valde notabile.†No.
Papam ſuccedere in exercitio iuriſdictionis Imperij, Imperio
8 vacante.†Et no. quòd alteratur tunc iuriſdictio,vt appelletur
quoties grauatur:& hoc, quia iudicare tunc cenſetur ratione
habitus iuriſdictionis antiquæ, quaſi deficiente laico eccleſia
naturaliter ſit iudex ex antiquo iure. Secus putarem, ſi ſucce-
deret laico ratione puræ deuolutionis.Ad hoc quod dixi in c.
præce.& quod no.de elect.ne pro defectu.ſaluo quam quo ad
ordinaria,quia ſeruarent̃ indiſtincte ſtatuta loci, ad quem fa-
cta eſt deuolutio:quia lex ꝯſentiens deuolui,ꝯſentit ſic litiga-
9 ri,ad hoc quod not. Archid.ij.quæſtio.vj.non ita. ¶ † Not.ar.
hic, ꝙ de iure cõmuni in ciuitate populi iuriſdictio eſt penes
ꝯſules ciuitatis , hoc eſt, penes maiores natu, qui eliguntur a
populo,vt præſint ciuitati , ad hoc quod not.de ꝯſti.cum om-
nes,& c.cum acceſſiſſent.¶No.quòd ꝯſules, & ſic vniuerſitas
poteſt recuſari.Ad hoc gloſſ.de ſta.mo.in ſingulis.in verbo,ap
pellatione.Contraria eſt gloſſ.quæ male dicit,de iud.c.j.& ibi
10 dixi.¶†Not.argumen.quod ꝯſuetudo tribuens iuriſdictionẽ
in cauſa appellationis,extenditur ad cauſam recuſationis.Ad
hoc infra de appel.ſuper eo.quia talia regulariter parificãtur.
11 ¶†Not.quod in deferẽda iuriſdictione per ꝯſuetudinem quo
ad actum recuſationis attenditur ritus ſuperioris , ad quem
12 defertur,& non ritus inferioris, a quo . † Nam non recuſatur
ordinarius in foro ciuili,de iud.apertiſſimi.& c.cum ſpeciali.
& tamen recuſatur in foro canonico:& hoc,quando ad tribu
nal eccleſiaſticum defertur recuſatio iudicis laici.Per quæ cõ
cludunt hic Docto.ꝙ quomodocunque inter laicos, etiam ſi
ex ꝯſuetudine deferatur iuriſdictio inter laicos ad iudicem ec
cleſiaſticum,ſemper coram iudice eccleſiaſtico cauſa eſt tra-
ctanda ſecundum ius canonicum,ſiue ex iuribus ꝯſuetudinis,
vt hic,ſiue ratione temporalis iuriſdctionis , de appel. ſi duo-
bus. ad hoc ſupra eod. quòd clericis.quod dic vt ibi. ¶ Nota,
quòd in cauſa recuſationis laici quandoq; admittuntur,alias
13 eliguntur arbitri:de quo dicam infra. ¶†Not.quòd ſicut Pa-
pa aditur omiſſo medio per viam appellationis , ita adiri po-
teſt per viam recuſationis ſuper negotio principali in cogno-
14 ſcendo.¶†No.hic apertum caſum contra dictum Hoſtien.de
appel.c.ſecundo requiris.quòd expedito argumen.recuſatio-
nis ſuper negotio principali non cognoſcunt arbitri,ſed habe
tur recurſus ad ſuperiorem. Ad hoc infra,de appell.cum ſpe-
15 ciali. ¶†No.quid certificari ex ſe quandoque per relationem
ad aliud,vt patet ibi, ſicut ſuperius eſt expreſſum . Quod facit
pro teſtibus,an valeat examinatio, talis dixit per omnia vt ta-
lis.de quo de verborum ſignifi. nihil tamen. vt ibi dicitur.Sic
non ſunt examinandi teſtes, maxime quia eo ipſo redduntur
ſuſpecti,cum vnum præmeditatum ſermonem dixiſſe videan
16 tur,ff.de teſti.l.iij.§.primo . ¶Primo expediã textualia.† Opp.
primo,innuit litera ibi , præcipuè. quòd in non ſpectantibus
ad ſecularẽ Papa non commmittat,contra id,infra.capitu.ſi-
gnificaſti.ſupra titu.primo,nouit.Sol.Fatendum,expone præ
17 cipue pro tantum. ¶†Oppon.ſecundo, quòd nec epiſcopus,
nec Papa adeatur in appellationis cauſa inter laicos, vt ſupra
dixi de iudi.nouit. Innocẽ.dicit hic,quòd epiſcopus aditur de
conſuetudine,vt patet hic: Papa aditur de iure ſecundum In-
nocen. Quaſi velit,quòd Papa de iure ſuccedit loco Imperij,
vacante Imperio de iure Papa aditur , ſed nõ inferior,ex quo
non aliud habet conſuetudo . Vel Papa aditur de iure, id eſt,
iure operante hoc immediate, eo quòd eſt delata ex conſue-
tudine iuriſdictio ad epiſcopum , appellari poteſt ad Papam
ex extenſione conſuetudinis , quæ extenditur a iure , ſcilicet
vt ad Papam appelletur omiſſo medio . Hoſtien.dicit epiſco-
pum etiam adiri de iure , quia epiſcopus eſt dominus ciuita-
tis quam tenet ab Imperatore in feudum . Et dicit ſe vidiſſe
a Poteſtate , & Conſulibus ad epiſcopum appellari. ſic infra
de præbend.referente.de no.oper.nun.ſignificantibus. Sed ſi
contingat appellari ab ipſo ad Papam & ad archiepiſcopum,
bene appellatur de iure. de appel.Romana.§.debet.lib.vj.Di
cit verum,ſi eſt de temporali iuriſdictione eccleſia.Vel poteſt
dici

dici conſuetudinem hoc operari, in quantum appellatur a Cõſulibus, omiſſa poteſtate ad epiſcopum: ſic de appell. referente. de no. ope. nun. ſignificantibus. Vel poteſt ſaluari dictum Innocen. vt epiſcopus de conſuetudine adeatur in perſonalibus non tangentibus naturam feudi: In realibus autem epiſcopus aditur iure communi, vt dominus feudi, ex conſuetudine feudorum approbata per ius, ſupra tit. primo, nouit. ver. non enim. niſi eſſet infeudatus etiam in iuriſdictione, vt not. ſupra tit. primo, verum, & tunc in perſonalibus de iure cognoſceret. Vide, quod ſi tenes quod epiſcopus habet talem temporalem iuriſdictionem in loco, aditur de iure, & conſuetudo confirmat. Si tenes, quòd habeat ciuitatem ſubiectam ratione feudi, aditur, ſi agitur de feudalibus de iure, in non feudalibus de conſuetudine, niſi ſit infeudatus in iuriſdictione. Si teneas, quòd non habeat temporalem, nec ſit domina eccleſia
18 feudi, aditur vi conſuetudinis, vt dixit Innocen. ¶†Oppo. tertio, quòd nõ appelletur ad Papam omiſſo medio: quia cum ſuccedat in iuriſdictione loco Imperatoris, non appellatur omiſſo medio, ſicut nec appellaretur ad Imperatorem, ij. quæſtione vj. anteriorum. ff. de appel. Imperatores. Fatetur Vin. & Io. quòd prius appellandum erat ad epiſcopum. Sed forte timore Conſulum epiſcopus non exhibebat iuſtitiam. Vel loquitur in cauſis grauioribus, quæ non poterant deferri ad epiſcopum per appellationem: ideo deferuntur ad Papam, vt de eis epiſcopus cognoſcat, quaſi Papæ delegatus. Mihi videbatur, quòd eo ipſo quod iuriſdictio defertur ad tribunal eccleſiaſticum, deferri cenſeatur ſecundum conſuetudinem fori, ad quem defertur, & ſecundum illius conditiones, vt ſcilicet poſſit appellari omiſſo medio: vnde tunc non aditur Papa, vt ſubrogatus loco imperij: ſed hoc operatur conſuetudo tribuens iuriſdictionem ad tribunal epiſcopi, quæ extenditur authoritate iuris, quod habet, quòd ad Papam appellatur omiſſo medio. Hoc ſemper tenui. Ioan. de Lig. dicit, quòd ſi iuriſdictio tribuitur per viam collationis, vel donationis, vt faciebat hic, & mutatur qualitas iuriſdictionis, argumen. de iure pa. capitu. primo. lib. vj. Si per viam ſubrogationis, tunc procedat regula eiuſdẽ qualitatis, qua cognoſcebat is loco eius, cui ſubrogatur. Ad hoc quod not. de electio. ne pro defectu. & in clemen. quia regulares. de ſup. neglig. prælato. Et per hoc ſoluitur contrarium, & puto quod bene dicat. Nec obſtat gl. ſupra eodem, quòd clericis. quia ibi tribuebatur iuriſdictio, vel æquè principaliter, licet loco Regis, ita ꝙ diuerſum erat tribunal epiſcopi, quod puto quo ad deciſoria: quo ad ordinatoria iudicij ſeruabitur tribunal loci, vbi cauſa agitatur, & in iure deuoluto: & dixi notando. Ad hoc quod not. Archid. ij.
19 quæſtione vj. non ita. ¶†Quarto oppo. quòd non cognoſcat Papa non vacante Imperio: cuius contrarium dicit litera ibi, præſertim. de iudi. nouit. Solu. Expone præſertim, id eſt, tantũ, xij. diſtinctio. illud. ſecundum Vin. & Gof. vel ſecundum Hoſt. præſertim, pro maxime. Et hoc verum, cum temporaliter tenet ciuitas ab eccleſia, vel quando hoc habet conſuetudo. Et
20 dicit bene, ſed poterit maxime adiri vacante Imperio: † tunc conſuetudo iuuatur concurſu iuris, & ſic fortificatur conſuetudo, quando habet ſecum concurſum iuris: quod eſt notan-
21 dum. ¶†Venio ad gloſſ. Oppo. primo, quòd litera cõtradicat: nam in prin. dicit literas decerni debere irritas, & innanes. Secunda ibi, dummodo. dicit in negligentiam ſecularis iudicis poſſe procedere: ergo nõ ſunt nullæ, quia quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non firmatur, vt in regula, non firmatur. cum concor. ſuis. So. Gloſſ. dicit, quòd non ſunt literæ funditus nullæ, ſed ſunt in pendenti: & dicit, ꝙ hæc pendentia durat vſque ad euentum ſententiæ, vt ſupra eod. ex tranſmiſſa. & pendent ab euentu negligentiæ iudicis ſecularis. Nam quandoque reſcriptum eſt in pendenti, de reſcri. ſi autem. & cap. plerunque. Primo dicit glo. ꝙ literæ Papæ inter laicos nõ ſunt nullæ, ſed in pendenti: hoc ſtatim declarabo. Secundo dicit, ꝙ ſunt in pendenti vſque ad ſententiam. Quæ gloſſ. poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd ſit in pendẽti quo ad ſententiã, ſcilicet delegati: vt quandocunque ſecularis vſque ad ſententiam velit procedere, impediatur iuriſdictio delegati iudicis: quod eſt notabile, vt omnia ante acta poſſit inutilia conſtituere. Sed hoc non placet: ſed poterit demum vſq; ad actum citationis, quo præuenta eſt iuriſdictio, argum. ȷ. eod. propoſuiſti. quia ibi fieri debet iudicium, &c. ff. de iud. l. vbi. Vel verius, poterit ſaluando glo. vigilare ſecularis excludendo iuriſdictionẽ delegati, dummodo acta primo legitime agitata, ex negligentia valeant, & non præoccupabitur aliter iuriſdictio, vt ſi admittatur ad ſtatutum cauſæ ſecundum quod conuenit, de offic. delega. quoniam Abbas. & de electio. vbi periculum. lib. vj. ad fin. Secundo modo poteſt intelligi quòd ſint in pendenti vſque ad ſententiam, id eſt, vſque ad actum ſententiæ ſecularis: ſi ſuperueniat negligentia in iudice ſeculari, poſſit ſupplere delegatus, & poterit ex eiſdem actis ſupplere, vt vltimo dixi. Et hunc vltimum intellectum ſequitur Ioan. And. vt reſcriptum ſtet in pendenti vſque ad ſententiam iudicis ſecularis, vt quandocunque ſuperueniat negligentia eius, iudex eccleſiaſticus ſupplere poſſit. Licet Io. & Vin. ſub dubio forte dixerint expirare vim reſcripti iudicio inchoato, argument. de reſcrip. plerunque. Impetrandum autem non valet, niſi faciat mentionem. de reſcript. cæterum. ſecundum Ioann. And. ſed tene primum. Ad quod facit verbum, iuſtitiæ complementum. Poteſt ergo ſupplere vſque ad iuſtitiæ ſupplementum. Circa primum gloſſ. reſidet, ꝙ reſcriptum inter laicos a Papa datum non ſit nullum, ſed in pendenti ad negligẽtiam iudicis ſecularis. Hoſt. tenet glo. ad literam reſpondit: in quantum dicit, decernas irritas, & inanes, id eſt, decernas per tales literas non poſſe procedi: ſicut procedi non poſſet, ſi conſtaret ipſas irritas, &c. & hoc probat ver. ſequens ibi, dummodo, &c. aliter non bene ſtaret. Hęc poſtea temperat vera, quando reſcriptum fuit ſurreptitium ex taciturnitate negligentiæ iudicis ſecularis: vbi autem ſurreptio ſurgit a falſitate, quia expreſſit ſecularem negligere, vbi non negligebat, dicit ſecus: ꝗa tunc ipſo iure literæ ſunt nullæ. Allegat de reſcriptis. ſuper literis. de offi. deleg. ſignificantibus. Hæc diſtinctio non placet, quia ad inualiditatem reſcripti concludẽdam ex ſurreptione non refert inter tacitum verum, & expreſſum falſum: quia vtrobique ſurreptio non vitiat ipſo iure, ſed exceptionis ope: licet quidam contradixerint, vt no. ſupra de reſcrip. cæterum. Item fundamentum huius opi. ꝙ ſint in pendenti, eſt contra hunc textum, qui tex. dicit ipſas irritas, & innanes, non conualeſcunt: ergo. Innocen. hic tenet quod literæ ſunt nullæ ipſo iure: vt hic eſt tex. non cauillando eum. Ad verſi. dummodo. reſpondit, ꝙ nõ eſt ſenſus literæ, ꝙ lr̃æ prius impetratæ valeãt, ſi ꝯtingit ſecularem iudicẽ fieri negligentem: ſed eſt ſenſus literæ, quod eo negligente ab eo poterit appellari ad Papam, & ſuper hoc apoſtolicæ literæ impetrari. Vel ſubaudi, literæ ſunt nullæ, nec alias poteſt impetrari, dummodo &c. alias ad iudicem recurſus haberi, dummodo, &c. Per quæ dicit Innoc. ꝙ ſi iudex a principio fuit diligens in incipiendo cauſam, poſtea fuit negligens, literæ non conualeſcunt: quia in talibus attenditur tempus datæ, de reſcrip. eam te. Io. de Lig. hic diſtinguere videtur, an literæ ſint ſurreptitiæ: quia narratum eſt, ſecularem negligentem, cum non eſſet negligens, vel proceſſiſſet, vel quia tacitus eſt proceſſus, & non conualeſcant: an ſimpliciter ſint impetratæ, non narrata negligẽtia, & cum iudex nõ proceſſit, & valent ſaltem vt eccleſiaſticus procedat, negligen-
22 te ſeculari. ¶†Pro declaratione dubij gl. aliqua videnda ſunt. Primum, an, & quo caſu deferatur iuriſdictio inter laicos ab eccleſia. Dico, ꝙ ceſſantibus conſuetudinibus priuilegij, & caſibus ſpecialibus iuriſdictionis, ꝙ regulariter altero de tribus modis defertur iuriſdictio ad eccleſiam, propter vitium iniuſtitiæ illatæ, vel propter negligentiam in iuſtitia miniſtranda, vel ob defectum iudicis, vel ob defectum ſubiectorum. Circa primũ pono pro fundamento, ꝙ habito, & origine iuriſdictio fuit in eccleſia inter laicos, & iuriſdictionis exercitium tantũ eſt datum a Chriſto Imperatori in meris temporalibus, & cõfirmatũ. xcvj. diſtin. cum ad verum. x. diſt. quoniam. & dixi de iud. nouit, & no. qui filij ſint legi. cauſam. & ꝑ Hoſt. eo. tit. venerabilem. Nec hoc pro ſe ſtatuerunt ſummi Pontifices, ſed origine ſic ſtatuta fuit. Deus enim a principio creauit cęlũ & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, angelicam & humanam naturam, ſpiritualia & temporalia, ipſaq; per ſe ipſum rexit: ſicut facto ſuam rem gubernare ſolet, & bonum, qđ fecit. Itẽ præcepta dedit, & tranſgredienti pœnã impoſuit, Gene. ij. Ex omni ligno, &c. Ipſis etiam peccantibus pęnã impoſuit, ſ. Adæ, & Euæ, Geneſis tertio ibi, mulieri quoq; dixit. & ibi, Adæ quoque, &c. Qualiter aũt per ſeipſum Cain punierit, & Lameth, habetur Geneſis iiij. Et ſic rexit Mundum per ſeipſum Deus vſq; ad Noe: ex tempore Noe cępit Deus creaturas regere ꝑ miniſtros, quorũ primus fuit Noe: de quo quod fuerit rector populi, apparet, quia dedit ſibi gubernationem Arcæ, per quã eccleſia ſignificatur, Geneſis quarto, & vj. Item quia etiã Dominus Noe & filijs dedit rectoriam, & legẽ dedit, Geneſis ix. vbi etiam licèt nõ legatur ſacerdotem fuiſſe, ſacerdotis tamẽ officium exercuit ſtatim poſt egreſſum Arcæ, antequam populis legẽ daret, Geneſis octauo ibi: edificauit aũt Noe, qđ officium ſacerdotis ſimul Adam & Cain fecerant ante. In hac aũt vicaria ſucceſſerunt iudices, Patriarchę, Reges, ſacerdotes & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudęorũ: & ſic durauit vſq; ad Chriſtũ, qui fuit, & eſt naturalis Dominus & rex noſter: de quo in Pſalmo, Deus, iudiciũ tuũ regi da. Iſaiæ vij. Dominus iudex noſter dominus legifer, dñs rex noſter. Et ipſe Ieſus Chriſtus vicarium cõſtituit ſuum Petrum, & ſucceſſores ſuos, quando ei dedit claues regni cęlorum, & qñ dixit ei, Paſce oues meas. Et quamuis in multos diſtincta ſint officia & regimina Mundi, tamen quãdocunq; neceſſe eſt ad Papam reccurrẽdum. Hoc ſuppoſito, dico ꝙ qñq; eſt dubiũ, an adiri poſſit, & quando ratione iniuſtitiæ illatæ, vel negligẽ-

tiæ in

tiæ in iuſtitia miniſtranda. Et dicit hic Innocen. ꝙ immediate
poteſt adiri, & in defectum iuſtitiæ, & caſum negligentie, quã-
doque non volunt & debent iuſtitiam exercere. Allegat qui
fil. ſint legi. per venerabilem. & hoc dicit in vlt. parte glo. hoc
etiam ſentit in fi. gl. ibi dum dicit, quod cũ iudex inferior fue-
rit negligens, ab eo poterit appellari ad Papam. In alia parte
gl. ij. illud reſtringit, vt in caſu negligentiæ ſuppleat, quãdo eſt
Rex, vel alias Princeps, qui ſuperiorem non habet, argumen.
xv. q. vj. Item alius. In alia parte reſtringit hoc ad viduas, etiã
diuites, vt ĩ. eo. ex tenore. & ſ̃. de offi. deleg. ſignificantibus. Et
ponit ibi in ver. ſecundus vero, &c. Et per hoc dicit in prin. ſe-
cundæ gl. ꝙ ſi alius rector alij ſuperiori, quàm Imperatori ſub
ditus negligens eſſet in reddenda iuſtitia, non peuolueretur
iuriſdictio ad Papam, ſed ad proximum ſuperiorem, Hoſt. di-
cit. Inno. contra, & concludit quod quicunq; iudex ſecularis,
ſiue Imperator, ſiue alius iudex quicunque inferior ſit negli-
gens in iuſtitia miniſtranda, Papa non ſolum de plenitudine
poteſtatis, ſed iure ordinariæ poteſtatis poteſt ſupplere ne-
gligentiam & de iure, & de conſuetudine. Nihil aliud alle-
gat. Facit tex. hic, & ſupra de iudi. nouit. verſi. nec omittimus.
Puto dicendum, ꝙ quandoque negligens eſt iudex ſuperior
alium non recognoſcens: & poteſt adiri Papa in caſu negligẽ-
tiæ, vel appellationis. Ad hoc qui fi. ſint legi. per venerabilem.
& procedit tunc quod dixi ſ̃. ſecundum Inn. In ciuitatibus au-
tem liberis, ſicut ſunt multæ in Italia, quæ non recognoſcunt
ſuperiorem, ſaltem de facto, ſicut Florentia, & ſimiles, ſi iudi-
cibus ſuis dant iudices appellationum, adiri poteſt Papa de-
mum negligentibus ſuis ſuperioribus, arg. eorum, quæ no. hic
Inno. Idem in iudice, qui caput eſt prouinciæ, vbi difficilis eſt
aditus ad Imperatorem, in Auth. vt diffe. iud. §. ſi vero contige
rit. & no. Hoſt. de iudi. nouit. ver. nec omittamus. Et ſic poteſt
intelligi lex Theodoſiana, quæ ibi allegatur. Si autẽ recogno-
ſcat ſuperiorem, ſi perſona eſt miſerabilis, pro iniuſtitia, vel
negligentia, ſtatim poteſt adiri Papa, vt dicit Innocen. ad hoc
infra eod. ex tenore. & quod ibi no. Ad hoc ſupra de iudi. cum
d[illegible]arati. & c. fi. ꝙ ſatis dicitur oppreſſa, eo, ꝙ negligitur iuſti-
ti[illegible] vel opponitur iniuſta ſententia. Ad hoc ĩ. eod. ex parte B.
Idem puto, ſi grauatur eccleſiaſtica perſona, de iudic. c. fin. de
foro compete. cum ſit. & puto certum in caſu negligentię, &
vbi infert iniuſtitia in caſu appellationis, vbi in cauſa eccleſiæ
iudicium agitatur. In cauſa autem clerici, non eccleſiæ, tene-
re videtur Arch. ij. q. vj. nõ ita. appellandum ad iudicem ſecu-
larem. Quod ſatis puto, vt potius gradatim ad ſuos ſuperio-
res appelletur. Omnibus autem negligentibus, ſatis puto Pa-
pam adeundum. Ad hoc quod no. ĩ. eo. poſtulaſti. & per Bart.
in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fi. catho. In non mi
ſerabili perſona demum deficiẽtibus ſuperioribus iudicibus,
aditur Papa. Et ſic fuit hic, quia vacabat Imperiũ quod imme
diate habebat iuriſdictionem poſt Conſules. Quandoq; iuſti
tia non miniſtratur propter carentiam iudicum, & in hoc va-
riat Inno. In prin. tertiæ gl. dicit ſpeciale eſſe in Imperio, vt ſuc
cedat Papa vacante Imperio. Vnde dicit, ꝙ ſi in aliqua terra
nõ eſſet rector, per hoc non deuolueretur iuriſdictio ad Papã,
ſed ad proximum ſuperiorem: & hoc, qa ſpecialis eſt coniun-
ctio inter Papam & Imperatorem: quia Papa eum conſecrat
& examinat, & Imperator eſt eius aduocatus, & iurat ei, & ab
eo tenet Imperium, ſ̃. de ele. venerabilem. lxiij. diſt. ego. Et idẽ
eſt in iure, quod ab eccleſia Romana tenet, ſuccedit Papa Im-
perio vacante. Idem dicit ſecundum aliquos in alio inferio-
re ab Imperatore non recognoſcente ſuperiorem, xv. q. vj. itẽ
alius. & hoc non facit, quia ab eo teneat regnum, ſed ex pleni-
23 tudine poteſtatis, quam habet, qa vicarius eſt Chriſti. ¶ † Vlti-
mo tenet, ꝙ vacantibus regnis, ſi non poteſt Papa intromitte-
re, niſi adeatur per viam denuntiationis: Hoſt. dicit, ꝙ vacanti
bus regnis, & principatibus quibuſcunque, Papa non ſolum
de plenitudine poteſtatis, ſed de iure communi ſuccedit. Ni-
hil allegat. Credo, ꝙ Papa ſuccedat iudici de iure, vel de facto
non recognoſcenti ſuperiorem: alteri autem iudici non, vt di
xit Inn. ne cõtingat turbatio aliorum iudicũ in iuriſdictione.
Quandoq; impeditur iuſtitia propter defectum ſubiectorũ,
quia ſubditi ſunt inobedientes iudici ſeculari, quod non põt
facere iuſtitiam: dic ꝙ non ſuccedit in iuriſdictione, ſed debet
eum iuuare, & domare rebellionem ſubditorum, arg. xcvj. di.
24 cum ad verum. ¶ † Ex his concluditur, quòd in iuriſdictione
delegati breuiter in omnibus caſibus in quibus dixi Papã adi
ri ordinariè in caſum negligẽtiæ, vel iniuſtitiæ, ſi ſit datus, pla-
num quod valet delegatio, vt eſt caſus hic: qui ſic debet in tel
ligi in ver. dummodo. quando adeſt realiter negligẽtia. Si au-
tem non adeſt negligentia, adhuc in illis caſibus an realiter
ſuperueniente negligentia validentur literæ, opiniones ſunt,
de quibus cum glo. totum dubium pendet ab iſto, Papa habi
tu habet iuriſdictionem in laicum: ſolũ ergo ſibi deficit exer-
citium. Committendo ergo trãsferret habitum, dato habitu,
neceſſaria eſt oppoſitio exceptionis. Valet ergo quod agitur,
niſi opponatur: & ſic valent literæ, licet poſſint exceptione eli-
di, l. obſeruandum. §. fin. ff. de offi. procon. & leg. In contrariũ
eſt tex. hic, qui dicit, quòd ſunt nullæ, & ſic tractu temporis nõ
validantur, de reg. iu. in regula, non firmatur. Ad hoc optime
tex. de offi. ordi. Romana. lib. vj. qui ad hoc eſt bonus tex. Com
muniter tenetur, ꝙ ſi pendente adhuc caſu negligentię, quia
nondum ſit negligens, fiat delegatio ad petitionem miſerabi
lis perſonæ, valet delegatio: ſed ſi ſit in pendenti ad caſum ne
gligentiæ, & hoc quando non eſt oppreſſa, vt pauper: alias ſi
concurrat qualitas oppreſſionis, vel paupertatis, valet com-
miſſio ſtatim, non expectata negligẽtia. De paupertate tex. eſt
ſ̃. de offi. deleg. ſignificãtibus. De oppreſſione, ĩ. eo. ex parte B.
Quando nulla datur de his qualitatibus, ſi ſit miſerabilis per-
ſona, q̃q̃ diues, & non oppreſſa, valet delegatio, vt ſit in pendẽ
ti ad negligentiam iudicis ſecularis, vt ĩ. eo. ex tenore. & ꝑ eas
procedi poterit, data negligentia ſecularis iudicis, niſi peccẽt
literæ in ſurreptione, vt quia ſunt impetratæ iam procedente
iudice ſeculari, non facta mentione de proceſſu: vel quando
allegata eſt negligentia, quæ non adeſt: quia tunc licèt literæ
non ſint nullæ, ſuperueniente negligentia non ceſſat vitium
ſurrepti, quod affuit tempore datæ: de illa ergo poterit oppo-
ni ſecundum Cald. in c. ſeq. Si perſona non eſt miſerabilis, ip-
ſo iure non valet delegatio ante aſſiſtentiam conditionis ne-
gligẽtiæ: nec conualeſcit ſupueniente negligentia. Et hoc, qa
exercitium eſt interdictum a lege diuina, xcvj. diſt. cum ad ve-
rum. x. diſt. quoniam. Et per hoc reſpõdetur ad obiecta, ſaluo
niſi committeretur iuriſdictio ſub conditione negligẽtiæ, qđ
an ſit, poſſet etiam dubitari, per d. c. Romaua. §. j. Licet poſſit
non incongrue diſtingui, an iam eſſet vigilans laicus, quia pro
cederet, & non valerent, nec conualeſcerent. An iam eſſet ne
gligens, & valerent ſtatim. An eſſet dubium de vigilantia, vel
negligentia, & valerent, & eſſent in pendẽti, vt illo caſu dubio
viderentur conceſſæ ſecundum caſus contingentiam. Sed pri
mum communiter tenetur: Et eſt ratio, quia in miſerabili
habet exercitium, licet legatũ: in non miſerabilibi habet exer
citium interdictum: ideo vltimo caſu non valet quod agitur.
Et hoc tenendum, licet Ioã. de Lig. dicat, ꝙ in non miſerabili
eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem nec habitu, nec actu:
quod eſt falſum, quia in non miſerabili habet habitu, licet nõ
actu, vt ſ̃. dixi. Ex hoc deciditur, quid ſi iudex negligens erat tẽ-
pore dati reſcripti, & de negligentia non fuit facta mentio? Vi
detur, ꝙ potius valeat iuriſdictio, potius attenta veritate: & qa
tale non eſt tacitum, &c. de reſcrip. ſuper literis. Contrarium
puto: quia iudex non eſt certificatus de deuolutione iuriſdi-
ctionis, per no. ff. de condi. & demon. l. multum. & quod no. de
offi. delega. prudentiam. in prin. Item ex hoc deciditur, quid ſi
tempore impetrationis non erat negligens, modo eſt negli-
gens. Dic, ꝙ non valet reſcriptum, vt dixi ſupra, nec validatur
ex tempore negligentiæ. Item quid ſi fuit diligens in incipien-
do, ſed poſtea negligens in proſequẽdo. Dic quod idem, quia
ſufficit, ꝙ non fuerit negligens tempore datæ. Vbi tamen re-
ſcriptum eſſet in pendenti, tunc non ſufficeret diligentia in
principio, imo quandocunque ſuperuenerit negligentia vſq;
ad ſentẽtiam: quinimo vſque ad executionem poſſet adiri de
legatus Papæ, ſi eſſe [illegible]ntra annum ad exequẽdum, vt ſupra de
25 offi. deleg. quærenti. † Ex his habemus tam ex tex. quam ex gl.
quatuor caſus, in quibus exercet eccleſia iuriſdõnẽ inter lai-
cos. Primus, quando hoc habet conſuetudo. Secundus, quan-
do datur negligentia iudicis ſecularis: quod dic ut dixi ſupra.
Tertius, quãdo vacat imperium, vel iudex ſecularis: quod in-
tellige, vt dixi ſ̃. Quartus, quãdo iuſtitia male miniſtratur, vel
inique: quod intellige vt dixi ſupra. Quartum ponit glo. quã-
do aliquid difficile, & ambiguum intercedit, ſuper quo variãt
iudices, infra qui fil. ſint legi. per venerabilẽ. Per quę dicit hic
Pet. ꝙ emergente quæſtione de duabus quartis, vt in varietate
opin. Legiſtarum ſtetur determinationi canonicæ, ĩ. de appel.
ſi duobus. de teſta. Raynutius. Contra quod arguit Hoſtien. in
Summa huius ti. de leg. j. C. de leg. & reſtringit hoc dictum, qñ
agitur de fide, vel materia ſpectante ad eccleſiam, per l. j. C. de
ſum. trini. Si tamen appareat determinatio, vel interpretatio
principis, in foro ſeculari illa ſequenda eſt ceſſante peccato.
Puto, ꝙ quamuis ordinat ius ſic adire principem ſecularem
pro declaratione dubiorum iuris ciuilis, ſi tamen non appa-
reat interpretatio principis, ſi quid reperitur ab eccleſia deter
minatum, illud eſt ſequendum in foro ſeculari: quia vnũ ius
ſupplet aliud, ſicut vna poteſtas iuuat aliã, vt xxij. q. v. admini-
ſtratores. xcvj. diſt. cum ad verum. de offi. ord. c. j. Hæc vera, in-
quantum non reperitur lex ciuilis contra: alias vtraq; ſeruabi
tur in ſuo foro, niſi in terris temporali iuriſdictioni eccleſiæ
ſubiectis, vt no. glo. in verbo, ciuilis. de arbi. lib. vj. Quintus, in
criminibus eccleſiaſticis, inter quæ ponit vſuram, & ſacrile-
gium: de qbus dixi ſ̃. c. proxi. & quos ponit Inn. de iudi. nouit.
in verbo, iuramento. Sextus, ratione cõnexitatis, vt in dote, de
do. inter vi. & vxo. de prudentia. vt quãdo queſtio dotis acce-
dit ad

dit ad matrimonium. Et idem de legitimitate, vbi illi accedit
queſtio hæreditatis. De quo dic vt in d.c. de prudentia. & qui
fil. ſint leg. cauſam. & c.lator. & in Specu. de reſcri. præſen.§.
ratione formę. ad finē. ver. item mulieri. vbi Spe. reſtringere vi
detˉ hoc ad viduas, vel vbi ſunt in terris iuriſdictioni eccleſiæ
ſubiectis. Sed de hoc dic, vt dixi in d.c. de prudentia. Poteſt di-
ci ꝙ ſi ſit oppreſſa vidua, immediate ſpectat ad eccleſiā vbili-
bet. Idem ſi ſit pauper, ſi agitur de dote, & alter eſt diues, ſi
quæſtio dotis venit incidenter ad matrimonium, cognoſcit
eccleſia: aliàs iudex ſecularis aditur. Septimus, cum denuntia
tione criminis cauſa defertur ad eccleſiaſticum, vt ſ. de iudi.
nouit. Illud intellige, vt ibi dixi. Inno. ponit hic iſtos caſus, &
ponit glo. xj.q.j. in ſumma. Aliquos ponit glo. de excep. c.fin.
lib. vj. Octauum addit Inn. quando Imperator vel iudex ſecu-
laris inuocat auxilium eccleſię, xxiij.q.v. adminiſtratores. xcvj.
diſt. cum ad verū. Octauus, quando clericus a laico, vel miſe-
rabilis perſona opprimitur a laico, xxiij.q.iij. ſi quis de poten-
tibus. ſm Inn. hic. Nonus, cum peregrinans a laico moleſtatˉ,
xxiiij.q.j. ſi quis Romipetas. de cle. pereg. c.j. Decimus, quando
laici ſunt de iuriſdictione eccleſiæ, vt in c. ſi duobus. de appel.
Vndecimus, ratione appellationis, alias adminiſtrationis aſ-
ſumptæ a clericis, lxxxix. diſt. iudicatum. Duodecimus, quādo
liberti, vel homines eccleſiarum fatigantur angarijs, vel alijs
fatigationibus, xij.q.ij. eccleſiarum. Tredecimus, quando ſecu
laris iudex eſt ſuſpectus. Hunc caſum ponit Inn. hic ꝑ hāc de-
cre. & in Auth. vt diffe. iudi.§.j. & ij. & §. pen. col. ix. vel ſi habetˉ
querela contra ipſum: quem caſum ponit Ioā. xj.q.j. in ſum-
ma. Iſtos caſus, quos ponit Io. vbi ſupra, intellige vt not. Hoſt.
de iud. nouit. quando iudex eſt caput prouinciæ, & immedia
te ſubeſt Imperatori: vt dicit dictus §. ſi vero contigerit. Alius
additur in d. Auth. vt diffe. iudi.§. iudicibus. quando locus ca
ret iudice: quia immediate ſuperior, & epiſcopus poteſt adiri
vt ibi eſt caſus. In alijs iudicibus propter recuſationem non
adiretur epiſcopus immediate, ſi aliud haberet conſuetudo
vt hic: & de his caſibus vide xi.q. in ſumma. de excep. c.fi. lib.
vj. per Gul. in Specu. de cōpe. iudi. adi.§. regulariter. in princ.
26 ¶† Vltimo glo. oppo. ꝙ ordinario recuſato ipſe cōmittat cau-
ſam, & non eligantur arbitri, contra c. ſi quis cōtra clericum.
j. de appel. cum ſpeciali. Sol. Dicit glo. ꝙ cōtrarium de iure ꝓ-
cedat: hoc procedit de conſuetudine ſpeciali. Et remittit ibi
de recuſatione ordinarij, vel delegati. Gof. intelligit hic ſupe-
riorem adiri, quando contingit receſſus a iudice appellatio-
nis, puta quia Cōſules recuſati nihilominus procedūt. Et hoc
probat litera, quæ dicit, ſicut ſuperius, &c. quaſi loquatur, qn̄
per appellationem aditur: nam ſuperius locutus eſt quando
appellationis via aditur. Vel tertio dicit Gof. hanc intelligi ſe
cundum illam, vt quod dicit, recurratur, intellige niſi cōmit-
tatur. Vel quarto ſufficit ſecularem nō poſſe cognoſcere, vt
immediate fiat trāſitus ad eccleſiaſticum, vix. n. ꝯtingeret, qn
per alium cognoſcere poſſet, vt ſ. de offi. dele. coram. Hoc nō
reſpicit contrarium, niſi inquantum litera dicit adiri Papam
vel eccleſiam. Hoſt. tenet gloſſ. quod procedat hoc conſuetu-
dine. Vel dic, quòd contraria poſſet locum habere, cum epi-
ſcopus recuſatur: hic quando recuſatur minor epiſcopo: &
hoc operatur fauor principalis iuriſdictionis epiſcopalis, &
excellentia dignitatjs.

*SVMMARIVM.*

1 *Vidua laicum coram iudice eccleſiaſtico conuenire non poteſt.*
2 *Iuriſdictionis prorogationem poteſt impedire ſuperior.*
3 *Iuriſdictionem ſibi non vendicat Papa contra poteſtatem delegandi contra laicum.*
4 *Fauor vnius non debet eſſe tantus, vt alteri præiudicet in iuſtitia miniſtranda.*
5 *Hæreditatis quæſtio eſt quid temporale, nec poteſt tractari coram iudice eccleſiaſtico.*
6 *Dotis quæſtio poteſt quandoque tractari coram iudice eccleſiaſtico.*
7 *Teſtamenti executio quando ſpectet ad eccleſiam inter puros laicos.*
8 *Reſcribere poteſt princeps ad præiudicium leue inferioris.*
9 *Iudicis ſecularis negligentia poteſt adiri ſuperior per perſonam miſerabilem.*
10 *Iudex eccleſiaſticus quomodo indiſtincte ſit competens in cauſa perſonarum miſerabilum.*
11 *Delegatus an poſsit dari in cauſa ſpectante ad cognitionem iudicis ordinarij.*
12 *Delegatus an poſsit in caſum grauaminis impetrari a Papa.*
13 *Reſcriptum contra laicum ad iudicem eccleſiaſticum impetratum a miſera bili perſona quando valeat.*

CAP. X.

1 EX tenore. ¶† Vidua laicum coram iudice
eccleſiaſtico conuenire non po-
teſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, vel in defectum
iudicis ſecularis. In prima comitis conqueſtio. In
ſecunda parte prouiſio, ibi, nos igitur. quæ tria facit, cauſam
2 reddit: ſuperſederi mandat: duos caſus excipit. ¶† No. primo,
ꝙ ſuperior habens iuriſdictionem, & aliam ſuperioritatē, po-
eſt præcipere ſubiectis ne litigent coram alio iudice non il-
lis competenti: & ſic poteſt impedire iuriſdictionis proroga-
tionem. Ad hoc ſ. de foro compe. ex tranſmiſſa. Quod eſt ve-
rum, vt dixi, quando aliter ſubiectus eſt, quam ratione nudę
iuriſdictionis. Ad hoc quod no. Inno. de iudi. cæterum. Bart. in
l.ij. ff. de iudi. & in l.j.§. & poſt operis. de oper. noui nun. Vide
quid in clerico voluntarie litigante coram laico: quia eccle-
ſiaſticus ipſum repetere poteſt, de ſenten. excom. ſi iudex lai-
cus. lib. vj. Io. An. in verbo, repetat. & de ſenten. excom. relatū.
Hæc vera in laico, niſi ex conſuetudine adeatur clericus, vt
no. Spe. in tit. de compe. iudi. adi.§.j. ver. ſed pone. ſub ver. xxx.
3 & vide eo.§. ver. viij. ¶† No. ſecundo, ꝙ principaliter Papa nō
vendicat ſibi iuriſdictionem, & contra poteſtatem delegandi
cōtra laicum, etiā ad petitionem viduę, & ſic miſerabilis per-
ſonæ: ſed demū in defectu negligentiæ iudicis ſecularis. ¶ No.
tertio, ꝙ talis declaratio contra laicum ad petitionem miſera
bilis perſonæ non eſt ipſo iure nulla, ſed in pendenti, vt ſuſci-
4 tetur ad negligentiam iudicis ſecularis. ¶† Nota quarto, ꝙ ad
petitionem fauorabilis perſonæ, & miſerabilis, non debet al-
teri iniuſtitia miniſtrari: & ſic fauor vnius non debet eſſe tan
tus vt alteri præiudicet in iuſtitia miniſtranda. ¶ Nota, ꝙ co-
mes & dominus, eo quod dominus habet iuriſdictiouem, vi-
de de offi. Arch. c.fi. de iureiur. nimis. qui fil. ſint legi. cauſam.
5 & c.lator. & de hære. ſtatutum. & c. inquiſitionis. lib. vj. ¶† Op
po. primo, mandat Papa ſuperſederi, niſi cum ſpectet ad eccle
ſiaſticum forum, innuit cauſam hæreditatis ſpectare poſſe ad
eccleſiaſticum forum. Hoc eſt falſum, quia hæreditas quid tē
porale eſt, nec poteſt aliquo reſpectu ſubmitti iudici eccleſia-
6 ſtico, qui fil. ſint legi. cauſam. & c.lator. † Solu. Dicit ꝙ hic erat
quæſtio hæreditatis, id eſt, rei hęreditariæ in dotem conceſſæ:
& ſic erat quæſtio de dote, quia res erat ſibi in dotem legata,
vel ſucceſſione delata, quæ poteſt deduduci aliquo caſu corā
iudice eccleſiaſtico, argu. ff. de iudi. l. quod legatur. Dos enim
poteſt intelligi hæreditas mulieris, quia ſuum patrimonium
appellatur, ff. de mino. l. iij.§. ſed verum. in fi. de qua poteſt ex
cauſa cognoſcere, j. de do. inter vi. & vxo. de prudentia. maxi-
me quando vidua repetit, eod. tit. nuper. De hoc dic vt d.c. de
prudentia. Item ratione teſtamenti poteſt ſpectare ad eccle-
7 ſiam, j. de teſta. tua nobis. ¶† Nota hoc dictum, ꝙ executio te-
ſtamenti ſpectat ad eccleſiam inter puros laicos, non ſolum
quando agitur de diſpoſitione legati, ſed etiam quando agitˉ
de diſpoſitione inſtitutionis, ex qua tota defertur hæreditas.
quod bene no. Alias fatendum quod regulariter etiam ſe nō
intromittitˉ de hæreditate. Quod dic vt j. qui fil. ſint legi. cau-
ſam. & c.lator. Ideo dicit, niſi ſit talis cauſa, &c. ſecundum
Hoſt. Et ſic poteſt ad eccleſiaſticum iudicem pertinere de iu-
8 dice. Item poſſet ad ipſum pertinere de conſuetudine. ¶† Op.
quòd poſſit princeps alteri inferre iniuſtitiā fauore alterius,
C. de preci. Impe. offe. l. quoties. Nam aliqn̄ reſcribit ſuperior
ad præiudicium inferioris, vt no. de conſti. quæ in eccleſiarū.
Sol. Poteſt ad prçiudiciū leue, ſed non ad graue, de deci. ſugge
ſtum. ſecundum Vin. & Phil. Idem Gof. Nam poſſet concede-
re priuilegium non inferens prçiudicium enorme, per eadē
iura, ſecundum Gofr. Nam inde naſci non debent iniuriæ, de
accu. qualiter. Simile no. Archi. ij.q. vj. non ideo. Quod intel-
9 lige vt dixi ſ. c. proxi. ¶† Opp. quarto, ꝙ nòn immediate negli
gente ſeculari, vt comite, habeatur recurſus ad Papam: quia
prius debet adiri ſuperior, vt Imperator, arg. de iud. nouit. qđ
not. ſupra c. proxi. Solu. Pet. & Abb. dicunt, ꝙ tex. caute dicit,
per iudicem ſecularem, &c. & non dixit, per comitem: quaſi
non ſufficiat negligentia comitis perſonaliter, ſed exigatˉ ne-
gligentia etiam aliorum iudicū, & Imperatoris, & cuiuſcūq;.
Idem no. Arch. ij.q. vj. non ita. Sed de hoc dic vt j. c. proxi. quia
ſufficit negligentia immediati, ex quo perſona eſt miſerabilis,
quia ex negligentia miniſtratæ iuſtitiæ ſatis opprimitur: quo
10 caſu immediate pōt. ¶† Op. ſm glo. ij. ꝙ cauſa viduarum im-
mediate ſpectet ad eccleſiam, infra eo. ex parte B. xxiiij.q.v. ad
miniſtratores. Solu. Dicit glo. quo ad protectionem ſpectat ad
eccleſiam cā miſerabilium perſonarum. Item quo ad defen-
ſionem, vt d.c. adminiſtratores. Quo ad iuriſdictionem autē
Glo. dicit, ꝙ ſi perſona eſt miſerabilis, & oppreſſa, quia illi in-
fertˉ iniuria vel uiolētia, hoc immediate ſpectat ad eccleſiam,
j. eo. ex parte B. Si nō eſt oppreſſa, ſpectat demum in ſubſidiū:
Si nō eſt miſerabilis, non ſpectat cā ad eccleſiam inter laicos,
niſi in caſibus, quos glo. iſta ponit, & ſequens, & de alijs remit
tit. Sed poſito ꝙ miſerabilis perſona immediate non ſpectet
ad eccleſiā, ſed in ſubſidium, ſm hoc in miſerabilibus ꝑſonis
nō erit aliqua dr̄ia: cum & hoc ſit commune oībus, vt negli-
gētę ſeculari adeatˉ eccleſiaſticus, vt ſ. eo. ex tranſmiſſa. & c. ꝑ-
cedenti. Io. An. remittit ad gl. c. eos. lxxxvij. diſt. vbi Io. format
contrarium, & ſoluit, quod dato ꝙ miſerabiles perſonæ ſub-
mittantˉ iudici eccleſiaſtico, non abſtrahuntˉ ꝑ hoc a poteſta-
te iudi-

te iudicis ſecularis. Hoc nihil eſt dicere. Sed aduerte, quædã ſunt miſerabiles perſonæ, & oppreſſæ: quædam miſerabiles, ſed non oppreſſæ, nec pauperes: quædam ſunt perſonæ non miſerabiles. Si miſerabilis eſt oppreſſa, ſtatim eſt ſub foro eccleſiaſtico, & immediate abſque alia negligentia. & hic habes vnam differentiam, quia non miſerabilis non ſubmittitur niſi in caſibus & in ſubſidium, quantũcunque ſit oppreſſa. Si eſt miſerabilis & non oppreſſa, ſed pauper: idem, quia immediate ſubmittitur iudici eccleſiaſtico, vt coram illo agere poſſit, vt no. de offi. deleg. ſignificantibus. & ſ. c. proximo. quod non eſſet in non miſerabili: niſi dicas ꝙ paupertas ſemp̱ facit quẽ miſerabilem, vt no. in d. c. ſignificantibus. Si ſit perſona miſerabilis, nec pauper, nec oppreſſa, hæc ſubmittitur, vt adire poſſit eccleſiam immediate, negligente quocunque iudice ſeculari: ſed non ſubmittitur non miſerabilis niſi omnibus ſecularibus negligentibus. Et ex hoc concluduntur tres, vel quatuor differentiæ inter miſerabilem, & non miſerabilem. Prima, ꝙ vbi in miſerabili occurrit qualitas oppreſſionis, vel paupertatis, eſt immediate eccleſia ſubiecta: quod non eſt in non miſerabili. Secunda, quia non miſerabilis licèt ſit ſub habitu iuriſdictionis eccleſię, non eſt ipſo iure ſub exercitio: ſed miſerabilis eſt ſub poteſtate & exercitio, licet ſuſpenſo. Ex hoc datur tertia, quia eo ꝙ negligit quicunque ſecularis, miſerabilis adit eccleſiam, vt hic. Sed non ſic in nõ miſerabili, quia oportet omnes negligere. Quarta ex hoc ſurgit differentia, quia delegàtio eccleſiæ inter non miſerabiles eſt ipſo iure nulla, vt in c. præcedenti: inter miſerabiles autem valida, & in pendenti, vt hic. ¶ Aduertendum tamen, inquantum dixi miſerabilem ſubmitti iudici eccleſiaſtico, congruum eſſet loqui, id eſt lædens miſerabilem. Nam ipſa non ſubmittitur, ſed lædens: vnde ſi ipſa vellet agere coram iudice ſeculari, quia per hoc non impediretur. Item ſi miſerabilis conueniretur, poſſet conueniri coram ſeculari: quia per hoc nõ abſtrahitur a iuriſdictione ſeculari. Et ſic debet intelligi Ioan. lxxxvij. diſt. eos, qui. Per hoc credo, quòd iudicium agitatur ad petionem miſerabilis non oppreſſæ, vel pauperis contra purum laicum valeret, niſi opponeretur, etiam non data alia prorogatione: ſed agitatũ ad petitionem non miſerabilis contra laicum nulla data prorogatione, eſſet ipſo iure nullum. Et hoc eſt tenendum, inquãtum agitur de protectione iuriſdictionali: inquantum de protectione cõfugientium ad eccleſiam, vt ibidem defendantur, non eſt differentia inter miſerabilem, & non miſerabilem, vt patet de immun. eccleſi. per totum. & d. c. eos. Nec obſtat de offi. deleg. ſignificantibus. vbi iudicium eſt nullum etiam ad petitionem miſerabilis: quia illud operata eſt pronuntiatio, quæ elidibile facit nullum, de offi. deleg. iudex. lib. vj. ff. de fideiuſ. l. vt fideiuſſores. Nec obſtat ſi dicas, hic agebatur pro hęreditate, & ſic erat oppreſſa: quia, vt dicunt Doct. agebatur petitorio: quod patet, quia ipſa mulier dicebat hæreditatem ſuam, ut patet ibi, ſuper hęreditate ſua, id eſt quam dicebat ſuam in totum, vel in parte. Per quę dicebat Pet. & Abb. quòd
11 mulier agebat petitorio. ¶ † Oppo. quod negligente iudice ſeculari non reaſſumat iuriſdictionem eccleſiaſticus ad petitionem miſerabilis: quia in reſcriptis attenditur tempus datæ, ſupra, de reſcrip. eam te. eo. ti. ſi eo tempore. lib. vj. & in clement. literas. eo. tit. illo tempore literæ ſunt nullæ, ex quo non adeſt negligentia ſecularis, ſupra, capitu. proximo. ergo ex poſtfacto validari non poſſunt, vt in regula, non firmatur, de regul. iur. lib. vj. & ſupra, de electio. dudum. Gloſſ. dicit literas datas ab eccleſia non fore nullas inter laicos, ſed in pendenti ad negligentiam iudicis ſecularis: & ſic non datur totalis defectus iuriſdictionis, ſed dormit interim iuriſdictio: ſicut in iudice, a quo eſt appellatum, vt infra de appel. paſtoralis. Et confirmat per ſimile: quia videtur data iuriſdictio ſub conditione, ſi negligit iudex ſecularis: ſicut data videtur cauſa principalis, & iuriſdictio quo ad illam iudici appellationis ſub conditione, ſi iuſtificetur appellatio, de appel. vt debitus. Et quòd reſcriptum poſſit eſſe in pendenti, facit de reſcrip. ſin autem. & c. plerunque. Ad obiecta reſponde, quòd aliud eſt, actum omnino non valere, & non conualeſcit: aliud valere, & eſſe in pendenti, & conualeſcit, vt hic. Et dat multa ſimilia actum eſſe poſſe in pendenti. Hanc opi. glo. tenuit Hoſtien. ſupra c. proximo. vt etiam inter puros laicos, etiam non miſerabiles, valeat impetratio, ſed ſit in pendenti ad negligentiam iudicis ſecularis. Ad hoc, quia inter puros laicos eccleſia habet habitum iuriſdic. Niſi ergo opponatur, valet quod agitur: & ſic deducit in pendẽti, vt not. ſupra c. proximo. Dic, quòd eccleſia in laicos puros non miſerabiles non habet iuriſdictionis habitum, ſed interdictum, xcvj. diſtin. cum ad verum. cum ſimil. quod interdictum inficit ipſo iure iuriſdictionem, ſicut in duobus delegatis ſine clauſula, de offi. deleg. prudentiã. lib. vj. Sic in archiepiſcopo ante appellationẽ actu interiectam a ſubiecto ſuffraganei, de offi. ordi. Romana. lib. vj. §. j. Antequam ergo detur negligentia, iuriſdictionis exercitiũ eſt interdictum, & ſic nõ valet quod agitur: ſed in miſerabili eccleſia habet habitũ, & exercitium non interdictum, ſed ligatũ, aut ſuſpẽſum in euentum negligentiæ: vel, vt melius loquar, ſuſpendendum in defectum negligentiæ: ideo valet quod interim agitur, niſi opponat̃: & ex hoc concluditur, quòd literę ſunt in pendẽti, ſi tranſeant, quòd non opponatur ad euentum negligentiæ iudicis ſecularis: ſuperueniente ergo negligentia conualeſcunt, vt p̱ eas poſſit procedi, dummodo ceſſet ſurreptio. Sed ſi fuiſſet ſurreptio a principio, vt quia impetrans tacuiſſet negligentiã iudicis ſecularis, & proceſſum: vel expreſſiſſet negligentiam, vbi non eſſet, licet litera valeret, quia ſurreptio non vitiat ipſo iure, poſſet de ſurreptione opponi: quia licèt ſuperueniente negligentia validentur contra vitium defectu poteſtatis, non validantur contra vitium ſurrepti, quia in tali offenditur tẽpus datæ. Vel ſecundum Inno. habet in illas miſerabiles habitum & exercitium, ſed exercitio non vtitur de gratia, niſi in defectum iudicis ſecularis, vt hic: hęc procedunt in caſu negligentiæ. Vbi autem iudex ſecularis non negligit, ſed procedit, & grauat, delegati ſe non intromittunt, cum hic velit ſolam negligentiam ſuppleri, ſecundum Vin. Pe. Egid. & Ab. ad hoc ſupra eodem, ex tranſmiſſa ibi, diſtulerat. adeat ergo Papam vt ſuperiorẽ. Idem tenet Arch. ſecunda quæſtione vj. nõ ideo. Hoc puto verum quando iam delegatus erat ad petitionem miſerabilis: & per hoc quod grauetur delegatus, non fuit impetratus in appellationis cauſa, ſed fuit delegatus in princi-
12 pali. ¶ † Sed nunquid in caſum grauaminis poſſit impetrari delegatus Papę ad petitionem miſerabilis, eſt magis dubium. de quo dic vt dixi ſupra, capitu. proxi. In nõ miſerabili autem procederet quod dicunt, etiã ſi poſt grauamen impetraret: quia iuriſdictio tali caſu non deuoluitur, niſi aliud habeat conſuetudo, ſupra capitu. proxi. In miſerabili autem, quia ſatis opprimitur, cum grauatur, appellari poſſet eccleſia, & Papa. Quod eſt verum, vbi appellat ab interlocutoria, vel diffinitiua, ſaltem ob grauamẽ iudicis. Vbi autem iudex eſt ſuſpectus, miſerabilis perſona an ſtatim poſſit adire eccleſiaſticũ, vide Io. xj. quæſtione prima, in ſumma. ¶ Vltimo cum Calde. ponam hic concluſionem: quia concludit, an literæ contra laicum ad iudicem eccleſiaſticum impetratę valeant, vel nõ: an vero ſint in pendenti, ita quòd ſi iudex ſecularis poſtea ſit negligens, per eas poſſit procedi. ¶ Dicit, ſi conſuetudo loci approbat tales literas, valent, ita quod incontinenti per eas poteſt procedi, vt ſupra eodem. ſi clericus. ad hoc ſupra titu. primo, nouit. Si in locum, vbi ſunt impetratæ, non eſt talis cõſuetudo, excludendo caſus non dubios, in quibus principaliter ſpectat ad eccleſiam, dic vbi cauſa natura ſui ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, caſus eſt ſine dubio, ſupra eod. cũ ſit. & c. conqueſtus. de verborum ſignificatio. ſuper quibuſdam. de exceptio. capitu. ſecundo, lib. vj. Item ſi locus eſt in temporali iuriſdictione eccleſię, de iura. calum. cum cauſam. de appell. ſi duobus. de teſta. Raynaldus. ne cle. vel mo. capi. vlti. lib. vj. Item ſi vacat Imperium, & ſpectat cauſa ad Imperatorem, ſupra capitu. proxi. Item ſi ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ, quãdo cauſa eſt miſerabilis perſonæ pauperis, de officio deleg. ſignificantibus. vel oppreſſæ, vt quando eſt ſpoliata: & ſic agit̃ poſſeſſorio, infra cap. ex parte B. Item valent, quãdo ſunt poſt iudicis ſecularis negligentiam impetratæ, vt ſupra capit. proximo, ibi, dummodo. Quod intelligo, quando impetrantur a Papa, etiam negligentę quocũque iudice nõ recognoſcente ſuperiorem. Et ſic intelligo Cald. & dicit expreſſe hic Vin. Pe. & Abb. ſuper fin. vlti. glo. Item ſunt caſus, in quibus nullo modo valent, vt quando perſona non eſt miſerabilis, & ſecularis iudex non eſt negligens nec a principio, nec ex poſtfacto: vel eſt negligens ex poſtfacto, ſed non fuit a principio: quo caſu dicit Cald. quod literæ non valent, ſaltem exceptione oppoſita, vt ſupra c. proxi. in prin. Et quod ibi dicitur, dummodo: intelligit Calder. de literis poſt negligentiam impetratis. Item non valent, quando ſunt ſurreptitiæ, vt quia dicunt ſecularẽ negligentem, vbi non eſt: vel tacent ſecularem diligentem, vbi eſt, ſiue ſit miſerabilis perſona, vel non: & tunc non poterit per eas procedi, ſaltem exceptione oppoſita, infra eodẽ, ex parte B. maxime non valent, quando iam ſecularis proceſſit, & non ſit mentio de proceſſu, de reſcrip. ſuper literis. & ca. dilectus. & ſupra, de re iudica. inter monaſterium. Item ſunt aliqui caſus, in quibus literæ ſunt in pẽdenti, vt quando ſunt a non miſerabili perſona impetratæ ſub conditione, ſi ſecularis ſit negligens: quo caſu valebunt, & erunt in pendenti, donec ſit negligens, & ab illo tempore poterit per eas procedi, vt hic, & ſupra, eodem, ex tranſmiſſa. tem ſunt in pendenti, quando in petitorio ſunt impetratæ a miſerabili perſona: quia pendẽt, quouſque ſecularis fuerit negligens, vt hic. Et hæc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicem laicum ſibi clericus non poteſt conſtituere, etiam ſi proprium iuramentum aduerſarij procedat.*

2 *Renun-*

2 *Renuntiatio roboratur ex conſenſu eius, ad cuius commodum ſit.*
3 *Renuntiare non poteſt clericus priuilegio fori ſui. 18.*
4 *Renuntiari non poteſt iuri publico. 9.*
5 *Clericum trahens extra forum eccleſiaſticum qua pena plectatur. 13.*
6 *Prohibitum id eſſe videtur a iure, cui pena eſt impoſita.*
7 *Iuramentum contra prohibitionem legis non eſt obligatorium. 31.*
8 *Renuntiare non poteſt iuri collegij particularis perſona de collegio.*
9 *Excommunicatus eſſe non videtur, qui eſt a commune prohibitus.*
10 *Doctor in conſulendo, vel opinando, debet pro ſua opinione ſuſtinenda dicere quod talis doctor, vel glo. ſic tenet.*
11 *Iuriſdictio poteſt conſenſu vtriuſque partis laici prorogari.*
14 *Clericus citatus coram iudice ſeculari, qui non comparet priuilegium allegaturus, an perdat priuilegium exceptionis fori declinandi.*
16 *Renuntiare quando quis non poteſt iuri pro ſe, & in eius fauorem introducto.*
17 *Pacto an poſſit induci, vt ſtetur vnius dicto, vel partis iuramento.*
18 *Renuntiatio quælibet etiam iurata, quomodo, & quibus caſibus non obliget.*
19 *Renuntiari non poteſt beneficio reſtitutionis in integrum.*
20 *Clericum tranhens coram iudice incompetenti an perdat cauſam.*
21 *Clericum qualiter dicatur quis trahere coram iudicc ſeculari.*
*Litem non dicitur quis conteſtari.*
22 *Pęna perditionis cauſæ puniatur, qui clericum trahit coram iudice incompetenti.*
23 *Communione priuatus, vel ab illa alienus, quibus videatur eſſe excluſus.*
24 *Excommunicatio minor priuat quem ſacramento.*
25 *Clericum trahens coram ſeculari non punitur, ſi volens trahatur. 27.*
26 *Sententia lata contra clericum non inuitum tractum coram iudice ſeculari an valeat, vt ex ea poſsit clericus condemnatus compelli.*
27 *Pœna perditionis cauſæ quod puniatur trahens clericum inuitum coram iudice ſeculari, cui ſit applicanda.*
28 *Prorogare iuriſdictionem iudicis laici, an tacite poſsit clericus.*
29 *Clericus ſcholaris ſubmittens ſe magiſtro ſuo, intelligitur ſi magiſter ſit clericus.*
30 *Iuramentum an teneat tanquam acceſſorium, vbi non tenet principale.*
32 *Clericus declinans iuriſdictionem quòd ſtatuto puniatur, ſi trahatur corã iudice incompetenti, quomodo debet declinare forum.*


## CAP. XII.

1 SI diligenti. ¶† Clericus non poteſt ſibi conſtituere laicum iudicem, etiam
ſi proprium iuramentum, & aduerſarij conſenſus
accedat. hoc dicit. ¶ Diuiditur in tres partes. In pri
ma ponitur falſa opinio archiepiſcopi Piſani. Se-
cundo, ipſius impugnatio. Tertio, concluſio. Secunda ibi, im-
2 memor. Tertia ibi, manifeſte. ¶† Nota regulam, licitum eſſe
cuilibet ſuo iuri renuntiare: & ꝙ renuntiatio roboratur ex cõ
ſenſu eius, ad cuius commodum fit renuntiatio: & hoc quia
tranſit in vim pacti. Ad hoc quod no. in l. prima, C. de pact. &
quod dixi de pact. cum pridem. gloſſ. in l. fina. C. de tempo. ap-
3 pell. & quod not. in l. in plurium. de acquiren. hæredi. ¶† Not.
ſecundo, quòd priuilegio fori, quo clericus eximatur a iuriſ-
dictione eccleſiaſtici, & ſubmittatur ſeculari, quis non poteſt
renuntiare. Quod eſt verum in quolibet clerico, & in quocun
que ordine conſtituto. Ad quod ſupra eodem, cum nõ ab ho-
mine. ſecundum Ioan. And. ¶ Et no. quòd tale pactum, vel re-
4 nuntiatio non poteſt iuramento firmari. ¶† Nota tertio regu
lam, quòd iuri publico vel introducto principaliter propter
fauorem publicum, licèt concernat vtilitatem priuatam, non
poteſt renuntiari: nec renuntiatio poteſt iuramento firmari,
maxime quando ius eſt prohibitorium: quia tunc iuramen-
5 tum non eſt obſeruabile abſque interitu ſalutis æternæ. † No
ta pœnam trahentium clericos coram iudice ſeculari in ciui-
li, vel criminali, & pęnam permittentium ſe trahi, quæ eſt ex-
6 preſſa in textu. ¶† Nota, quòd omne, cui eſt pęna impoſita, vi
7 detur a iure prohibitum: † & quod iuramentum contra pro-
hibitionem legis non eſt obligatorium, inquantum firmat fa
8 ctum vt obuiet legi. ¶† Nota, quòd iuri collegij particularis
9 perſona de collegio renuntiare non poteſt. ¶† Not. quòd per
hæc verba, A communione habeantur alieni. non promulga
tur excommunicationis ſententia. de quo dic vt dixi ſupra, de
10 iudi. capitu. primo, de appell. præterea. ¶ † Nota modum lo-
quendi Iureconſultorum, vt de opinionibus ſuis dicant, ſic te
11 nui: vel ſic teneo: vel talis doctor ſic tenet, vel talis glo. ¶† Op-
po. j. quòd ex conſenſu vtriuſque partis poſſit clericus ſe ſub-
mittere iuriſdictioni alterius, ff. de iudi. l. ſecunda. Sol. hic fuit
vna cauſa, quę mouit archiepiſcopum, quia ſibi videbatur, ꝙ
conſenſu vtriuſque partis prorogaretur iuriſdictio laici, quæ
vtriuſque partis conſenſum exigit. Goff. exponit præſertim, ꝓ
tantum. Solu. Dicit Hoſtien. quòd quantum ad renuntia-
tionem iuris, vel prorogationem iuriſdictionis non intelligit
quod conſenſus aduerſarij aliquod operetur, hoc excepto, ꝙ
aduerſa pars non tenetur litigare, niſi & ipſa conſentiat corã
extraneo iudice, cuius eſt iuriſdictio prorogata, ff. de iudi. l. j.
& ij. ſecundum Hoſtien. ſed quo ad caſum nec etiam vtriuſq;
partis conſenſus poteſt operari, vt laicus iudex clerici efficiat:
12 quia hoc modo iuriſdictio eſt improrogabilis. ¶† Opp. quòd
poſſit quis renuntiare priuilegio ſuo, & conceſſo vniuerſitati,
j. eodem, dilecti. Dicit hic Pe. quòd iuriſdictio perſonali etiam
collegiato renuntiare poteſt. Et ſic intelligitur regula, quæ di-
cit, quẽ poſſe ſuo iuri renuntiare, ſed iuri ſuo collegiato, ſi eſt
conceſſum collegio vt collegio, vel vniuerſitati vt vniuerſita-
ti, renũtiare non poteſt per ſingulos, etiam ad incommodum
ſingulorum, vt hic: ſed vbi eſt conceſſum vniuerſis vt ſingulis,
vt fuit Anglicis in d. c. dilecti. poteſt renuntiari per ſingulos, vt
ibi, ſecundum Pe. Et dicitur conceſſum ſingulis, vt puto, licet
ſub nomine collectiuo concedatur, quando ius cõceſſum cõ-
cernit vtilitatem ſingulorum, nec ex oppoſito priuilegij ali-
qua infertur iniuria aut vituperium vniuerſo: alias dicitur cõ
13 ceſſum collegio vt collegio. ad hoc ff. de re. du. l. ciuib⁹. † Quę-
ro, an laicus ſi trahat clericum coram iudice ſeculari, cadat
in aliqua pęna? Dic ꝙ ſic: quia perdit cauſam, vt in auth. ſta-
tuimus. C. de epiſ. & cle. cuius tenorẽ ſuperflue ponit hic Ioã.
An. & putat Gul. hanc pęnam locum habere in eo, qui trahit
clericum coniugatum gaudentem priuilegio clericali: qđ qñ
gaudeat, declaratum eſt hodie, j. c. vnico. de cle. coniu. lib. vj. &
hoc no. in Spec. de compe. iudi. adi. §. j. ver. ſed nunquid. & ver.
14 ſeq. ¶† Quæro, an clericus citatus coram iudice ſeculari ſi nõ
cõpareat allegaturus priuilegium ſuũ, valeat proceſſus ɔ̃ eũ
habitus. Dicit hic Io. And. ꝙ nõ. Ad quod facit qđ no. C. vbi de
cri. agi opor. l. j. vult allegare auth. qua in prouincia. qa ibi nõ
faciunt aliqd, licet modicũ: de quo remittit ad Spe. de cita. §.
j. & xxxiij. q. viij. conuenior. ver. vtinam. de quo Io. An. remittit
ad regulã, ſcienti. de regul. iur. lib. vj. Io. in d. c. conuenior. dicit
ꝙ aliqui dicunt, ꝙ ſi eſt dubium an ſit clericus, tenet̃ ire allega
turus priuilegiũ: alias non. Indiſtincte tenet, ꝙ comparere nõ
arctet̃, xj. q. j. nullus clericus. id eſt, quia nõ põt citari, & ſic cõ-
parere nõ arctatur: qđ ɔtingit priuilegio perſonę. Et pro hoc
facit, qđ no. iij. q. ij. ſi epiſcopus. & ij. q. j. c. ij. ff. de fer. l. j. de accu.
veniẽs. ad quod no. de dila. præterea. Lau. tenet indiſtincte, eũ
rumpere debere allegaturus priuilegium ſuum, xj. q. j. nullus
clericũ. j. Primam opinionem, ꝙ citatus venire nõ teneat̃, nec
valeat proceſſus cõtra eũ, tenet Arch. xv. q. iiij. placita. quia iu
re cõi clericus non eſt ſub iuriſdictione laici, & in eum fundi-
tus nõ habet iuriſdictionẽ: & ſic non eſt tale priuilegiũ, qđ te
nentur allegare coram iudice. quaſi dicat, certus debet eſſe iu
dex. Hæc ratio procederet, qñ iudex eſſet certus de clericatu.
Et hoc tenet Spe. in ti. de cita. §. j. ver. ſed pone. ad fin. Arch. di-
cit liiij. diſt. frequens. ꝙ poterit ſummatim cognoſcere an ſit
iudex: ſed ſtatim cum partes hic contentioſe diſceptare inci-
piunt, deſiſtere debet. Et dicit, ꝙ fuit dictum Vinc. de deci. tua.
de quo faciam mentionem in cap. tuam. de ordi. cogni. Ioan.
And. in regula, ſcienti. ad fin. q. de regu. iuris. lib. vj. concludit
clericum comparere non teneri: & ſi non compareat, non va-
leret proceſſus nec in principali, nec in pęnam contumaciæ.
Aſſignat cauſam, quia citans nullo modo poteſt eſſe iudex
nec in principali, nec in incidenti: non arctatur ergo compare
re citans. Ad hoc de ſenten. excommunica. ſi iudex laicus. lib.
vj. Hoſtien. autem in Summa huius tit. §. j. verſi. lxxxj. §. item ra
tione priuilegij. concludit, quòd ſi cauſa talis allegetur, per
quam iuriſdictioni ſubmittitur laici clericus, vt quia allega-
tur cauſa feudalis, debet comparere allegaturus priuilegiũ: ſi
nulla allegetur, vel talis, per quam clericus non cõcluditur
ſub iuriſdictione iudicis ſecularis: tunc comparere non tene-
tur. Tene primum, quia propter dubium etiam cauſæ defe-
rentis cauſam ad iudicem ſecularem, quamquam cognoſce-
re poſſit an ſit iudex, non per hoc ſubmittitur iudici ſeculari
quo ad principalem cauſam: & hoc eſt certum, nec etiã quo
ad actum multiplicandi: & hoc, quia contumacia eſt delictũ,
& pœna eius eſt pœna delicti, nedum ciuilis, imo criminalis,
vt no. in rubrica, C. de cri. ſtel. igitur &c. de cle. coniug. c. j. lib.
vj. & no. ſupra c. verum. & j. de mu. peti. c. j. Per quæ patet, regu
lam l. ſi quis ex aliena. procedere, quando iudex quis non eſt,
eſſe tamẽ poteſt, ſaltem in hoc an ſit iudex: vbi nõ eſt, nec eſſe
poteſt dubium, non facit quem iudicem: nec tunc pronuntia
tio, per quam ſe iudicem pronuntiaret, faceret eum iudicem:
quia ſententia nihil poteſt contra impoſſibile, l. j. in fin. ff. quæ
15 ſenten. ſine app. re. ¶† Venio ad glo. oppo. ꝙ iuri publico renũ
tietur. ff. de pactis. l. paciſci. & l. pactum inter hæredes. l. j. §. j. ff.
a qui. appel. non li. Nam licet ediles mihi dent vt agere poſ-
ſim pro animali morboſo: tamen renuntiare poſſum. Ad hoc
multa ſimilia allegata in gl. Glo. hic ponit tres regulas. Prima
affirmatiua, Iuri priuato ẽt conceſſo a iure cõi, prout concer-
nit vtilitatẽ priuatam tm̃, & non publicam, nec alterius vtili-
tatẽ, nec odiũ, renũtiari poteſt, vt in allegationibus factis ĩ cõ
trariam partẽ. Scđa regula, Iuri cõcernẽti fauorem publicum
principaliter,

principaliter, vel alterius vtilitatem, quàm renuntiantis, re-
nuntiari non poteſt. Tertia regula, Vbi ius concernit alterius
commodum, & eſt fundatum in totum alterius odio, vel mi-
ſtum ſuper fauore renuntiantis, & odio alterius, renuntiari
non poteſt. Ratio iſtarum regularum eſt, quia renuntiatio or
dinatur ad id tollendum, quod eſt in renuntiante. Inquãtum
ergo radices habet in alios, vel alterius odio, a renũtiante tol-
16 li non poteſt: & hoc de regulis. ¶ † Materiam hic ponit Ioan.
Andr. & recitat diuerſas opinio. ponit eam Cyn. & Barto. in l.
penult. C. de pactis. & Bart. & But. & alij in l. ius publicum. ff.
de pactis. Proſequar materiam per regulam, & caſus, ne inuo-
luam intellectum in diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus. Re
gula ſit, quod iuri pro ſe inducto quis regulariter renuntiare
poteſt, infra, de regula. ſtatuimus. & in concord. poſitis hic. Fal
lit primo, ſecundum Cald. in iure naturali, vt eſt ius agnatio-
nis, & cognationis: nam illud pacto tolli non poteſt, ff. de reg.
iuris. l. iura ſanguinis. & l. ius agnationis. ff. de pactis. Non in
hoc includo ius gentium, licèt aliquando naturale appellet̃,
j. diſtinctione. ius gentium. Nam iuribus de iure gentium quę
ſitis renuntiari poteſt, ff. de acquirenda poſſeſſio. l. ſi quis vi. §.
differentia. Non includo etiam ius quaſi naturale, inquantũ
concernit commodum proprium tantum, vt eſt ius legitimę,
quæ debetur ex quodam naturali inſtinctu, vt l. ſancimus. C.
de nup. vbi Cyn. & not. in regula, indultum. de regulis iur. lib.
ſexto. & not. in l. Titio. §. Titio genero. ff. de condit. & demon.
Fallẽtiam ꝓbat ratio, quia naturalia iura immutabilia ſunt,
5. diſt. per totum. & §. his ita. 6. diſtinc. Ideo non poteſt quis re-
nuntiare ſimplici renuntiatione iuri libertatis, non intercedẽ
te alia ſolennitate, ff. ad legem Aqu. l. liber homo. de libe. cau.
l. nec ſi nolens. Inſti. de iure perſo. §. ſecundum. ſecundum Cy.
in l. fin. C. de pactis. Et ſic ratio alia: quia talia, vt a natura, non
ſunt in hominis libera facultate, & poteſtate, ſecundum Cyn.
ibi. Fallit ſecundo, etiam quando ius eſt poſitiuum, ſed diſpo-
nit circa aliquam ſolennitatem actus agendi: quia nemo põt
facere, quin leges quo ad ſolennitatem habeãt locum in acti
bus ſuis, ff. de legatis j. l. nemo poteſt. l. j. §. ſi quis ita. de verbo.
obliga. l. prolatã. de ſent. exc. 2. q. j. diffinitiua. not. in l. compa-
rationes. C. de fide inſtru. Si enim volo renuntiare ſolennitati
requiſitæ in teſtamento, vel in iudicio, vel alio actu, non poſ-
ſum: & per hoc non poteſt quis renuntiare neceſſitati præſtã
ti iuramentum calumniæ, nec quod libellus nõ offeratur. no.
de offi. delega. de cauſis. de libel. obla. c. j. per Innocen. per glo.
in c. fi. de re iudica. lib. 6. & in cle. fin. in glo. fin. de verb. ſign. in
cle. Notat etiam Ioan. Andr. hic. Et his duobus caſibus ſatis
puto iuramentum nihil operari, quia præbetur in non depen
dentibus a poteſtate iurantis. Et ex hoc patet quare interlocu
toria non valet, per quam pronuntiatur procedendo abſque
iuris ordine, ſupra, de iud. exhibita. quia interlocutoria ſuper
iure non renuntiabili non tranſit in rem iudicatam, de re iu-
di. lator. & c. conſanguinei. Fallit tertio, quando ius non eſt ap
probatum. alias approbabile: ſed fas quoddam eſt, vel compe
tens ratione facilitatis cuiuſdam, vt eſt ius vię, & eundi per viã
publicam, ff. de via publica. l. viam publicam. ius teſtandi, ius
teſtificandi, &c. & ſimilia. Per hoc dicunt hic Docto. quod
non poteſt quis renuntiare facultati probandi per teſtes: &
dicunt non valere pactum, per quod quis paciſcitur, vt aliter
probare non poſſit, niſi per inſtrumenta. & no. gloſſ. in Auth.
ut ma. debi. §. quia vero. coll. 7. ubi de hac materia. Et hoc,
quia hic teſtificandi vtilitas eſt communis. Authenti. de teſti.
in princi. nec debet anguſtari, C. de hæret. quinimo debet im
pinguari, & dilatari, C. de re. cred. l. generaliter. in princi. nec
ad vnam ſpeciem coarctari, ff. de teſt. l. 3. infra, de prob. in præ
ſentia. & de re iudica. ſicut. de quo ibi, & per Cyn. in l. ſi quis
17 in conſcribendo. ¶ † Nunquid autem pacto induci poſſit, vt
ſtetur iuramento partis, vel dicto vnius, vide Barto. in l. Theo-
pompus. ff. de dote prælega. & in l. fina. ff. de præto. ſtipula. vbi
plene. & per Cy. C. de epiſ. & cleri. l. ſi quis in conſcribendo, &
dixi de dolo. c. finem. Fallit quarto, quando ius eſt approba-
bile, ſed perſonæ datur inhabilitas a iure ad renuntiandum,
vt in minore renuntiante beneficio reſtitutionis, l. ſi iudex. ff.
de mino. & l. ſi intra. C. de in integer. reſti. de quo dicam j̃.
Fallit quinto, quando ius continet priuatam vtilitatem re-
nuntiantis de voluntate ſtipulantis, ubi plene per Cyn. C. de
epiſc. & cleri. l. ſi quis in conſcribendo. & dixi de dolo. finem.
& publicam ſimul. Et hoc, quando priuata eſt inſeparabilis
a publica, vel econuerſo: aliàs bene poſſet renuntiare priua-
tæ, vt dicam j̃. de pactis. iure gentium. §. ſi paciſcar. & quod
ibi not. infra, de iureiuran. quemadmodum. de colluſ. dete.
c. j. de arbi. cum tempore. de inſtit. cum veniſſent. de re iu-
dica. ſuborta. ſi non eſt ſeparabilis, not. l. de die. ff. de pac.
do. iuncta l. j. ff. ſolu. matri. l. ſi filiusfami. §. ueterani. ff. de pro-
curato. de iura. calum. c. fi. & c. j. libro ſexto. Ideo non ualet
pactum, ut non idoneus eligatur, nec renuntiari poteſt actui
exequendi ſuum teſtamentum, de teſta. tua nobis. quia hoc
eſt contra publicam vtilitatem, ne teſtamenta exequantur,
18 ſecundum Hoſtien. hic. ¶ † Nunquid autem valeat iuramen-
tum, colligitur ex his, quæ dicam de iureiuran. cum contin-
gat. & dixit Barto. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. Ideo non po-
teſt renuntiari priuilegio fori, ut hic quo ad clericum: tum
quia publicum, diuinum, & collegiatum, ſecundum Hoſtien.
etiam per iuramentum, ut hic, & de ſenten. excommu. cum
contingit. Nec iuri conceſſo ad vtilitatem eccleſiæ: quia hoc
eſt vtilitate publicum, 18. quæſtio. 4. per totum. de immun.
eccle. non minus. Fallit ſexto, quando ius eſt præcepti diuini,
vel concilij generalis, vel prouincialis, vel alterius ſuperio-
ris, cuius tranſgreſſio induceret peccatum mortale, de con-
ſue. c. fina. 25. quæſtione prima. ſunt quidam. ſecundum Ho
ſtien. hic. Idem quando renuntiatio eſſet contra bonos mo-
res, vel induceret ad delinquendum, ff. ſoluto matri. l. alia. §.
eleganter. de pac. do. l. conuenire. ff. fami. erciſcundæ. l. in
hoc iudicio. §. ſi conuenerit. ff. de pact. l. pacta quæ turpem.
C. ne fideiuſ. do. den. l. j. Nam cauſa perfidiæ, quæ oriretur in-
ter maritum, & vxorem, eſt cauſa illius prohibitionis, ſecun-
dum Barto. in l. ius publicum. ideo non valet renuntiatio. Itẽ
quando inducit quem ad multum pro modico relinquendũ,
ff. de tranſactio. l. cum hi. C. de colla. l. pactum. Et quid de iu-
ramento, de pac. quamuis. & not. per Barto. in l. ſtipulatio
hoc modo. ff. de verb. obligat. Sic debent intelligi gloſſ. quæ
dicunt, quod iuri prohibitorio non poteſt renuntiari, vt in
Auth. vt ma. debi. §. qa vero. colla. 7. & no. Cy. in aut. ſi qua.
C. ad Velle. & l. j. C. ne fide. do. den. & Cy. ad Velle. auth. ſi qua
mulier. & hoc caſu, qñ ſcilicet ꝯuentio illaqueat ad peccatũ,
nõ obligaret ẽt iuramẽtũ, vt in c. nõ eſt obligatoriũ. de reg. iu.
lib. ſexto. cum concord. Fallit ſeptimo, quando cauſa iuris
fundata eſt ſuper tertij fauore, vel miſtim concernit fauorem
eius, & tertij, quando inſeparabilis eſt fauor, & præiudicium
tertij, ſi renuntiaretur, & pręiudicio renuntiantis: & hoc,
quia res inter alios acta, &c. ff. de lib. cauſa. l. j. 2. & 3. C. de
commu. re. alie. per totum. ff. de bon. poſ. contra tab. l. ſi poſt
mortem. de inſtit. cum veniſſent. de arbi. cum tempore. Se
cus ſi eſſet ſeparabile, de inſtit. cum veniſſent. de arbi. cũ tem-
pore. de re iud. cum ſuper. & c. ſuborta. Et hoc caſu inquan-
tum dixi non præiudicare renuntiationem, non pręiudicabit
etiam iuramentum, aliàs ſic, vt not. de reb. eccle. non alien. ſi
quis presbyterorum. de inſti. cum veniſſent. Et quia inquan-
tum tertio præiudicat, non eſt ſeruabile ſinę præiudicio ſalu-
tis æternæ. Fallit octauo, quando ius fundatur ſuper cauſa re
ſpiciente odium alterius, ut Macedonia. de quo dicam j̃. in
pacto legis commiſſoriæ in pignore, de quo j̃. Et quid de iura-
mento, no. de pigno. ſignificante. l. tametſi. ff. ad Macedo.
& l. fina. C. de pac. pig. da. Fallit nono, quando renuntiatio eſt
contra naturam actus, ut l. cum precario. ff. de preca. Fallit,
vltimo, quando ius, cui renuntiatur, non eſt de præſenti
ſed in ſola ſpe. De quo dic, ut dixi de pact. cum pridem. de pa-
ctis, l. j. C. l. in plurium. ff. de acquir. hæred. l. j. ff. qui bo. ce.
poſſ. & not. in l. in plurium. ff. de acquiren. hæred. ¶ Ex præ-
dictis poſſunt multa decidi, ſequendo ordinem glo. Io. And.
tamen ante omnia remittit de regul. ad apoſtolicam. Hoſtiẽ.
in Summa, de renun. §. 2. eo. titu. ſub §. licet. in verſi. ex præmiſ
ſis. & verſicu. ſed nũquid clericus. & ſeq. & ſub §. illud. De hoc
in Spe. de renun. & conclu. in 3. colum. ubi etiam ſatis de ma
teria. & in Authen. vt matres debi. §. quia vero. collat. 7. Per
hoc infertur primo, quòd priuilegio clericali quis non poteſt
renuntiare, quia hoc eſt ſub fauore publico vniuerſali cleri-
corum: nam dedecus eſſet toti clero, unum conueniri co-
ram iudice ſeculari. Item quia eſt fundatum ſuper odio lai-
corum, qui clericis multum ſunt infeſti, 2. q. 6. laicos. Item
quod non poſſit conueniri coram laico, concernit fauorem
epiſcopi: ideo non poteſt in eius præiudicium renuntiare,
nec alium iudicem habere, 11. q. j. clericum. Sic in poteſtate
ordinandi, 9. q. j. nullus primas. Item ſic nec in pœnitentiali
foro, de pœniten. & re. omnis. de pœniten. diſtin. 2. placuit.
Nam per hoc fruſtraretur iuriſdictio epiſcopi, quia poſſent ſi
bi clerici alios iudices conſtituere. Hoc verum, niſi ex pote-
ſtate legis, vt quia perderet priuilegium clericale, de ſentẽ. ex-
com. in audientia. s̃. eod. cum non ab homine. de ſenten. ex-
com. perpendimus. & c. contingit. Et hoc tene, reiecta diſtin
ctione Guil. de Cu. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. &
cle. ſiue clericus ſit ſubiectus epiſcopo, eo quòd clericus rõne
domicilij: ſiue ſit ſubiectus, eo quia contraxit. Licèt ipſe Guil.
tenuerit, ꝙ primo caſu renũtiare poſſit, ſecundo nõ: quia iſte
tex. ſecundum Io. de Lig. loquit̃ de clerico ſubiecto, eo qa cle-
ricus: & dicit ꝙ ipſemet Guil. hoc reprobat in auth. clericus.
C. de epi. & cle. Idem etiam tenet in d. l. ſi quis in cõſcribendo.
cuius motiua legalia non ſcribo, quia euidẽter falſa eſt diſtin
ctio. Et ſimiliter reprehenditur diſtinctio, an realiter vel perſo
naliter conueniatur, vt primo caſu ſit ſub ſeculari, ſecundo
ſub eccleſiaſtico, vt no. in dicta l. ſi qs ĩ cõſcribẽdo. Nõ obſtat

infra,eo.dilecti.quia ibi priuilegium non fundabatur ſub fauore communi Anglicorum,ſed ſub particulari cuiuſq;.Nullum enim dedecus eſt, ſi cõueniatur quis coram iudice eccleſiaſtico in alia prouincia,ſed detrahitur tãtum vtilitati priuatæ.Non obſtat l.ſi quis in conſcribendo.C. de pac. quæ dicit, quod priuilegio fori ratione ſacerdotij poteſt renũtiari : quia loquitur de ſacerdotio quodam ſeculari, ſicut dicitur de abbate Genuen. & prioribus Florentinis. Vel erat dignitas, cui forte erat conceſſum, vt ſub vno tantum iudice reſpondere non teneretur : ſed ex quo promiſit non excipere, ſe non poterit excuſare dignitatis prætextu. Vel dic, pactum ibi fuit de litigando coram iudice eccleſiaſtico,nec hoc negat lex:quo caſu dic, quòd pactum de iuriſdictione danda non valet,ſed de iuriſdictione non declinanda ſic. De quo ſupra,de offi.dele.ſignificantibus.& dixi de iud.ca.j.Hoc verum. niſi cum pacto de danda,vel non declinanda,concurrat aliqđ prorogans iuriſdictionem:vt ſi paciſcor de ſoluẽdo tali loco, vt infra.eo.dilecti.ff.de actio.& ob.l.cõtraxiſſe. De quo etiam C.de epi.& cle.ſi quis in conſcribendo.& de pac.in l. pen. Per hoc infert in gloſ. ſecundo, quòd clerici non poſſunt renuntiare canoni, ſi quis ſuadẽte. quia fundatum eſt ſuper fauore publico totius fori,& odio laicorum, ſecundum gl. Quod tẽpera verum,vt clericus non poſſit remittere pœnam canonis fundatam ſuper fauore clericorum : poteſt tamen remittere priuatam iniuriam quo ad ſuam priuatam vtilitatem,de ſen. excom.cum deſideres. Per hoc infertur tertio, quòd mulier poteſt renuntiare Velleiano,quia illud fundatur ſuper ſolo fauore mulieris,ff.ad Velle.l.pe.eod.titu.l. iubemus. Nam hoc Velleianũ datum eſt mulieribus propter infirmitatem ſexus, & fundatum eſt ſub fauore mulieris,C.ad Velleia.& ſi ſine.ff. eodem.l.2.§.hæc vero.¶Vltramontani tenent contra in l.generalis.ad Velleia. quia qua facilitate mulier inducitur ad fideiubendum,ex qua habet Velleianum, ex eadem facilitate inducitur ad renuntiandum,ff. de noua. l. doli. Et hoc ponit in l.ſi quis in conſcribendo.de epiſc.& cle. in l. generaliter.C. ad Velleia.& ibi Bar.Sit ergo pro regula, quòd renuntiare nõ poteſt ſimplici renuntiatione:quia regula procedit, maxime quãdo intercedit pro marito, ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis, niſi in rem ſuam ſit verſum,C.ad Vellei.authen. ſi qua. Item procedit regula, quando intercedit ſine ſolennitate trium teſtium:quia non valet contractus,& conſequenter nec renuntiatio : & quia contractus eſt nullus, non indiget auxilio Velleiani. Renuntiatio ergo nihil operatur, nec ualidat contractum : & quia non poteſt renuntiare iuri ſolennitatem requirenti,vt dixi ſupra,C.ad Velleia.l.antequam. Et quando in eodem contractu renuntiatꝰ, quia talis renuntiatio præſumitur eadem facilitate inducta,qua inducta fuit ad fideiubendum, quæ cauſa fuit cauſa nullitatis fideiuſſionis.Excludit etiam renuntiationem,vt ad illam concludens,ff.de condi. inde. l. pe. §.item quæſijt.Fallit primo, quando renuntiat ex interuallo poſt contractum.Et dico ex interuallo,quando vltra bienniũ, l.ſi mulier.C.ad Velle. Et hoc,quia præſumitur de libertate feciſſe,non ex fragilitate. Fallit ſecundo, quando renuntiat in iudicio, l.pen.ff.ad Vellei.Et hoc,quia præſumitur de libertate facere : & quia iudicialiter geſta habent maiorem roboris firmitatem,ff.de acquir. hæredi.l.in plurium.Fallit tertio, qñ mulier renuntiat authoritate iuris hoc permittente. Idem ſi iuris neceſſitate,C.quando mu.tu.of.fun.po.authen.matri,& auiæ.Fallit etiam,quando eſt iuratum, quia iuramentum roborat ipſam renuntiationem: & hoc, quia præſumitur ad iuramentum venire deliberatus : & quia ibi adeſt duplex conſenſus,C.ad Velleia.authen.ſiue auiæ.& quod not.glo.de iure iuran. cum contingat. & patet de iureiuran. ex reſcripto. Inquantum dixi renuntiationem præiudicare,eſt verum,ſi mulier eſt certificata.Et in dubio nõ præſumitur certificata,quia hæc eſt ſolennitas extrinſeca,vt not.gl.ff.de verbo.oblig. ſciendum,in gl.in dicta l.penul.ff.ad Velleia.Et hoc verum, niſi ſit iuratum:quia tunc Archid.dicit, quòd præſumitur certificata,vt no.de pac.quãuis.libro ſexto. & vide qđ not. de emptio. & vendi.c. fina. Item quia iuramentum habet vim clauſulæ, Si non valet,quod ago vt ago, ualeat vt poteſt,l.cum pater.§. filijs matrem.& ſic valet vt renuntiatio,ad excludendam quãcunq; exceptionem,etiam ut in genere cogitatã. Et uide Cy. in l.ſecunda,de reſcinden.vendi.& Io.And.de emptio.& vẽd. c.fin.& Barto.in dicta l.ſciendum.De hoc etiam per Bar. ff.de noua.l. doli clauſula. Per hoc infertur ſecundo quid in exceptione Macedoniani.Et dic,quòd renuntiare nõ poteſt, quia exceptio eſt fundata ſuper odio tertij,ff.ad Macedonia.l. ſi pater.in fi.¶Sed nunquid iuramentum ſaltem tunc obliget: dicam j.de regulis iuris.cum cõtingat.vbi melius cadit hæc ma
19 teria. † Per hoc infertur tertio quid in beneficio reſtitutionis in integrum. Et uidetur, quòd renuntiari non poſſit, quia tam in fauorem minoris introductum eſt, quam in odium cum eis contrahentium. ¶ In contrarium eſt ff. de minoribus.l.ſi iudex circunuento. Dic, quòd non poteſt minor exiſtens renuntiare beneficio reſtitutionis:quia qua facilitate induceretur ad contrahendum, eadem induceretur ad renuntiandum : & ſicut eſt læſus in primo contractu,ita in renũtiationis actu lęderetur: vnde ipſo iure non tenet renuntiatio,ne contingat reſtitutionem reſtitutionis dari:quod lex vetat. Ad hoc ff.de mino.l.intra.Poteſt tamen factus maior exiſtens intra tempus petendæ reſtitutionis,vt extra quadriennium, renuntiare, & ſibi præiudicat : quia pro factis in maiori ætate,&c. tempus reſtitutionis petendæ non datur reſtituto, ff. de noua.l.doli. Excepto caſu l.fina.C.de repu.hæred.Non obſtat l.ſi iudex.ff.de minoribus.quia ſecundum Ioan.Andr.ſibi præiudicare poteſt de facto non petendo ſibi reſtitutionem : tollere autem poteſtatem ſibi petendi non poteſt. Hoc tenet gloſſa in dicta l.ſi iudex. ad hoc l.interdum. eodem titulo.Per hoc concluditur,an laicus poſſit renuntiare foro, & alterius iuriſdictionem prorogare. Gloſſ. dicit, quòd ut laicus alteret iudicem,quia ſolum hoc eſt ſui fauore, poteſt illi iuri renuntiare, & prorogare iuriſdictionem in ciuili:in criminali non poteſt, 11.q.prima.ſi quis cum clerico.C.de iuriſdictione omnium iudic.l.in criminali.Idem tenet Ioan.11.quęſtio.prima, inolita.Accur. ſub dubio forte, dicit quod in criminali poterit prorogari iuriſdictio, dummodo habeat cognitionem talium cauſarum, ut quia habeat merum,& miſtum imperiũ. Et hoc ponit C.de iuriſdictione omnium iudicum.l.j. in gloſ. fina. per l. C. vbi de crimi. agi oportet. l.prima.Idem Fran.infra eodem,ſignificaſti.Idem gloſſ.in l.j.in gl.fi.ff.de iudi.Idem Specu.in titu. de compet.iudi.adi.§.primo. verſi.ſed nunquid in iudicem.& not.ſ.de officio delegati. P. & G.Idem glo.ff.ad muni.l.inter conuenientes.Iſtam tenet Bartolus ibi in dicta l. prima.quia non poteſt fieri prorogatio ad omnino diuerſam ſpeciem. Vnde dicit in dicta lege,inter. quod de miſto ad merum non fit prorogatio,ſed de mero ad merũ, & de miſto ad miſtum. quod notat idem Butr. & Cyn. in dicta l. j. quia inferiorem non habet cognitionem. hoc non eſſet prorogare,ſed de nouo dare. Et hoc tenet Ioan.And. in addi. Specu. in loco præallegato.Dicit tamen ibi poſt Guido.de Suza.ſuper l.ſi cõuenerit.ff.de iuriſdictione omn.iud. quòd prorogatio non faciet, quin ſuus iudex poſſit ex officio inquirere:quia per factũ partis non impeditur factum iudicis,de cle.coniugato. c.pen. de priuileg.ex parte B.& eodem ti.authoritate.§.ultimo.libro ſexto.ſecundum Ioan.Andre.Vide quod ſcripſi ſ.de officio de lega.P.& G.ubi idem. Hæc ſufficiant de hac gloſſ.Vbi dixi laicum poſſe renuntiare,hoc eſt verum,quando eſt ſubiectus rõne nudę iuriſdictionis:ſecus ſi magis ſit ſubiectus, vt feudatarius, ſ.titul.primo,cæterum,& ibi not.ſ.eo.uerum.& c.ex te-
20 nore.¶†Quærit gloſſ.an cauſam perdat ipſo iure, an per ſententiam trahendo:dicit Hugo.quòd ipſo iure cauſam perdit. Gloſſa tenet, quòd per ſententiam perdet, argumento præallega.ca.inolita.11.quæſtione prima. ibi, cauſam perdat. Ad hoc l.in criminali.quæ dicitꝰ, actor actione mulctetur, & reus pro condemnato habeatur, in præallega. c. placuit. ubi dicit, locum ſuum amittat:quod verius videretur.Gloſſ.ad hoc opponit, argumẽ.de exceſſib.prælatorum. graue. & hic pro opi. gloſſæ allegat Ioan. Andr.C.de aſſeſſ.l.j.in fine.& C. de hæret. quicunq;.ante fin.Innocen. Goffred. Lau.Tanc. Pet. & Abb. Hoſtien. & Ioan. tenent gloſſam,ad hoc quod not. de regulis iuris.in pęnis. libro ſexto. quia durior eſt pęna, quando canõ eſt latæ ſententiæ, quam quando eſt ferendæ. In dubio ergo potius ferendæ,quam latæ. Ad hoc glo.unde ui. ſi quis in tantum.gloſſa in l.in criminali.C.de iuriſdictione omnium iudicum.in l.prima. C. ne li.poten. in authen. habita. C. ne filius pro pa.l.iubemus.§.ſane.de ſacroſanctis eccleſijs.de pęna iud. qui male iud.authen.nouo iure.& authen.qui ſemel.C. quomodo, & quando iudex. Hanc opi. tenet Ioan.& Archidi. 11. quæſtione prima.inolita.Ex hoc nota,quòd vbi canon,uel lex loquitur per verba futurum ſonantia, non eſt latæ,ſed ferẽdę ſententiæ,Ad hoc gloſſa ſ.alleg.gloſſa de electio. quiſquis. de electi.quia propter.in uerbo, præuentis. libro ſexto. Dic, licet gloſſæ multæ ſint in hac materia,ſi canon,uel lex loquitur per participium præteriti,regulariter eſt latæ ſententiæ,de electionibus.cupientes.§. cæterum. vbi gloſſa in uerbo, ſuſpenſos. & hoc maxime, quando cum adiuncto, eo ipſo, vel, ipſo facto:ut dicit ibi gl.& maxime ſi dicat,authoritate huius conſtitutionis : vel addat,ipſo iure, vt ſi dicat, authoritate huius cõſtitutionis ipſo iure priuatus.Tex.& gloſſa de electionibus. licet canon.libro ſexto.in uerbo,priuatis.Ad hoc gloſſa de hęreticis.quicunq;.ubi hæc verba, Sit innodatus : inducunt excõicationis ſentẽtiam ipſo iure. Fallit, niſi alio iure appareat illum fore ferendæ,ut in capit. 2.de foro competenti.ubi iſta verba,Sit ſequeſtratus:inducunt canonem ferendum. Qñq; verba non proferentur in præteritum, & tũc ſi ſunt verba propria,ſiue declaratoria,canõ eſt latę ſñiæ,vt ſunt iſta, Decernimus uiribus carere:maxime ſi addat,omnino. đ elec. licet canon.

non.lib.6.in verbo,carere.vel,decernimus non valere. de electio.ſi cui.lib.6.in verbo,non valere.Si ſunt verba diſpoſitiua: tunc ſi verba ſonent futurum,& reſpiciunt actum iudicis , ut priuentur,excommunicētur,& ſimilia,debent intelligi in dubio ferendæ,glo.de elec.cupientes.§.ſi vero.libro ſexto. in verbo,priuentur.& hic cum ſimi.ſ.allegatis.Ad hoc đ hæreticis , quicunq;.in verbo,innodentur.gl.de reg.iur.in pęnis.libro ſexto.niſi ſint hæc verba,vel ſimilia,eo ipſo:vel,ipſo facto:vt dicit gloſſ.in dicto c.in pœnis.& eſt tex.cum gl.de electio. ſi religioſus.libro ſexto. ipſo facto viribus vacuetur.& notat glo.de hæreticis. quicunq;.libro ſexto.ibi,eo ipſo innodetur.Idem ſi dicat,omnino priuetur.de pęnis.in quibuſdam. vel, omnino careat.de reſcr.diſpendia.libro ſexto.Idem in verbo, prorſus. vt in regula, in pęnis. de regulis iuris,libro ſexto.Not. gloſſ.& hæc vera,niſi ex ſequentibus, vel præcedentibus appareat , ꝙ ſit latæ ſententiæ,vt eſt tex.de electio. ne pro defectu . & codē titulo,quiſquis.in text. coniuncta glo.ad hoc,quod not.de electio.quia propter.Si non reſpiciāt actum iudicis,& talia ſunt, quæ poſſunt trahi ad præteritum,& ad futurum: quia in futurum poſſunt intelligi prout puniunt factum de futuro: ſed factum quando erit factum , poſſunt concernere vt de præterito : tunc ſi verba reperiantur in ſimili declarata,quod ſint latæ ſententiæ, latè intelliguntur etiam in ſimili materia, gloſſ. de cri.fal.dura.& in c.clericis.ne cle.vel mona. ſcilicet excommunicationi ſubiaceat:iunctis doctoribus ibi , & iuncto text. 17.q.4.ſi quis ſuadente.Si uero reperitur declaratum , intelliguntur in dubio ferendæ,niſi iungatur tale verbum in oratione cum verbo,quod adijcitur in alia pęna verbum, ipſo iure: quia tunc qualificat vtramq; pęnam,vt eſt tex. de vi. & hone. cleri.c.i.libro ſexto.ad hoc l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil. Sed ſi verba dirigit ad canonem promulgantem , intelligitur latæ,maxime ſi addūt verbum,totaliter, vel ſimile. de electio. cupientes.§.cæterum.in verbo,excludentes. Vbicunque autē cadit probabilis dubitatio,an ferendæ ſit,an latæ, in dubio ferendæ intelligi debet:quia hæc eſt mitior pęna,vt no.ſ. de electio.cupientes.§.ſi vero.in uerbo,priuentur.Gloſſ.alleg.de hæreti.quicunq;.in verbo,innodetur.& eſt bona gl.de regulis iuris,in pœnis.libro ſexto.Sed poſito quòd requiratur ſentētia , vt hic determinatur,eſt dubium de practica,an hoc fiat in eadem inſtantia,an opus ſit noua actione.Glo.in l.in criminali. ponit duplicem practicam : quia poteſt nouo iudicio agi , & agetur condictione ex his iuribus.Sed recidit in dubiū, quod diſputauit Innocen.j.de iura.calum.c.fi.an pro hac pœna cōperat condictio ex lege,an officium iudicis mercenarium.Ibi tenere videtur,quòd mercenarium officium . Sed tene quod agi poteſt condictione ex iſtis iuribus,argu.gl.in dicta l. in criminali Et patet ex theorica Barto.in l.prima.ff.de condi.ex lege.& poterit peti hæc pęna etiam coram iudice eccleſiaſtico, vt dicit Specu.in titu.de compe.iudi.adi.§.primo.ver.ſed quęro. Quod clarum reputo,quandò actor eſt clericus.Sed idem ſi laicus,quia hoc eſt agere ſuper eo , ad quod competit exceptio.Ad hoc,quod ſcribit Barto.in §. arbitrorum. & dixi ſ. de foro competen.ſi clericus.Plus dicit Specu. in loco præalleg. quòd poteſt etiam ſe defendere per viā exceptionis,vt ſi actor agat contra eum,poteſt excipere , Tu me olim coram iudice ſeculari traxiſti,ideo cauſam perdere debes,ideo peto te condemnari,& me abſolui ſuper hoc,quod a me petis,quia ſuper hoc eſt neceſſaria ſententia, ut eſt dictum . Dicit etiam gloſſ. quod agere poterit condictione ſine cauſa,vt actor eum liberet.Sed non placet hoc Barto.quia antequam pronuntietur , cauſa non deſijt,cum ipſo iure non ſit priuatus. Item dicit gl. quòd in eadem ſententia , & inſtantia , & idem iudex, coram quo eſt citatus,poterit pronuntiare ſuper perditione cauſę in caſu noſtro : quia in hoc efficitur iudex,licèt non ſit in principali.Ad hoc de reſcrip.c.fina.& in clemen. prima. de reſcrip. de appel interpoſita.& c.vt debitus.ad finem.Et hoc, quia ex parte rei defenſio ſuperueniēs pendente iudicio illi prodeſt,licèt non competeret in tempore inſtantiæ inchoatæ, Inſtit. de perpe.& tempo.acti.in fin.l.iuſiurandum & ad pecunias.§. fi. ff.de iureiuran.de quo ff.de excep.l.prima.& ibi per Bar. Item quia hoc ius traxit originem in limite iudicij,ff.de iudiciis.l. ſi Titius.j.de teſtamen.Raynaldus . Ex parte autem rei trahentis non poſſet in illa inſtantia condemnari,ſecundum Barto. quia hoc ius agendi ſuperuenit de prę́ſenti,ff.de iud.l.non poteſt.ſecundum Barto.& fuerunt verba Butr. ibi. Vel forte poterit : quia hoc ius trahit originem in ingreſſu litis , ut in iuribus prædictis. Sed non obſtat hoc , quia ſuper hoc iure nō eſt datus libellus.Quod puto,quando certa cauſa deducta eſt: ſecus ſi generaliter actum , de re iudicata. abbate. libro ſexto.

21 ¶†Quæro , quia litera dicit pœnam amiſſionis cauſę imponendam trahenti : qualiter dicatur quis trahere? Gloſ.dicit, quòd trahi dicitur , quando trahitur inuitus . Quod patet ex litera , dum dicit,pertrahant . Ad hoc c.inolita. quod loquitur in actore. Idem Io. An. qui dicit , quòd præpoſitio peraüget,de quo de conſue.c.tertio.ſecundum Hoſtien.Dicit Spec. in titu. de compet. iudi. adi.§.primo.verſi.ſed quæro.quod vt appareat , quòd inuitus ſit tractus, debet proteſtari ſe eſſe clericum,& non debere coram illo reſpondere : & ſi iudex quærat , an illud proponat excipiendo , vel petendo propter hoc a iudicis inſtantia ſe abſolui:tunc ille dicat , Nihil peto , nec excipio, ſed proteſtor . Et ſi iudex præcipiat,quòd reſpōdeat, vel litem conteſtetur:tunc reſpondeat,& proteſtetur quòd reſpondet inuitus,vel compulſus viribus , aut terrore iudicis,& ſuper hoc teſtes adhibeat , vel inſtrumentum confici faciat ,

22 & ultra non procedat . ¶ † Quæro , an hęc pœna veniat imponenda ſtatim poſt conuentionem, vel poſt litis conteſtationem , an exigatur perſeuerantia vſq; ad fi. Arguit glo.quòd videtur,quod eo quod ad iudicium eſt vocatus , 11. q. j. inolita. vbi dicit,ad iudicia publica pertrahat.& c.placuit.ibi , ſecularis poſſit auxilium. In contrarium , quòd vſq; ad litis conteſtationem pœniteat , vt in l.amplius. rem ra.habe.ff.de in ius vocan.l. quamuis. & l. ſi conuenerit. de iuriſdi.omni.iud. Ad hoc c.placuit.ibi, iudicium intētatum,vel cauſa mota.Quod vſque ad ſententiam poſſit pęnitere,facit ff. de inoffi. teſtam. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. accuſaſſe. quod met. cauſa. l. ſi cum exceptione. §.hæc actio. ¶Glo. recitat opinio. Hug. quod non liceat deſiſtere , & hoc reputat gloſſ. de rigore : ſed de æquitate poteſt deſiſtere uſq; ad litis conteſtationem, poſt lit. conteſta. non, ſaluo caſu de exceſſ. prælat.c.j.vbi punitur ex ſolo tractu:& hoc propter exceſſum grauius in epiſcopum proprium, ſecundum glo. opi. Hug. tenuit Hoſtien. Ioan. Andr. dicit opi. glo.procedere in eo , qui non aſſumpſit pertinaciam in proſequendo : opinio. Hug. in eo , qui aſſumpſit pertinaciam, ut impurgabiliter cadat in pœnam , licèt nondum ſit litem conteſtatus . Et dicit hic,quando aſſumpſerit, vel non aſſumpſerit pertinaciam,relinquendum arbitrio boni uiri.allegat ſimile not de præben. de multa.& quod not. in authen. habita. in glo.fin. C. ne fil. pro pa. opin.G. tenet glo. & Arch.in c.inolita. hic alleg. Bart. in l. in criminali . quæ loquitur per ſimilia verba : dicit actorem poſſe deſiſtere vſq; ad ſententiam : quia in iſtis pœnis legalibus licet deſiſtere vſque ad ſententiam.per l.qui cum maior.§.accuſaſſe.præalleg. & l. in ſeruitutem. §. petijſſe. eodem titu. Et hanc tenet Butr. in l. in criminali.C.eodem.Dic,ſi pęna venit committenda ex cōtrauenire, committitur quoquo modo quis nocet,ut l.ſi quis maior.C. de tranſact. & quoquo modo contrauenerit. Si venit committenda ex controuerſiā non mouere : & committitur quoquo modo fiat controuerſia,ſiue ante litis conteſta. ſiue poſt.l.diuus. & l. ſed ſi ita.§.ante lit.conteſta.ff.de peti. hæred. & ſiue agendo , ſiue excipiendo,l.non ſolum.§.ſi ſtatus.de procura.l.cōtrouerſia.C.de euictio. Si uenit committenda ex petere , vel agere , ſecundum Cald. Sed tunc dic quod tunc inſpicitur tempus conteſtationis litis,ff. rem rat. habe. l.amplius.Fallit in caſu l.j.C. de plus peti. & hoc propter duplex delictum : & hoc, quando pęna venit committenda ex diſpoſitione hominis . Si pœna uenit committenda ex diſpoſitione legali , tunc committitur ex fine iudicij , ut dicta l. qui cum maior. §. accuſaſſe. & in l.in ſeruitutem. Si pęna venit committenda ex trahere , vel per trahere ad iudicium , vel ex auxilium poſcere, vel in ius vocare, dico, quòd ſi eſſet pęna hominis , committeretur ſtatim ſimplici vocatione,& impurgabiliter:ſi eſt pœna iuris, committitur incontinenti , ſi trahit cum pertinacia de rigore . Et ſic intelligo Cyn. in l. in criminali.niſi beneficio prætoris remittatē ex remiſſione actionis , de in ius voc l. quamuis. alioquin purgabiliter vſq; ad litis conteſtationem,ut hic, & l.in criminali. & in c.inolita. & de in ius voc.l. quamuis . Si pęna venit committenda ex quæſtionem mouere : & tunc ſi verbum profertur a lege, intelligitur per litis conteſta. l.3. cum gloſ. C.fini. reg. Si profertur ab homine , intelligatur per ſolam citationem,ff.de tranſact.l. qui fidem.l. Lucius.§. tres hæredes. ff.ad Trebel.Si venit committenda ex cauſa , vel litis motione, dic vt l.eos.C.de tranſa. Si ex habere litem, tunc committitur per ſolam controuerſiæ motionem,vt l.ſtipulatio iſta, habere licere. & qđ ibi not.de verb.obli.Hæc ſunt vt plurimū uerba Bar. modico addito,in dicta l.amplius. Qñq; venit pęna cōmittēda ex accuſare:& tūc ſm Cy.dicit indiſtincte expectari ſententiam,per l.q cū maior.§.accuſaſſe.& l. in ſeruitutē . Qđ credo in pęna legali,non conuentionali.Et hęc lex excogitaſſe videtē de effectu:& durius agitur cum homine,&c.ff.de arbi.l. Celſus.tenēdo opi. q̄ hēt , quòd effectu nō cōmittatē pęna ante litis cōteſtationē.Cōſuluit Petr.& Abb.ꝙ reus clericus ad iudiciū ſeculare vocatus nō opponat declinatoria , ſed ꝓteſtetē ſe nolle,nec teneri reſpondere : & quia tunc reus inſtabit vt rñdeat,facta proteſtatione ꝙ coactus reſpondet , & conteſtetur litem:& tunc locus erit pęnæ pro parte actoris. Et ſic dicit Pe. ſe ſemel Bononiæ feciſſe.de quo in Spec.de compe.iud.adi.§. 23 j.ver.ſed quæro . † Quæro cum alia gl. quid importet illud,A

communione habeantur alieni? Dicit gl. primo, quòd priua-
buntur in pęnam cõmunione ſacramentorũ ad tempus, arg.
2.q.6.catholicus. Secundo dicit, ꝙ priuabuntur communio-
ne, id eſt, officio, & beneficio, ſi clericus eſt. Sed hęc opi. nimis
eſt rigida, vt non perdat locum: ſi perdere vult qđ euicit. Vel
tertio, ſecundum Hoſt. priuabuntur communione hominũ
per excommunicationis ſentẽtiam, quouſq; ſatisfecerint nõ
ſolum tracto, ſed etiam eccleſiæ, cui iniuriam irrogarunt, s̃.
24 c.2. ¶ † Nota ſecundum primam, quòd ſicut a iure quandoq;
promulgatur minor excommunicatio priuans ſacramento,
ita & ab homine. ¶ Venio ad verſicu. & tam epiſcopi. quem
25 gloſſ. dicit loqui in reo, & etiam in actore. ¶ † Opp. quòd nõ
puniatur reus litigando coram iudice ſeculari, s̃. de iudicijs.
at ſi clerici. 11.q.1. in clericorum. Solu. Non punitur, ſi trahi-
tur inuitus: punitur, ſi trahi eligerit, & noluerit, & fecerit cum
26 effectu, vt ibi trahatur. ¶ † Quid ſi tractus volens habuit ſen-
tentiam contra ſe, an illa valeat? Videtur quòd non valeat,
quia a non ſuo iudice lata, de iudi. at ſi clerici. Dicit gloſſ. ſi
ſuccumbit in cauſa, ſententia non valet: in odium tamen ſui
ex diſpoſitione iuris huius ſeruabitur talis ſententia, & com-
pelletur ad hoc propter culpam: imo habebitur pro condem
nato. Hoſti. dicit, quòd ſiue pro ſe lata ſit ſententia, illa non te
net, pœnã tñ amiſſionis loci indiſtinctè patietur. Et hoc eſt
quod dicit hic, etiam ſi pro eis: quaſi dicat, fortius ſi contra
eos. Sic dicit intelligendum quod no. in Summa, eodem tit.
§. ſecundo. ſub §. illud ſcias. verſicu. ſed nunquid in hoc caſu.
Dicebat tamen, quod cogeretur tantum de ſuo dare, ac ſi va-
leret ſententia, ſi pœnam ſequentem vellet euitare. Nam ſi
vbi euincit, illud perdit, vt hic, vbi ſuccumbit, tantumdem
perdere debet, ſi locum ſuum, &c. Dicendum ergo eſt vt dicit
l. in criminali. de iuriſd. omnium iudicum. Reus vero pro con
demnato habeatur, id eſt, ac ſi teneret condemnatio, ab eo
tantumdem exigatur: & ſic in tantum tenet hæc ſententia la
ta a non ſuo iudice. Neſcio quid velit Hoſtien. in hac cauſa,
quia quando in criminali reus trahitur volens, nulla imponi-
tur pęna, niſi amiſſionis loci. Condemnetur ergo vel abſolua
tur, non imponam pęnam de tantumdem, quia non impo-
nitur hic, nec etiam ſatisfaciendo de condemnato: vel tantũ-
dem euitaret pęnam amiſſionis loci, quæ pure, & ſimpliciter
imponitur, nec reſoluitur ad aliquem cõdictionis euentum.
Illud, quod ipſe dixit, reſpiceret, & proportionaretur ad ſecun
dum caſum, quando in ciuili. Ideo ad dubium gl. puto, quòd
ſi tracto venit imponenda pęna amisſionis ex natura actionis
inſtitutæ: quia ſi pronuntiaretur, quòd locum amittat ex na-
tura actionis, poſſet procedere dictum gl. quia videbitur pęna
impoſita tam natura cauſæ, quam in pœnam. Nec obſtat de-
fectus iuriſdictionis: quia in hoc incidenti pœnæ iuriſdictio-
nem habet, vt. s̃. de reſcript. c. fina. & in clemen. j. de reſcrip. In-
terpretabitur ergo potius ſub ratione pœnæ, quam natura
cauſæ pœnam impoſuiſſe, niſi appareat quod natura cauſæ
tantum pęnam impoſuit: quia tunc ſatis putarem ipſam nul
lam, ex quo nõ ſententiauit ex capite quo poterit: niſi ex qua-
dam æquitate diceretur ipſam valere, vt circuitus vitaretur
inutilis: ſed in puncto iuris non valet, ſi alia pœna imponere
tur, quam amiſſionis loci. Dico, quòd indiſtinctè non valet
ſententia, quia hæc pœna non eſt impoſita in criminali, ſed
27 ſolius amiſſionis loci. & hoc de hac gloſſ. ¶ † Quæro cum glo.
perdant, quid fiet de eo, quod perditur. Dicit gloſſ. literę eſt in
tentus, quòd ſi res petebatur a reo, & obtinuit, quia fuit abſo-
lutus, perdit quod euicerit, id eſt, rem, a qua fuit abſolutus. Et
ſi quæris, cui applicetur: gloſſ. dicit, quòd ſi ſolus reus eſt in
culpa, quia forte potens erat, & actor illum timebat, & com-
minabatur quod ſi alibi eum conueniret, eum male tracta-
ret. Ponit Barto. & Cy. in l. in criminali. alia exempla, vt quia
reus intentabat condictionem ex lege, diffamari. vt actor co-
geretur contra eum agere: vel quia petebat, vt illi ſtatueretur
terminus ad agendum, vt l. j. C. vt nemo inuitus. l. Titia. ff. de
accuſa. & l. 3. de his, qui bo. ce. poſ. tunc ex quo hoc culpa tan-
tum rei proceſſit, res adiudicabitur actori: ſic econuerſo in
actore culpabili, & reo non culpabili, quod euincitur, datur
reo ut ſupra, in ver. cum igitur. Sed ſi vterque fuit in culpa, de
bet dari eccleſiæ, in cuius iniuriam clericus tractus fuit, & iu-
riſdictio ſpreta, ſecundum gloſſ. Idem Ioan. Andr. alleg. 11. q.
3. quiſquis. Hoc tenet Hoſtien. & Hug. & Guliel. in Specu. de
compe. iu. adi. §. j. verſi. ſed cum. & verſi. ſequen. Hæc vera, ſi
cauſa eſt propria clerici priuata. ſecus ſi eccleſiæ, quia deli-
ctum, &c. ſecundum gloſſ. ¶ Quæro, an indiſtinctè perdat lo
cum eo volente obtinere, quod euicerit. Dic ſecundum gloſ.
quòd reus habet electionem, an velit perdere illud quod eui-
cerit, an perdat locum: quia dicit gloſſ. verum, ſcilicet reum
habere hanc electionem, quando actor fuit in culpa. Vnde po
terit dicere, Volo perdere locum, & non nocebit illi, qui non
fuit in culpa, ſcilicet actori. Ioan. And. dicit, quòd hæc ele-
ctio non dabitur reo, quia hæc verba, ſi locum ſuum, &c.
non intelliguntur, vt pœna loci perdendi quod euicerit, ſi-
mul imponatur alternatiue, vel diſiunctiue: ſed intelligun-
tur prolata comminatorie: quaſi dicat, ſi contenderit habere
quod euicerit, deponi poterit. Et ſic videtur intelligere gloſ.
Ioan. 88. diſtin. capitu. 2. in gloſſ. 2. vbi dicitur, quod aut poni-
tur comminatiue, allegat cap. placuit. vbi ſunt hæc verba. Di
ctum Ioan. Andr. procederet, ſi eſſet in litera, ſi voluerit obti-
nere: quod ſupponit poſitiuum, & ſic eſt ſenſus, Si magis vo
luerint obtinere locum, perdant quod euicerint: & ſic pœna
eſt perditionis loci: ſed poſſunt eligere, vt perdant cauſam, ſi
magis volunt locum obtinere. Sed quid ſi ſuccumbant? Ho-
ſtien. ſupra, tenuit quod tantundem tenentur. Cogita: puto,
quòd in pęnam eorum valebit ſententia: & hoc implicat di-
ctio, etiam, in præcedenti caſu, quæ reſpicit etiam hunc, quaſi
ſit mens, Si lata ſit contra eos ſententia, habebunt illam pœ-
nam, vt valeat, & perdant cauſam ex iuribus ſententiæ: & in
28 eos perdent locum, vel quod euicerint. † Quęro cum gloſſ. pe.
an ſaltem tacite poſſit clericus prorogare iuriſdictionem lai-
ci iudicis. Quod videtur, 3. q. 6. pulſatus. Item quia poteſt hoc
Papa, 2. quæſtio. 8. nos ſi. j. qõ. 5. mandaſtis. Ad hoc, quia mul
ta poſſumus tacite, quæ non expreſsè, gl. allegat iura. Conclu
dit, quòd nec tacite, nec expreſſe poteſt: imo nec in eccleſiaſti
cam perſonam ſine licentia iudicis ſui conſentire poteſt, nec
illum iudicem eligere, 3. q. 6. non liceat. cum ſimil. Primum te
nuit hic Io. & 11. q. j. inolita. Bar. Bri. ibi contrarium: & Hoſti.
hic. Sed ſecundum hoc, ſi nec tacite, nec expreſſe prorogare
poteſt, obijcit Ioan. And. iam ceſſabit priuilegium authen. ha
bita. inquantum ſatis permittit coram magiſtro conueniri,
C. ne fi. pro pa. authen. habita. Item videtur quod ceſſet, in-
quantum dicit epiſcopum loci: quia non poterit coram eo
abſque authoritate proprij epiſcopi conueniri, per fi. gl. quia
abſurdum videtur. Ad hoc, quia Imperator de clericis, & ec-
cleſijs, ſeu eccleſiaſticis ſtatuere non poteſt ſine Papæ conſen
ſu, & tamen ſi dat priuilegium clericis, vel eccleſijs, dicimus il
la ſtatim tenere, vt not. 10. di. c. j. in prin. Cum ergo illa conſti-
tutio ſit priuilegium ſcholarium, ergo clericis competit.
29 ¶ † Not. bene hoc dictum pro his quæ dixi ſupra eod. c. ſi cleri
cus. Goffre. hic, & in Summa huius titu. §. dubitari. dixit auth.
habita. non habere locum in ſcholaribus clericis: vel ſi locũ
habet in clericis, ſaltem non habet locum in ciuibus, qui ha-
bent ibi proprium epiſcopum. Et hoc tenuit Guliel. in Spe.
de reo. in prin. vbi aliquæ ſunt quæſtiones ad propoſitum: qui
dixit, quòd hæc opi. placet Ioan. & Vber. de Bo. ibi tenet, quòd
inquantum ſubmittitur magiſtris, intelligatur quando magi
ſtri ſunt clerici. Hoſtiẽ. tenet etiam in alienigenis clericis con-
ſtitutionem locum non habere, in Summa eod. titu. §. quibus
ex cauſis. ver. ſed tamen illa. Nec obſtat ratio Io. quia conſtitu
tio authen. habita. inquãtum priuilegiat, poſſet prodeſſe cleri
cis, ſed non inquantum detrahit ordinariæ poteſtati ſui epi-
ſcopi, nec inquantum ſubmittit iudici ſeculari. Et dicit Ioan.
And. quod de rigore opin. Ioan. Hoſti. & Goff. videtur verior,
quam tenet Arch. 11. q. j. inolita. Dic quod inquantum auth.
habita. ſubmittit ſcholares rectori, vel doctori laico, illa non
ligat clericos: quia etiam cum conſenſu epiſcopi nõ poſſunt
litigare coram iudice ſeculari: licèt Archidia. & male, ſenſerit
contrarium, de cleric. coniuga. capitu. primo. libro ſexto. in
verbo, diſtringit. niſi in caſibus, in quibus aliàs eſſent clerici
iudici laico ſubiecti: quo caſu idem dicendum quod in caſu
ſequenti. Inquantum ſubmittit ſcholares iudici inferiori, &
eccleſiaſtico in terrigenis, non habet locum in his, qui ſunt
in ſtudio abſque licentia proprij: in alienigenis autem, ſi ha-
bent licentiam epiſcopi, poteſt procedere in clericis: quia eo
ipſo quod habent licentiam accedendi ad ſtudium, habent li
centiam vt ibidem poſſint conueniri, vt ff. de iud. l. ſi longius.
& no. Hoſtien. in Summa, eod. tit. §. 2. verſic. item ratione pri-
uilegij. Si uero habent licentiam proprij epiſcopi inquantum
conueniuntur ibi ratione contractus vel quaſi geſti in ſtudio,
ſatis uidetur quod poſſint conueniri: quia ibi non exigitur li-
centia proprij epiſcopi, vt forum ſortiantur iudicis eccleſiaſti
ci ſecundum ſuam qualitatem, infra eodem. dilecti. ſed in-
quantum conuenirentur de alibi geſtis, ſecundum opinio. de
qua ſupra eodem, quod clericis. tenendo quod ex commora-
ri ſortirentur forum, ſatis puto idem, quod poſſint conueniri
coram iudice eccleſiaſtico, rectore, uel epiſcopo. In terrigena
hæc non procederent, quia derogaret iuriſdictioni propriæ
eccleſiæ, & epiſcopi: & forte nec in alienigena, ſiue de geſtis
ibi, ſiue alibi conueniretur, inquantum daret iudicem infe
riorem epiſcopo: quia ſaltem detrahitur honori ordinis cle
ricalis, inquantum ſubmittitur inferiori: quod non poteſt fa-
cere Imperator. De hac materia, & quis ſententiam rectoris
exequatur, vide in Specu. de ſentent. excommuni. §. ſecundo,
30 verſi. quid de ſententia rectoris. & verſic. ſeq. ¶ † Gloſſ. vltima
clara eſt. In fi. opp. quòd licet nõ teneat principale, teneat iu-
ramentum, vt patet de iureiu. c. cum contingat, & de iureiu-
rando,

rando.c.debitores. Dic, ſi acceſſorium non ſubſiſtit de ſe ſine
principali, procedit regula iſta, ſublato, &c. Si ſubſiſtit p ſe: tũc
ſi ratio annullandi cõcludit ad vtrunq;, procedit adhuc regu-
la: ſi nõ cõcludit ad vtrunq;, procedit contrarium, quia valet
acceſſorium, licèt non principale. De hoc in regula, acceſſo-
31 riũ. & ad hoc.c.licet.de iureiurando.libro ſexto. † Vltimo Io.
de Ligna.tractat hic, an iuramentum firmet pactum, vel con-
tractum a iure inhibitum. de quo plene dicam j. de iureiurã.
cum cõtingat. & refert verba Bar.in l.ſi is, qui pro eo. de fide-
32 iuſſorib. † Tangit etiam vnum, Statuto punitur clericus decli
nans iuriſdictionẽ ſecularis: qualiter facere debet, vt non inci
dat in pęnam? Dicit quod But.in authen.ſtatuimus.C.de epiſ.
& cleri.tenet quod non debet declinare, ſed debet dicere, Nõ
poſſum coram vobis reſpondere, quia habeo decre.ſi diligen-
ti, inhibentem, & punientem, aliàs libenter reſponderem. Io.
de Lig.dicit, quòd ſtatutum non valet, quia ſi exprimit cleri-
cum, eſt plenum: ſi nõ exprimit clericum generaliter loquẽs,
ad illum non refertur. Allegat de conſtit.eccleſia. 96. diſt. be-
ne quidem. de immuni.eccle.c.fi.libro ſexto. de iureiuran. c.
j.libro ſexto. Nec forte cautela prodeſſet, cum per illa verba
effectualiter declinet: & non refert an verbo, vel facto, ff. de le
gib.l.de quibus.de appella.ex parte.de his, quę fi.a ma.par.ca.
ex ore.Bar.in l.penul.§.ad crimen.de publi.iud. dat aliam pra
cticam, quòd ipſe non declinet, ſed pro intereſſe ſuo compa-
reat ſuperior eum reuocans ratione ſui intereſſe, ſicut dici-
mus in ſeruo, l.ſeruus.ff.de accu. & in feudatario, s̃.eodem. ex
tranſmiſſa. & c.ex tenore. Ad hoc de ſent.excommu. relatum.
de apoſta. c.j.ne cle.vel mo.ſacerdotibus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſuper exceſſibus coram ſuo epiſcopo conueniri debent.*
2 *Clerici adſtringuntur quandoque ad ſeruitia maioris.*
3 *Iuriſdictionalis poteſtas non concluditur ad ſubiectionem poteſtatis ſerui lis, vel mercenariæ.*
4 *Capitulum cathedralis eccleſiæ, vel inferioris non vendicat ſibi poteſtatem iuriſdictionalem in ſubiectos ratione ſeruitij.*
5 *Epiſcopus ſuper exceſſibus clericorum habet poteſtatem iuriſdictionalem in tota dioceſi.*
6 *Excommunicandi, vel coercendi poteſtatem non ſibi quęrit inferior epiſco po, etiam conſuetudine.nu.18.*
8 *Delinquens extra territorium quomodo ſubmittatur iuriſdictioni iudicis ſui domicilij.*
9 *Iuriſdictio poteſt quæri conſuetudine, vel priuilegio.* 10.
12 *Iuriſdictio vbi datur ratione ſubiectionis, qualem tribuat poteſtatem, & in quos.*
13 *Iuriſdictionem qui in ſubditos habet, nunquid habeat ipſam recuſabilem.*
14 *Iuriſdictio ubi datur inferiori ratione ſubiectionis, nunquid habeat exequen di poteſtatem.*
15 *Iuriſdictio, quæ ratione ſubiectionis quæritur inferiori, vbi in cognoſcendo locet ſibi ſedem.*
16 *Iuriſdictio vbi priuilegio acquiritur inferiori, quale eſſe debeat priuilegium, & a quo exigatur.*
17 *Conſuetudo vbi tribuit iuriſdictionẽ, qualem tribuat, & quale priuilegium.*
18 *Prælatus poteſt ſibi excommunicandi iuriſdictionem acquirere per conſuetudinem.*
20 *Iuriſdictionem ſuper familia ſu: non habet dominus de iure communi.*
21 *Delegatam iuriſdictionem non poteſt habere dominus ſupra ſuam familiam.*
22 *Iudex ordinarius eo quod ordinarius; quomodo poſſit cognoſcere de factis familiæ ſuæ, vel filiorum, cum contingat.*

CAP. XIII.

1 CVm contingat. ¶†Clerici ſuper exceſſi-
bus coram epiſcopo ſuo
conueniri debent, nõ coram illis, quibus ſeruiunt,
niſi conſuetudo, vel priuilegium aliud inducat.h.
d. Sunt duæ partes. Conſultatio, & reſponſio. ſecunda ibi, ſu-
2 per quo. ¶†Nota clericos adſtringi poſſe ad ſeruitia maioris
in dignitate, vel ordine. ad hoc de maior. & obediẽ. ſtatuimus.
3 ¶† Nota ſecundo, quòd ad ſubiectionem poteſtatis ſer-
uilis, vel mercenariæ non concluditur iuriſdictionalis ptãs,
4 maxime in criminali. ¶†Nota tertio, quòd capitulum cathe-
dralis, vel inferioris eccleſiæ de iure communi non vendicant
ſibi poteſtatem iuriſdictionalem in ſubiectos ratione ſeruitij.
Ideo de iure puto, quòd non poſſunt amouere ibidem cappel
lanos intitulatos, nec illos aliter corrigere: & ſic vbi repellitur
hoc de conſuetudine, vel priuilegio. Ad hoc de officio ordin.
5 irrefragabili.§.exceſſus. †Nota quarto, quòd de iure commu-
ni ſuper exceſſibus epiſcopus vendicat ſolus poteſtatem iuri-
ſdictionalem in tota dioceſi, excluſo quocunq; alio inferiori
prælato: & ſic vbi prælatus talem habeat, habet ex conſuetu-
6 dine, de offic. archi.per totum. ¶†Nota quinto argu. inferio-
rem epiſcopo non poſſe quærere, etiam ex conſuetudine, po-
teſtatem excommunicandi, vel cohercendi: & ſic nõ videtur
quod poſſit acquirere illa, quæ ſunt meri, vel miſti imperij.
7 †Nota ſexto, de iure communi epiſcopum ſolum ordinariũ
in tota dioceſi, & ſolus habet imperium. de quo 2. quæſtio. 7.
ſi quis epiſcopus. extra dioceſim non, ſaluo caſu cle. quamuis.
8 de foro competen. †Nota ex implicatiua, maxime, delinquen
tem extra territorium ſubmitti iuriſdictioni iudicis domici-
lij: & ſic non ſolum ſubmittitur illi quo ad delicta commiſſa
in dioceſi, ſed etiam quo ad delicta commiſſa extra dioceſim.
Nota argu. ſubiectum ratione delicti ſubijci tantum uniuer-
ſali ordinario loci, & non ordinario particulari; & quia com-
9 muniter inferiores non habent territorium. †Nota duo ſigna
iuriſdictionem ordinariam tribuentia, priuilegium, & cõſue-
tudo. Ad hoc de iudi.nouit.de offi.ord.duo ſimul. de priuile-
10 gijs. accedentibus.cum ſimil. †Nota, quòd vbi priuilegium &
conſuetudo tribuunt iuriſdictionem inferiori ordinario, tri-
buere videntur ſolide, excluſo ſuperiori vniuerſali: quod eſt
verum, ſi hoc ſpecifice diſponant, aliàs non, vt no. de offic.or-
di. paſtoralis. in glo. & c.cum ab eccleſiarum. & c. irrefragabi-
11 li.§.exceſſus. † Oppo. primo, quod ratione ſubiectionis detur
iuriſdictio, de offic.archi.per totum. C.ne fi.pro pa.authen.ha
bita. Materia huius cap.conſiſtit in hoc, an ad cuiuslibet ſpe-
ciei ſubiectionem detur iuriſdictionis poteſtas. Secundo, qua
lis ſit hæc poteſtas, & qui habeant quo ad potentiam exequẽ-
di. Tertio, ubi tales cognoſcendo locent ſedem. Dic ad primũ,
ſi poteſtas eſt paterna in hac, licèt olim daretur poteſtas necis
in filium, l.in ſuis. de libe. & poſthu. hodie non licet ſęuire in
eum, ſed habent leuem, & moderatam quandam caſtigatio-
nem, C.de emen.propin. per totum. Vnde iuuenis delicta le-
uia corriguntur caſtigatione domeſtica, grauia, iudicis caſti-
gatione. Et ſatis puto hoc relinqui arbitrio iudicantis. Vnde
poteſt eum flagello leui ſubijcere. Et etiã ſatis puto quod poſ-
ſit eum includere aliquandiu in aliqua camera, vt faciũt Flo-
rentini. Ad quod l.j.C.de emen.ſer.ſaluo caſu l.quod ait.ff.de
adulte.ſi filiam inueniant adulterantem: quod non procedit
de iure canonico, 33. quæſtio. 2. c. inter hæc. Colligitur etiam,
an leuiter percutere voluerit, vel grauiter, ex genere inſtrumẽ
ti, cum quo percutit, ff. de emen.ſeruo.l.prima. Idem per om-
nia de poteſtate dominicali, vt dicta l.j. & l.ſecunda.ff.de his,
qui ſunt ſui, vel alie.iuris.§.j. & not.gl. 6. quæſtione prima, ſi-
cut. quamquam olim manu paterna inter eos iuſtitia guber-
naretur, l.congruentius.ff.de pa.po. Ad hoc, quod no. Ioan.2.
q.ſeptima.§.accuſatio. & 17. quæſtio. quarta, nullus. & c. fra-
ter. ff.de iniurijs.l.prætor §. præterea. ſeptima quæſtione pri-
ma. ſicut, de ſenten. excommu. ſi voluntate. cum gl. Idem de
poteſtate coniugali, gloſſ. 7. quæſtio. j. ſicut. vbi dicit gloſſ.
quòd poteſt maritus iudicare vxorem, corrigendo. 23. quæ-
ſtione quarta. duo iſta. C. de repu. ex conſenſu. Non tamen
verberando, quia aliena ſunt ab ingenuis: ſed, temperatè eam
caſtigare debet, quia eſt de familia ſua, 23. quæſtio. 4. hæc ima
go. Dicit tamen Archidia. quòd verberare eam poteſt ſecun
dum exigentiam cauſæ, & leuiter, ff. ad legem Aquil. præ-
ceptorias. de homici. ad audientiam. Nec obſtat dicta l. ex
conſenſu, quia intelligi debet quando ſine cauſa facit, vel
enormiter: imo poſſet ipſam inuinculare, 33. q. ſecunda. pla-
cuit. & quæſt. quinta. hęc imago. Dicit gloſſ. fina. poſt Tan.
de iureiuran. quemadmodum, ad hoc 22. quæſtio. quarta.
duo iſta. Idem de ſubiectione ratione patronatus, text. &
gloſſ. de arbit. dilecti. Gloſſ. ergo, quæ hic dicit aliquos ex
iſtis habere iuriſdictionem, eſt vera, quando hoc diſponit
conſuetudo. Ad hoc, quod not. Ioan. 2. quæſtione 7. accuſa-
tio. ſecundum Docto. hic. Quædam eſt poteſtas mercena-
ria, vt ſeruientis ad dominum, vel ruſtici ad ſuperiorem: &
per hanc non concluditur iuriſdictio, ſecundum Doct. hic.
caſtigant tamen eos leuiter, 7. quæſtio. 1. ſicut.not. gloſ. ad l.
reſpiciendum.§. primo.ff. de pęnis. vnde etiam non vendicãt
ſibi iuriſdictionem inter ruſticos, niſi aliter, habeant villam
ſubiectam ratione iuriſdictionis, vt not. 89. diſtin. iudicatum.
& dixi ſupra c.2. Quædam eſt poteſtas dominica reſpectu do
minij ciuitatis, aut caſtri habentis territorium ſub ſe: & hęc
concludit iuriſdictionem in caſtro de leuibus, niſi aliud expri
matur: vnde non poſſunt illa, quæ ſunt meri, uel miſti impe
rij, niſi aliud exprimatur. Ad hoc s̃.eod. ex tenore. in Auth.
de defen. ciui. §. primo. C. de defen. ciuit. per totum. l. ea,
quæ. ad muni. qui fil. ſint legi. prolatam. Ad hoc, quod not.
de iureiuran. nimis. vel in c. breui. vbi diſputatur plene, an
dominus, eo quod dominus, fundet ſuper iuriſdictione in-
tentum de iure communi. Hoc puto, niſi ciuitas quo ad tem
poralitatem ſubmitteretur epiſcopo: quia cum habeat in
ſpiritualibus miſtum, & merum imperium, habebit & in tẽ-
poralibus, vt ex qualitate perſonæ intelligatur conceſſio. Ad
quod not. Innocen. de priuileg. cum & plantare.§. in eccleſijs.
& de dona. paſtoralis. Hoc verum, ſi caſtrum non eſt ſubiectũ
alteri ciuitati, aliàs eſſet ſub iuriſdictione ciuitatis, ff. ad muni-

ci,l.qui ex meo.Quoddam eſt dominium cum territorio pro
uinciæ,& talis habet merum,& miſtum imperium, eo quod
dominus,ff.de offi.præſi.per totum.Sic dicit Bart. in l.quarta.
ff.de dam.infec.C.de offi.recto.prouin.per totũ. Quædam eſt
poteſtas dominij reſpectu iuris feudalis, & quam,& qualem,
& quo ad quid habeat,no.ſ̃.de iud.cæterum.& ſ̃.c.verũ.Quæ
dam eſt poteſtas magiſterij, & hoc ſi in aliqua arte mechani-
ca:& hic nõ arguit iuriſdictionem,ſed caſtigationem leuem,
& moderatam,prout opportunum eſt ad correctionem mo-
rum,& inſtructionem artis,l.2.§.ſed & ſi in quacunq;.ff.ad le-
gem Aquil.§.ſi magiſter.Si ſit liberalis, concludit iuriſdictio-
nem de iure,in authen.habita.C.ne fi.pro pa.Et ſic doctor ha
bet ſimplicem iuriſdictionem in ſcholarem, vt ibi.Quædam
eſt poteſtas prælationis,vt hic: Doc.varie loquuntur, & ſunt
verba Innoc. Quidam dicunt, quòd quamquam ſint iudices
ordinarij,non tamen habent territorium,nec iuriſdictionem
habẽt de iure communi.Concludendo Inno.& Hoſtien. hic,
dic.quod quiam ſunt habentes perſonas ſubiectas ratione cu
iuſdam prælationis,& habentes territorium de iure cõmuni,
vt ſunt epiſcopi:& tales habent iuriſdictionem in ibidem cõ-
morantes,& delinquentes, vt eſt epiſcopus habens ſub ſe to-
tam diocesim,ſ̃.c.ſane.de offic. ordina.c.j. de ſenten.excom.a
nobis.de rap.c.j.16.q.7.omnes baſilicæ. & vendicant ſibi talẽ
iuriſdictionem,etiam reſpectu meri & miſti imperij, vt hic.
Quidam ſunt prælati habẽtes ſub ſe perſonas ſubiectas cum
territorio aliquo iure ſpeciali:& tales etiam habẽt iuriſdictio
nem in illos.Quidam ſunt prælati habẽtes ſub ſe ſubiectos ra
tione ſeruitij,& conſtat eos non habere territorium: & tales
ratione prælationis non habent iuriſdictionem in ibi delin-
quentes,nec ibi habitantes,niſi alio modo in perſonas ſibi vẽ
dicẽt iuriſdictionem:per quæ dicunt,quòd capitula,& alij,de
quibus hic loquitur,non habent hic aliquod territorium, &
ideo nec iuriſdictionem,niſi aliter illa ſibi vendicent: & dato
quòd ſibi vendicent iuriſdictionem aliquo iure ſpeciali in ali
quos,per hoc non habent territorium.Et ſic intelligit 79.diſt.
iudicatum.& c.quoniam.Non enim ruſticos cuiuslibet curię
iudicabit prælatus ipſius,ſed epiſcopus:de quo de offi.archid.
c.fi.ver.petijt.Nec clerici iudicabunt officiales, vel miniſtros
ſuos,niſi ipſi clerici ſuper ipſas villas,quarum officiales ſunt,
aliquo iure ſpeciali iuriſdictionem haberent. Quidam ſunt
prælati,de quibus eſt dubium,an habeant,vel habere poſſint
territorium, habẽt tamen ſubiectas perſonas ratione præla-
tionis,vt ſunt archidiaconi: & in talibus de iure quidam di-
cunt, quòd non habent territorium de iure, & contra nõ ha-
bẽt iuriſdictionem in ibi delinquentes: & ſi quam habent iu-
riſdictionem, habent tantummodo in perſonas eos eligẽtes,
& ſic non in ſeruientes tantum.Nam ratione territorij,vel fo
ri,cum non habeant territorium,iuriſdictionẽ non quærunt.
Vnde archidiaconus non poteſt excommunicare delinquen
tem in ſuo archidiaconatu,niſi aliàs ſit ſubditus eius. Hoc no
tabiliter dixi de facto archiepiſcopum Rauennaten. nõ poſſe
in Ferrariam,niſi aliud habeat conſuetudo, abſoluere ſeruiẽ
tes ſibi clericos inuicem ſeſe percutientes:quia ratione ſolius
ſeruitij non vendicat ſibi aliquam iuriſdictionem in eos: nec
ſubijciuntur ratione delicti,cum Ferrariẽ.territorium ſibi ſu-
biectum non ſit,ſed epiſcopo Ferrarien.niſi in caſibus, de qui
bus in c.paſtoralis.ſ̃.de offi.ordina. Recitat Innocen. alios di-
cere,quòd archidiaconi, & multi alij prælati, qui habent prę
lationes ſuper certas parochias, vel certa loca, habere territo
rium,& ibi per ſe exercere iuriſdictionem ſuam in certis capi-
tulis,de offic.archid.ad hæc. & de offic. ordin.c.tertio.de quo
de maiorit. & obedien.cum inferior.in glo. quid ſi. & infra c.
proximo.in gl.magna.Hoſtien.uidetur,quòd de iure commu
ni archidiaconus, vel alius prælatus, excepto epiſcopo, non
poſſit dici habere territorium,nec cõſuetudo poſſet hoc ope-
rari, quòd in eadem ciuitate, vel dioceſi eſſent inſimul duo
capita,ſicut monſtrum,de officio ordin.quanto.& c. quoniã.
Fatetur,quòd ſunt aliqui abbates habentes aliquam terram,
& territorium per ſe limitatam, & iuriſdictioni ſuę ſubiectã
alio epiſcopo carentem,ſicut abbas Caſſinen.& quidam alij.
Caſſinen.hodie eſt epiſcopatus:ſed de alijs vide in conſtit. bo
næ.de monachis nigris,ante fi.illos dicit Ioan.An.ſe expreſſiſ-
ſe in Specu.ſuper rubrica,de priuileg.vbi dicit, quòd eſt mo-
naſterium Sublacen.Farfen.quę ſunt in ſpeciali prouincia pa
pali.Item ſancti Vincentij de Vulterano in parribus Apuliæ.
Item in monaſterio ſancti Laurentij veteris in partibus Galli
canis:& tales fulciri poſſunt ſpeciali apoſtolico priuilegio. Et
de talibus poteſt dici,quod habeant territorium,ſiue forum,
ff.de verb.ſign.l.ſi pupillus.§.territorium.de quo j̃. de præſcri.
cũ ex officij. & c.veniens.Qualem autem habeant iuriſdictio
nem,Hoſtien.de offi.archidia.c.fin. in ſuppletione magna,te
nuit ratione prælationis iudicem eſſe ordinarium, & habere
leuem coercitionem: & tales omnes ſunt ſub epiſcopo, vt vi
carij epiſcopi: maiorem tamen non exercent coercitionem

inconſulto epiſcopo.In c.autem ad hæc. licèt æquiparatio ex
toto placeat, Innocentius eos æquiparat defenſoribus ciui-
tatum, vt audiant cauſas ciuiles vſq; ad trecentos aureos, &
minores criminales. In minoribus poſſint eos capere, & ad
epiſcopum mittere, modicam mulctam indicere, authoriza-
re in donationibus,& inſinuationibus teſtamentorum:in Au
then.de defen.ciui.colla.3.Ratione autem delicti,val contra-
ctus,nullus conuenitur coram eo, cum non habeat territo-
rium a terrendo, ut hic. Non placet hoc Innocentio,quia di
gnitates eccleſiaſticæ non ſunt ordinatæ ad modum nundi-
narum, 2. q. 6. hoc quippe. de religio. do. c. primo. Sed Ho-
ſtien. in c. ad hæc. de officio ordinarij. concludit tales præla-
tos in ſubditos tantum habere leuem iuriſdictionem, & non
grauem. Et graues vocat diſpoſitiones clericorum, etiam in
minoribus. Alleg. not. de electio. tranſmiſſam. etiam ſi ſint
in minoribus, 15.quæſt. ſeptima. epiſcopus. Idem de ſuſpen
ſione perpetua, uel multum duratura. alleg. de exceſſib. præ
latorum. cap.primo. Idem de vnione, & diuiſione, eodem
titu. ſicut unire. Idem de diſpenſatione, de eo. qui fur. ord.
re. cap. ſecundo. de fil. presbyter. capit. finali. Idem de autho
ritate alienationis eccleſiaſticæ, 12. q. 2. ſiue. Et generaliter
omnia, quæ non expedit prælatus ſolus ſine capitulo, de his,
quæ fiunt.a prælato. nouit. & c. quanto. Item iuriſdictio in
monaſterio. Item matrimonlalis cauſa, de exceſſibus præla-
torum,cap. accedentibus. & de conſanguinitate, & affinita-
te. capit. primo. Item omnia, quæ enumerantur in dicto ca-
pit. accedentibus. Item datio diuiſoriarum, de officio ordi-
narij. ſignificaſti. Item cauſæ criminales graues, de procura-
tori. querelam. Item omnia, quæ ſunt epiſcopalis ordinis,
de quibus de electionibus.quod ſicut. & c.tranſmiſſam.Item
dicit, quòd talis iuriſdictio non extenditur ad notabiles per-
ſonas, niſi ut epiſcopo nuntiet. Vnde archidiaconus ſolam
hanc iuriſdictionem habet quo ad parochiales eccleſias, &
minores titulos. Item tales non poſſunt propter non reſiden
tiam priuare titulis ſuis clericos, nec propter aliam cauſam,
vt diſputauit Iaco. Bon. Et breuiter vbicunq; agitur in figura
iudicij, niſi aliud det conſuetudo, 11.quæſt. j. de perſona. de
hære. cum ex iniuncto. ad finem. Et hæc vera, niſi ex ſpecia
li iure ad eum ſpectet inſtitutio: de quo de cleri. non reſid.
relatum. & quod ibi not. & eodem titulo.qualiter. de electio
ne.licet canon. libro ſexto.ſuper gloſſa penultima. Ponit hoc
vltimum Ioannes Andr. de offic. archidiac.c.fin.in uerbo, re
feruntur. de maiori. & obedientia. cum inferior. & ponit Io-
an. Andr. in uerbo, conſecratum.in glo. quæ incipit, quid ſi
extraneus. ibi, ſupponere videtur habere territorium, cuius
reſpectu ibidem delinquens eius iuriſdictioni ſubmitttitur.
Ioan. And. ibi illud fatetur quando habet territorium: & ſic
fatetur ipſum habere poſſe territorium. Dico, quòd ſi quæ-
ritur, an habeant inferiores prælati territorium ſtricte a ter-
rendo de iure: dicendum quod non regulariter, ſunt tamen
aliqui, qui habent. Vnde ſi quęritur, an habeant territoriũ
reſpectu fori pęnitentiæ: dic quod ſic,& non ſolum prę latus,
ſed etiam quilibet curatus, de officio ordinarij. ſi ſacerdos.de
pęni.omnis.tale tamen non habet, ut ſeparatum ab epiſco-
po, quaſi faciant caput cum epiſcopo: imo in exercitio cu-
ræ concurrunt: & habet inferior ſub epiſcopo, & locus eſt p̃-
occupationi: & ſi concurrunt actu, prę fertur epiſcopus, vt ſu
perior,de officio archipreſb.c.3.& quod ibi not.& not. de pę.
omnis utriuſq; ſexus.Si quæritur,an habeat territorium a ter
rendo, & iuriſdictionale: tenendum quod non, vt eſt caſus
hic. Et in hoc uerum dicit Hoſtienſis, quia nullus habet terri
torium tale ab epiſcopo.Ad hoc quod no.2.q.7.ſi quis.& hoc
inquantum uelit habere territorium ſeparatum ab epiſco-
po, poſſet tamen habere totum territorium epiſcopi non ſe-
paratum ab epiſcopo, in quo poſſet intendere in ibidẽ delin
quentes quo ad leuia,ut uicarius eius. Quod uerum,ſi ibi ſor
tirentur domicilium, vt in archidiacono. De conſuetudine
autem,an ſit poſſibile,& quod habeant,ópi.ſunt. Puto, quòd
ſi uult quęrere territorium vt ſeparatum ab epiſcopo, quaſi
caput ſibi faciat in eadem dioceſi, nõ ſit poſſibile: ſi uult ſibi
quærere priuilegio apoſtolico,ad quem ſolum ſpectat, vt par
tem ſeparet a dioceſi,hoc poteſt,ut in abbate Caſſin. & ſimilj
bus. In dubio tamen licèt detur in parte dioceſis epiſcopalis
iuriſdictio,uel quaſi,non uidetur ſeparatum territorium, ut
puto.Exemplũ in abbatẽ Burg.ſuper cuius factis iam cõſului.
ſi uult quærere quaſi ſub epiſcopo,ut hẽat epiſcopus vniuerſa
lem ſaltem habitu iuriſdictionem,& prælatus ſub eo,ita ꝙ lo
cus ſit concurſu in iuriſdictionis exercitio, vel diſponẽte con
ſuetudine,vel priuilegio,vt in exẽptis excludat̃ a iuriſdictionis
executio,nõ ab habitu:& hoc eſt poſſibile, vt uidemus in exẽ
ptis qñq;.Ad hoc,qđ no.de off.or.irrefragabili. §. j. & c. cũ ab
eccleſiarũ.& c.paſtoralis.§.j.e.ti.de offi.or.cum ep̃s.li.6.in uer
bo,per aliũ.poſt Archi. & Io. Mo.ubi innuit de conſueiudine
antiqua inferiorẽ epiſcopo poſſe habere cognitionẽ omniũ
cauſarum

12 cauſarum in certo territorio,excluſo epiſcopo.†Si quæritur,
qualem habeant iuriſdictionem tales inferiores, & in quos,
patet ex dictis,quia ſi eorum dignitas non ſonat ſtricte in præ
lationem,vt ſunt archidiaconi,& ſimiles, vt curati, vel archi-
presbyteri in cathedralibus eccleſijs,ſed nullum habent terri
torium,nec ſubiectos ſpecialiter, nullam ſibi vendicant iuri-
ſdictionem.Fallit in archidiacono,qui vt vicarius epiſcopi, &
de iure, & conſuetudine in aliquibus cognoſcit, vt vicarius
epiſcopi,& iuriſdictionem exercet:ſed puto in ibi tantum ha-
bitantes,& intitulatos,& ſic ibidem domicilium ſortiētes. In
extraneos autem non,vt hic.Habet tamen limitatam,& in le
uibus,vt de officio archid.ea,quæ.& cap.fi.& cap.ad hęc.Qui
dam ſunt habentes territorium pęnitentiale,non contentio-
ſum,nec ſunt in aliqua prælatione ſtricte,vt ſunt curati : tales
non recipiunt poteſtatem circa contentioſa, nec iuriſdictio-
nem aliquam in ciuili,aut criminali : recipiunt tamen quādā
latam iuriſdictionem in ſubiectos, quæ plus attrahitur ad na-
turam fori pęnitentialis, quàm contentioſi:quia poſſunt ge-
neralem promulgare excommunicationem ad corrigendos
animos ſubiectorum,& hoc reſpectu inquirere,de offic. ordi.
ſi ſacerdos. & quod ibi not.Et ſic debet intelligi glo.9.q.2.per
ſingulas.Quidam ſunt habentes territorium pęnitentiale tā-
tum,& eorum dignitas ſonat in prælationis nomen : & tales
in tota parochia habent,quod curati.Item habent iuriſdictio
nem in illos,qui eos elegerunt:& dirigitur tūc plus iuriſdictio
ad perſonas certas in loco,quàm ad locum, in tantum quòd
recipiunt iſti poteſtatem excommunicandi,& habent iuriſdi
ctionem modicam,nō proprie cognitionalem, ſed correctio-
nalem.Sic debet intelligi de officio ordin. cum ab eccleſiarū,
& quod ibi not.Puto etiam, quòd ſubiectos, & ſeruientes in
eccleſia intitulatos poſſent pro eorum culpa, & negligentijs
non contentioſe,ſed correctionaliter priuare ad tempus emo
lumentis eccleſiæ,vt diſtributionibus,& alijs, totaliter autem
ab eccleſia remouendo,vel ad non modicum tempus ſuſpen
dendo.puto quod non poſſint,vt dixi ſupra poſt Hoſtien. niſi
forte habeant poteſtatem inſtituendi de conſuetudine : quia
& conſequenter haberent poteſtatem deſtituendi pro culpa,
& negligentijs,ſi tamen non ſint ſupra curam inſtituti, de ca-
pel.mona.c.primo.libro ſexto.de offic.archidia. cum ſatis. &
quod ibi nota.& not. de inſtit. cum veniſſent. nō intitulatos
ibi mercenarios,vel ſeruientes,vel aliunde venientes præſen-
tare non poſſent,cum non habeant territorium. Quidā ſunt
prælati habentes territorium proprium a terrendo,& ſic con
tentioſum:& tunc cum de iure hoc non ſit, vt dixi in epiſco-
po,tantam habent iuriſdictionem,& talem, quantam & qua
lem dat,& dare poteſt conſuetudo & priuilegium : ſi priuile-
gium dirigit,vel cōſuetudo ad perſonas,habebit in loco quo
ad perſonas,& non quo ad ibi venientes aliunde: ſi dirigat ad
territorium & perſonas,ſubijciantur etiam ibi delinquentes,
vt nota.de maior.& obed.cum inferior. In dubio tamen non
haberent iuriſdictionem concludētem epiſcopi poteſtatem,
niſi aliud diſponeret conſuetudo,vel priuilegium, vt dicit gl.
de officio ordina. paſtoralis.& Doct.in cap. quanto.& c. cum
ab eccleſiarum.Et ſic debet intelligi de officio ordina. irrefra-
gabili.§.exceſſus.Qualem autem habeant iuriſdictionem ar-
chipresbyteri rurales in titulis ſuis,vide de offic.archipresby.
cap.tertio,in Nouella.Ibi Ioan.And.dicit,quòd in figura iudi
cij nihil cognoſcit, nec poteſt corrigendo priuare quem titu-
lis ſuis,licèt poſſit aliter leuiter caſtigare.Vnde propter nō re-
ſidentiam non priuant.Ad hoc,quod not.de cleri.nō reſiden.
13 relatum.& c.qualiter.†Nūquid autem vbi dixi inter ſubditos
eos habere iuriſdictionem,habeant ipſam recuſabilem?Gloſ.
dicit quòd ſic,ne quis dicat ſibi ius in cauſa ſua, vel ſuorum,
C.ne quis in ſua cauſa.l.prima.Et dicit gloſ.quòd procedetur
ad electionem arbitrorum ſecundum practicam procedēdi
in recuſatione inferioris ab epiſcopo.Ad hoc,quod no. Hoſt.
ſupra eodem,licèt. dicit Hoſtien. quòd ante ad excluſionem
recuſationis poſſent cauſam delegare,ff.de iuriſd.omn.iudi.l.
prætor.& remittit ad not. de ſententia excommu. in ſumma.
§.quis debet.ſub §.proprijs.ver.ſed nunquid. dicit, ſi quæſtio
eſt inter ſubiectos tantum, vel ſuperiorem, & ſubiectos, pro
correctione ſubiectorum recuſari non poteſt: aliàs quaſi ina-
nis foret ſua iuriſdictio.Si quæſtio eſſet inter extraneos, & ſu-
biectos,poſſet recuſari.Poſſet tamē coram eis vſque ad actus
perpetuationis actionis cauſa agitari,quia quo ad talem actū
ex ſuſpicione non poſſet præiudicium inferri, cum iudex non
agat,ſed patiatur,& actus talis ſit partium,vt not. Ioan. & Ar-
chidia.3.q.5.conſanguinei. Vbi autem altero reſpectu habet
iuriſdictionem, quàm quia ſuperior, vel dominus, vel pater,
an poſſit eſſe iudex inter ſubiectos:ſi eſt pater, vel dominus,
non certo modo. De hoc ff. de iuriſdi. omn. iud.l.qui iuriſdi-
ctioni.ff.de iniurijs.l.lex Cornelia.Non inſiſto. tangit hic Ioā.
Calde. & recitat omnes opi. finaliter reſidet,quòd pater, & ſi-
miles in cauſa filiorum poſſint eſſe iudices, ſed valeant recu-
ſari. Ad hoc quod not. 3. q. 7 §. tria. ver. qui contra patrem.
14 ¶†Nunquid autem habeant tales iudices inferiores poteſta-
tem exequendi? Quidam quod non, ſpirituali coercitione,
de verborum ſignific. quærenti. talis ergo iuriſdictio videtur
nulla, ff. de offic. eius, cui manda. eſt iur. l. fina. de offic. de-
leg.ex literis. Sed dic vt ff.de iuriſdictione omnium iudicum.
l. ſecunda. Sed dic quod per fideiuſſores, & pignora talis
poterit coerceri, Inſtitu. de ſatiſ. tuto.§.primo,ff. de damno
infecto.l.quarta. ff. de ven.inſpi.l.prima.§.quid ergo.vel ordi-
narius hoc exequatur, ff.de re iud. l. a diuo Pio. ſicut exequi-
tur ſententiam arbitri, ff. de arbi.l.tertia.§.primo. & de re iu-
dica.l.ait prætor.in princip.& not.ſ. de arbit. per tuas. ſecun-
dum Hoſtien. Et ſic arguebant hic Petr. & Abb. quòd pote-
rat eſſe iuriſdictio ſine coerctione. Dic, quòd quidam ſunt
vendicantes ſibi coercitionem nudam abſque iuriſdictione,
vt patres, & domini,& mariti : & de talibus non eſt tractan-
dum, exequuntur quod agunt in facto, nec exequi dicuntur
ſententias. Quidam ſunt vendicantes ſibi iuriſdictionem
quaſi pęnitentialem, vt curati : tales nihil exequuntur, ſed
indirecte compellunt ad ſatisfactionem,non reuocando ſen-
tentias generales, quas tulerunt, niſi culpabiles ſatisfaciant,
de offic. ordin. ſi ſacerdos. Quidam ſunt vendicantes ſibi iu
riſdictionem ſimplicem : & tales poſſunt proprias ſententias
exequi poteſtate, quam habent : poteſtate, quam non ha-
bent,non poſſunt, etiam ſubtrahendo reditus, vel diſtributio
nes : non autem exequi poſſunt actu in poſſeſſionem mitten
do, vel manu militari auferendo, quia talia ſunt miſti impe
rij, quæ inferioribus non competunt : pignorare etiam poſ-
ſunt, vel fideiuſſionibus compellere, not. Innocen. de offi.
ordina. cum ab eccleſiarum. de quo in Specul. de ſenten. ex
communic.§. nunc videndum. in princip.Poſſunt etiam exe-
qui priuando ab vniuerſitate, & ſimilia, ſecundum Bart. Ad
hoc optime ſ.de conſtit.ex literis. Vel inuocabunt brachium
Poteſtatis, vel alterius iudicis, C. de epiſco. & clericis.l. epi-
ſcopale. & quod ibi not. de offic. ordina.c.primo. ſecundum
Barto.in l.a diuo Pio.§. ſententiam. ff. de re iudica. & dixi ſu-
pra c. ſi quis contra. Ideo rectores, & tales iudices poterunt
leuem mulctam imponere, ſeu iudicem cogere cum pigno-
ribus. Non autem poterunt cenſuram exercere, nec in poſ-
ſeſſionem mittere,niſi aliud det conſuetudo. Poterunt etiam
excommunicare, ſi hoc habeant ex iuriſdictione, vt not. de
offic. ordina. cum ab eccleſiarum. de electio.cum in cunctis.
de offic.archidiaco. capit. primo. & c. cum ſatis. & c.manda-
mus. & c. ad hæc. de deci. peruenit, ſed non anathematiza-
re, ut not. in dicto c.cum ab eccleſiarum. per gloſ. Ex hoc pa-
tet quid de rectore ſcholarium. Specu. in titu. de ſentent. ex-
commun.§. nunc videndum. verſi. quid de ſententia docto-
ris. tenet quòd ordinarius illam exequetur.Allegat authen.ſi
quis litigantium. C. de epiſcop. audien. Recitat Ioan. Andr.
aliquos docto. legum tenere magiſtrum, vel rectorem poſſe
ſententiam exequi, ſi ibi habet bona, vel non ſufficientia : ad
requiſitionem magiſtri exequetur is, in cuius territorio ha-
bet bona, ff. de bon. autho. iudic. poſ.l. cum vnus.§. penult.
ff. de regulis iuris. l.a diuo Pio. Puto idem quod ſupra dixi,
vt exequatur per iuriſdictionem,quam habet, per quam non
15 habet, recurrat ad ſuperiorem. ¶†Venio ad tertium, ubi
tales cognoſcendo locent ſedem. Quidam, quòd ubiq; co-
gnoſcere poſſunt ſicut arbitri, & diffinire cauſas eorum, qui
ſub ſua iuriſdictione ſunt, & ſi non poſſint illas mandare exe
cutioni, C.de iuriſd. omnium iudicum.l. fina. ſecundum In-
nocen. Hoc tenet gloſſ. in capitu. imperialem. de proh.feud.
alie. in uerbo, partes. Secunda opinio, quòd cognoſcunt in
locis principalibus, in quibus eis attribuitur iuriſdictio per
conſuetudinem, vel principalem, vel in locis, vbi moran-
tur. Vnde capitulum Beluacen. extra terminos capituli ſu-
per illos ſeruientes non habebit iuriſdictionem, ſecundum
Innocen. Dic, quòd ſi non habent iuriſdictionem, ſed ſolam
coercitionem, vt ſunt qui ratione poteſtatis domeſticæ ven-
dicant ſibi correctionem, in illis non debet haberi conſide-
ratio loci, ſed procedit illud, Vbi te inuenero, ibi te caſtiga-
bo. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bono. poſſeſ.ſeruetur. l. a pro-
cedente. C. de dilat. Quidam ſunt habentes iuriſdictionem
in homines abſque territorio : iſti debent ſedere in loco, vbi
habitant. Ideo archidiaconus, & ſimiles, in loco archidiaco
natus. Quidam habent iuriſdictionem cum territorio : &
ſi illa ſit poteſtas ſpiritualis, vbique poterit exerceri, iuxta il-
lud, Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Puto enim ſacerdo-
tem curatum confeſſionem parochiani ubilibet audire poſ-
ſe, & ipſum in generali excommunicatione ad correctio-
nem excommunicare in loco, ubi habet forum. Si ſapit na-
turam contentioſæ, tunc illam exercet in loco principali,vbi
datur iuriſdictio, ut no. de offi. ordina. quanto. in Nouella.
Si tamen intra terminos territorij, in quo habet iuriſdictio
nem, locaret ſedem, non peccaret. Æquitas tamen eſt,quòd

in loco ſpecifice præeminenti, vel vbi datur iuriſdictio, locet
ſedem. Vbi autem prælati habent loca particularia in diuer-
ſis dioceſibus,debet locare ſedem in principali prælatura, nõ
in loco particulari, niſi hoc faceret de cõſenſu diœceſani, in
cuius loco locat ſedem, vt no.Ioan.And.poſt Inno. & Hoſt.de
offi.ordina.quanto.Hæc vera ſunt,niſi aliud diſponat priuile
gium,vel cõſuetudo:quia tunc in loco, vbi maiores,&c. ff. de
iuſtitia & iure.l.penul.Secundo principaliter proponitur hic,
quòd conſuetudo dat iuriſdictionem.¶Quæritur primo,qua
lis debet eſſe conſuetudo ex parte ſui,vt det iuriſdictionẽ.Qui
dam exigunt conſuetudinem in hoc fore ſpecialem, per text.
ibi,ſpeciali.Fran. dicit, quòd non intendit excludere genera-
lem:ſed de illa non dixit,quia de illa non dubitabatur,per ea,
quæ allegat gl. Vel ſpecialem vocat ratione iſtius ſpeciei, de
qua quæritur,licet etiam illud generaliter ſeruetur in regno,
vel prouincia,ſecundum Ioan.And.Exigitur ſecundo, quòd
conſuetudo illa ſit introducta ſuperiorum authoritate, aliàs
non valet, quia multa per patientiam, &c. de præbend. cum
iam dudum.ſecundum Vincen.Puto tamen ſufficere patien-
tiam eius,cui præiudicatur,per not. de cauſa poſ. cum eccle-
ſia.Item dicitur de hoc,quod priuilegio tribuitur iuriſdictio.
16 ¶†Quæro,cuius priuilegium exigatur. Hoſt. hic dicit, quòd
exigitur priuilegium apoſtolicum,quia ſolus princeps tribuit
iuriſdictionem ordinariam; nam inferior hoc non poſſet, in-
fra eodem,ſignificaſti.de reſtitu.in integ. c. penul. Hoc idem
concludit gloſſ. niſi aliud diſponat cõſuetudo,ne præ.vi.ſuas.
c.ſecũdo. alleg.2.q.6.§.quod de arbitris.ff.de iuriſd. omnium
iudicum-l.& quia.Conſuetudine autem diſponente hoc, po-
teſt inferior,C.de emanc.lib. l. prima. Hoc tenent domini de
Rota,ſua conclu.370.Fallit in duobus caſibus.Primus,quan-
do creat officialem generalem,qui habet ordinariam cogni-
tionem,de offi.vica.c.2.lib.6.not.Innocen. & Hoſtien. de offi.
vica.ſua.& Spec.de offic.ord.in princ.Item dat ordinariam in
ſtituendo in beneficio,aliàs prælatura habente iuriſdictionẽ,
de offi.ordi.cum ab eccleſiarum præla. Tertius caſus eſt, ali-
quem infeudando,per not.de iudicijs.cæterum. ſ. eodem. ex
17 tranſmiſſa.& c.verum.¶ † Quæro, vbi conſuetudo tribuit iu-
riſdictionem,qualem tribuat,& quale priuilegium.Dic,verũ,
& miſtum imperium tribuitur a ſolo Papa:an iuriſdictio, di-
xi ſ.Conſuetudo autem abſque dubio tribuit iuriſdictionem,
vt hic in text.Merum autem,& miſtum imperium nõ tribuit,
ſecundum quoſdam. Solus autem episcopus poteſt habere
merum,& miſtum imperium in dioceſi ſua. De quo 2. q. 7.ſi
quis,& extra dioceſim non habet niſi in caſu cle. quamuis.de
fo.compe. Ad hoc gl. Hoſtien. hic dicit, quòd notanter dixit
iuriſdictionem,non merum,& miſtum imperium. per quod
concluditur,quòd conſuetudo non dat nec merum, nec mi-
ſtum imperium.Fran. Accur. hoc diſputauit, & non determi
nauit.Iac.de Are.hic tenuit,quòd nõ preſcribatur, etiam per
tempus,cuius non eſt memoria, quia tale datur tantum per
viam legis,C.de fun.pa.l.iuris emphyteutici.lib. 11. Ad hoc
ff.d mor.infe.l.lõge.ff.de decur.l.Hẽrẽnius.Iac.de Bel.diſputa
uit,& ponit Cyn.in l.prima.C.de emanc.lib.Dicit tamen Iac.
de Are. quòd ſi allegetur priuilegium ad probationem, alle-
getur tempus, quod proficit, & ſic probatur queſitum merũ
imperium, ff.de vſuris. cum de in rem verſo. de cenſi. perue-
nit. cum ſua materia.Pet. & Cy. tenent illud præſcriptibile,
quia priuilegio queritur: ergo conſuetudine, quæ illi parifi-
catur.ſ.eod. nouit. Ad hæc, qa conſuetudo dat priuilegium,
de priuileg. quod quibuſdam. de verborum ſignific. in his.
Item quia conſuetudo habet vim, & exitum legis, de cõſue.
c.fin. Item poteſt quæri præſcriptione caſtrum: ergo merum
imperium,C.de diuer.offi. & appa.l.ſecunda,lib.12.Et hoc te
net Bar.in l.j.in fi.ff.de aqua plu. ar. de quo pleniſſime dixi in
repetitione c.peruenit.de cenſi.Dic, quædam ſunt meri impe
rij reſeruata in priuilegium principi,de quibus de offi.leg. qđ
translationem. de exceſ. præla. ſicut vnire. talia ſunt impræ-
ſcriptibilia, quando reſeruata ſunt in ſignum ſupremę pote-
ſtatis,no.Inno.de poſt.præl. bonæ.ad hoc C.de præſcr. trigin.
anno.l.competit.Quædam ſunt meri imperij,quæ ſolum cõ-
petunt principi,non tamen in ſignum ſupremæ poteſtatis,ut
creare notarios,legitimare,concedere vectigalia,vel pedagia,
aut ſtudiorum priuilegia: & hæc ſunt conſuetudine queſibi-
lia, vt not. de verborum ſignifica.in his. Ad hoc not. Innoc.
de fid.inſtrumen.cum P. tabellio. Quædam ſunt meri impe-
rij, quæ ordinem reſpiciunt epiſcopalem, & adhuc conſue-
tudine non quæruntur, de exceſ. præla. accedentibus.de con
ſue. quanto. Vnde inquantum agatur de conſtructione, uel
deſtructione ab ordine, conſuetudo inferiori hanc poteſta-
tem tribuere non poteſt, vt dicit Hoſtien. qui dicit conſue-
tudinem inferioribus tribuere non poſſe poteſtatem depo-
nendi clericos. Ad hoc de elect. tranſmiſſam, & præallega.
capi. quanto. ſecundum Hoſtien. Quædam ſunt meri impe-
rij, quæ priuilegio, vel lege conceduntur capiti prouinciæ,
& quæ nobili officio expediuntur, & propter finem publicæ
vtilitatis principaliter, ut cognitio criminalium: & hæc a
priuato conſuetudine non quæruntur: ſed ſi habet territo-
rium, vel alios ſubiectos, & aliquàm præeminentiam, ut
capitulum in ſeruientes: poteſt quæri, quod eſt meri impe
rij per inferiorem prælatum,ſicut & per inferiores magiſtra-
tus, vt dicit Barto.in dicta l.finali. de aqua plu. arcen. ut dixi
de cenſi. peruenit. & tenet etiam hoc in l. prima. C. de ſum-
ma trinitate,& fide catholica.Hanc concluſionem tenent do
mini de Rota, ſua concluſione 309. Alleg.de præſcrip. audi-
tis. & capitu. cum olim. 16.q.4. quicunque. de offic. ordina.
dilecta.de exceſ. prælatorum. accedentibus. hoc extendunt
etiam ad capitulum præſcribens contra canonicos, & alios
beneficiatos. Per quæ dicunt, quòd præſcribere poteſt pote-
ſtatem excommunicandi, incarcerandi, & alia agendi, quæ
ſunt de mero imperio. Alleg. de appel. dilectus. & capitu.ſi-
gnificauit.& c. dilecto. de ſenten. excommun. lib. ſexto.con
cludentes, quòd inferiores prælati poſſunt præſcribere quæ
ſunt epiſcopalis poteſtatis, ſiue legis dioceſanæ, ſiue iuriſdi-
ctionis: quæ concluſio non procedit in dependentibus ab or
dine, ut dixi ſupra. Innocen. autem, & Hoſtien. hic contra-
dicunt: quia dicit, iura, quæ ex conſuetudine tribuunt iuri-
ſdictionem inferioribus,intelliguntur de modica iuriſdictio-
ne,niſi intelligant modicam, omnem iuriſdictionem non cõ-
cludentem illa, quæ ſunt ordinis. Quod patet ex eo, quod
ſequitur,quòd dicunt,quòd deponere non poſſunt: & ſic eos
intelligo: nam quod poſſint ea, quæ ſunt meri imperij,patet
euidenter hic. Cognitio enim exceſſuum eſt de mero impe-
rio, & tamen hæc poteſtas conſuetudine tribuitur inferiori
capitulo. Ad hæc capitu.irrefragabili.§.exceſſus. Hæc vera in
quantum ea, quæ ſunt de mero,præſcribere intendunt cõtra
epiſcopos, vel alios inferiores. Inquantum autem nolunt prę
ſcribere contra principem, ſi illam extinguendo nõ poſſunt,
vt acæphali fuit ſecundum Io. de Lign. de præſcriptio. cum
de officij.& quod no. Innocen. in capitu. bonæ.de poſtu.præ-
lato.l.comperit. de præſcriptione triginta annorum.93. diſt.
nullam. Idem ſi vniuerſitas in ſe velit præſcribere merum im
perium exercendo in ſe vt vniuerſitate: quia hoc eſt impoſſi
bile. Ad hoc,quod no.de preſcrip.auditis. Sed ſi vellet acqui
rere,ut illud in ſubditis exerceat,dicit,quod poteſt. Hanc con
cluſionem tenet Lapus de Caſtilio. ſua allega. 82. vbi conclu
dit ciuitatem Tuderti, merum & miſtum imperium, quod
habet eccleſia in ea,poſſe præſcribere libertatem aduerſus il-
lud, vt illud exerceat in ſingulos. Allegat gloſ. in l.nec nos. C.
de diuer. offic. libro 11.in Authen.de defen.ciui.§.nullam. in
fin. glo. magnæ, colla.3. & no. in l.more. ff. de iuriſd. om. iu-
dic. Et concluſionem hanc tenet Guiliel.de Cuneo in l.impe-
rium.ff.de iur.omn. iud. qui poſt multa concludit idem,& di
ctum Barto. in l.hoſtes.ff.de cap. & poſtli. re. & in dicta l. pri-
ma,in fi. & dictum Cald. in c.cum non liceat.de præſcrip.& l.
ſi quiſquam.ff.de diuer. & tempo. præſcri. De ordinaria autẽ
iuriſdictione quod detur conſuetudine,non eſt dubium,quia
illa in priuato tribuit iuriſdictionem. Et dicit, quòd hoc pro-
batur hic,nec alibi ſic expreſſe. De priuata perſona meminit
ſe legiſſe,cum alia iura loquantur vel de prelatis,vel capitulis
tenentibus aliquam adminiſtrationem, vt iura hic allegata,
18 c.ad hæc.& c.accedentibus.de exceſ.prela.¶†Ex his deciditur
dubium,an priuatæ perſonæ det conſuetudo poteſtatem ex-
communicandi.Putat Ioan.An.quòd non,per no. ſ. de offic.
archid.cum ſatis.& capi.ſeq.licèt ſecus in prælatis,de electio.
dudum.& capi.cum ab eccleſiarum.de offi.ordi.ſecundũ Ho
ſtien.Ad hoc quod not.ſ.de offic.or.conquerente.in glo.ſicut
ordo.ubi dicit Ioan.And.priuatum cõſuetudine quærere nõ
poſſe poteſtatem audiendi confeſſiones, vel exercendi illa, q̃
ſunt curæ. Inno.in cap.olim.tenet ſimplicem clericum,dum
modo preſit alicui,poſſe quærere conſuetudine poteſtatẽ ex-
communicandi:quia ſi illi epiſcopus expreſſe poteſt delega-
re,ſic & poteſt tacite patientiam transferre. Et hanc cõcluſio
nem tenent domini de Rota,ſua concluſio.409.Idem conclu
dit de his,quæ fiunt a maiori parte cap. queſiuit. dummodo
canonicus habeat aliquam preeminentiam in ſubiectos. Si
ergo habet prælationem,ſiue iuriſdictionem, non eſt dubiũ,
eum quærere poſſe:ſi non habet prælationem, iuriſdictionẽ,
vel adminiſtrationem, habet tamen aliquam preeminentiã,
per quam ſubiectos habeat,poteſt ita poteſtatem excõmuni-
19 candi querere:& hec ſit concluſio,†Oppo.ut expediam gloſſ.
primam,q̃ dimiſi,quod de cõmiſſis extra non cognoſcat ordi
narius,6.q.3.placuit.de rap. capitu. primo. Solutio, Gloſ. di-
cit maxime, pro tantum: hoc deſtruit literam. Secunda ſo-
lutio, Si agitur de pœna excommunicationis, vel alia, a iu-
dice delicti illa imponitur, & non a iudice domicilij. Si agi-
tur de pœna depoſitionis, tunc procedit decretalis: quia
illa imponitur tantum a ſuo epiſcopo extra dioceſim, ſiue in
tra deliquerit,ſicut ab eo tantũ ordinatur. Et hanc opinionẽ
ſequitur

ſequitur Ioã.Vin.& Phi.Hoſt.contra per decr. infra proxi.Illa
loquitur de depoſitione ab officio.In vtroque dicit male glo.
Dic,quod ſiue imponenda veniat pęna depoſitionis,ſiue alia,
ordinarius in alios non ſubiectos cognoſcet de delictis com-
miſſis intra dioceſim,& non extra:& tũc bene ſtaret maxime
pro tantum.in alios ſubiectos ratione domicilij,ſiue extra,po
teſt ipſum punire ordinarius,vt l.prima,& ſecũda, & in auth.
qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oportet.de rap.ca.pri-
mo.& quod ibi nota.& j̃.capitulo finali.in fi.niſi fiat remiſſio
de qua gloſſa remittit.de quo dic vt in clementina paſtoralis.
circa medium,de re iudica.de quo 3.q.6.capitulo primo. Ve-
nio ad gloſſam ſecundam,quam ad corticem recito, licet e-
ius effectus ſupra ſit declaratus.In priñ.ponit concor.ad id,ꝙ
20 conſuetudo dat iuriſdictionem.¶†Oppo.in uer.ſed qualiter.
quod conſuetudo non poſſit dare iuriſdictionem, ut quis ſibi
vel ſuis miniſtret iuſtitiam,C.ne quis in ſua cau.l.prima.Gloſ
ſa dicit,quod licèt de iure non habeat dominus iuriſdictio-
nem ſuper familiam ſuam,poteſt tamen ipſam habere de cõ
ſuetudine,quia qua ratione ius dat iuriſdictionem magiſtro
inter diſcipulos ſuos,vt in authen.habita, C.ne fil. pro pa. ſic
etiam dat prælato ſuper ſuos canonicos : & ſicut dat ordina-
riam patri ſuper filiam, ita poteſt dari canonicis ſuper fami-
liam ſuam.Si tamen ſuſpectus ſit,poteſt peti ut deleget,vel aſ
ſocietur,vel eligantur arbitri,ſ. capitulo ſi quis contra cleri-
21 cum.11.quæſt.prima.c.peruenit.de app.cum ſpeciali.¶†Sen-
tit gloſſa plura,quòd primum dominus in familiam poſſit ha
bere ordinariam:& ſic ſi eſt ordinarius , poſſit cognoſcere de
delictis familiæ:innuit quod non poſſit habere delegatã . Idẽ
dicit de patre in filium,per §.tria.allegatum in gloſſa.Dic,ſi q̄
ritur an dominus eo quod dominus familiæ , uel pater eo ꝙ
pater habeat iuriſdictionem.De hoc dicendum quod non, ni
ſi vt dixi ſupra.¶Si quæritur,an conſuetudine poſſit dare iu-
riſdictionem domino in familiam vel patri in filium . Dic qđ
poteſt:& ſic poteſt intelligi hæc gl.vt no.Ioan.2. quæſtio.7.ac-
22 cuſatio.Et an tunc poſſit recuſari,dicam j̃. ¶ † Si quæritur,an
ordinarius eo quòd ordinarius poſſit cognoſcere de factis fa-
miliæ ſuæ,vel de factis filiorum.Hic gloſſa uidetur velle quòd
ſic.Gofre.dicit: Si quæritur , an poſſit cognoſcere de delictis ,
vel negotijs filiorum,filijs non agentibus, vel quãdo inter ex-
traneos non vertitur quæſtio cum filijs, poteſt . Sed an poſſit
cognoſcere de delict is,uel negocijs familiæ,uel filiorum,quã
do ipſi agunt contra alios,vel alij contra eos ? Dic quod ſi nõ
recuſentur,poſſunt:ſi recuſentur,non poſſunt . Vnde dicit,ꝙ
inquantum gloſſa dicit, patrem , vel dominum iudicem eſſe
familiæ:hoc intelligit verum,quando non agit contra alios ,
vel non recuſantur.Contraria procedunt,quando agunt con
tra alios,vel recuſantur,ſecundum eum.Io.3.q.7.§.tria . dicit
tales non poſſe eſſe delegatos.Allegat de appellat. poſtremo.
Poſſunt tamen vt ordinarij cognoſcere in ciuili,non in crimi-
nali.Et ſic intelligit l.qui iuriſdictioni.ff.de iur.omnium iudi-
cum . & idem Archidiaco. ibi , qui dicit hoc intelligi a con-
trario,ff.de iudi.l.in priuatis.gloſſa in l.qui iuriſdictioni.& cla
rius in l.quod etiam.ff.de arbi. concludit tales non poſſe eſſe
iudices in cauſa criminali.In ciuili dicit eos poſſe eſſe delega-
tos,quia funguntur vice delegantis : ordinarij autem poſſunt
vſque ad actum conteſtationis, vt actio perpetuetur,nõ vltra,
per l.ſenatus.de offi.præſi.& vtrobique hoc ſequitur Butr. &
Bart.Cal.hic recitatis opi.quas improbat, & recitat Hoſti.im-
probare,primo inquantum facit differentiam inter delegatũ
& ordinarium,quia innuit non poſſe recuſari delegatum,ubi
non poteſt delegans:quod eſt falſum.Item improbat,inquan
tum facit differentiam inter ciuiles,& criminales : quia l. qui
iuriſdictioni.generaliter loquitur.Reſidet Cal.indiſtincte poſ
ſe exercere,& ordinariam & delegatam,niſi recuſentur. Puto
quod in criminali non poſſit eſſe iudex,ſi opponatur.Nec exi
go recuſationem,quia lex recludit iuriſdictionis exercitium ,
vt l.qui iuriſdictioni,& l.lex Cornelia.ff. de iniur. In ciuili po-
teſt eſſe & delegatus & ordinarius,altero agente contra fami
liam,vel filium:& ſic non recuſante filio, vel familia agente ,
poteſt eſſe iudex in actione tempore peritura , & irrecuſabili-
ter vſque ad actum litis conteſtationis . In actione autem per-
petua poteſt eſſe iudex,dummodo non recuſetur , vt l. in pri-
uatis.& dicta l.quoniam.Recuſari tamen poteſt,eo quòd do-
minus,vel eo ꝙ pater,vel eo quia filius:quinimo eo quod cõ-
ſanguineus vſque ad gradum, quo ſuccedere poteſt , vt dicit
Bart.in dicta l.qui iuriſdictioni.Ad quod de appell.poſtremo.
Vbi autem recuſatur,procedi poteſt,ut dicit glo.Item poteſt
ſi vult,recuſationem euitare,alteri delegare,ff.de iur.omn.iu-
dicum.l.3.in fi.& l.prætor. Sanum enim eſt hoc conſilium ad
vitandam recuſationem,ſecundum Hoſt.in Summa, de ſent.
excom.§.quis debet.ſub §.proprijs.verſic.ſed nunquid ſuis. &
ſequen.vſque ad verſi.tertio.ſecundum Hoſtiẽ.De officiali an
ſit iudex inter familiares ſuos,vide in l.ſenatus. de off.pſi. &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquentem clericum, alibi beneficiatum deponit epiſcopus , qui in ſua dioceſi delinquit , & epiſcopus beneficij illam ſententiam exequetur. numero 7.*

2 *Domicilium dicitur quis ſortiri dupliciter , vt in vtroque foro poſſit conueniri.*

3 *Forus ratione delicti poteſt accumulari in loco domicilij.*

4 *Iudex delicti poteſt delinquentem iudicare,etiam quo ad pęnam priuationis officij,& beneficij.*

5 *Iudex quomodo poteſt iudicare de re extra limites ſuæ iuriſdictionis ſita .*

6 *Domicilium an clericus videatur ſortiri in diuerſis locis , in quibus habet plura beneficia reſidentiam exigentia.*

7 *Sententia,quę trahit ſecum executionem in rem alibi ſitam,quomodo ratione delicti poſſit ferri ſuper re alibi ſita,vt ex ea non videatur turbari iuriſdictio alterius in ſubiectum ratione delicti.*

8 *Iudex an delicti vel domicilij ratione poſſit diſtringere perſonas vel res alibi ſitas ſine licentia.*

9 *Sententia contra delinquentem lata , per quam publicantur eius bona , quomodo bona alibi ſita non applicantur fiſco iudicis condemnantis .*

10 *Confiſcatis bonis, an confiſcata videantur bona feudalia,& emphyteutica, ac ius patronatus .*

11 *Delicti ratione commiſſi ab extraneo contra ſubiectum,vel dominum ciuitatis,aut loci,an dominus ciuitatis habeat poteſtatem illum,vel eius bona diſtringendi .*

12 *Sententiam latam a iudice delicti,etiam ſuper re alibi ſita,ex quo poteſt illam exequi iudex territorij rei alibi ſitæ,an propria authoritate hoc facere poſſit ipſe iudex.*

13 *Sententians iudex quomodo poteſt compellere iudicem alterius territorij ad executionem ſuæ ſententiæ.*

## CAP. XIIII.

1 POſtulaſti. † Epiſcopus deponit clericum
alibi beneficiatum, qui in dio-
ceſi ſua delinquit,& epiſcopus beneficij ſenten
tiam illam exequitur. hoc dicit . Communis eſt
2 diuiſio.Secunda ibi,Ad quod . ¶ † Nota primo
argumen.quem ex poſſeſſione beneficij cum re
ſidentia non ſortiri domicilium in loco beneficij . Vel nota
verius,quem in publico loco ſortiri domiciliũ , in loco bene-
ficij cum reſidentia, & in loco vbi habet maiorem partem pa
3 trimonij etiam ſine reſidentia.¶†Nota ſecundo, quòd forus
ratione delicti poteſt accumulari in loco domicilij . Vide de
priuileg.capit.primo,libro ſexto.& vide l.iuris ordinem.C. de
iuriſd. omnium iudicum.& quod nota.infra eodem,ca.pen.
4 ¶†Nota tertio iudicem delicti poſſe iudicare delinquentem,
etiam quo ad pœnam priuationis officij & beneficij:& ſic eſt
argum.imo expreſſum ratione delicti, etiam quem ſubijci ad
pœnam depoſitionis:quicquid ſenſerit glo. ſupra capi.proxi-
mo . Sed poſſet reſponderi , quod hic ſortitur forum reſpectu
5 domicilij & delicti. ¶ † Nota quarto , quòd reſpectu rei extra
territorium ſitę poteſt promulgari ſententia abdicatiua iuris
a perſona de re,vel a re alibi ſita, licet facti executionem face-
re non poſſit:& ſic ſententia,quæ trahit ſecum executionem
in rem alibi ſitam,per quam non cõtingit turbari iuriſdictio-
nem alterius in ſubiectum ratione delicti,promulgari poteſt.
Ius ergo ad rem,vel in re principaliter adhæret perſonæ:& ſic
titulus beneficij principaliter eſt in perſona intitulati,licèt di
recte dirigatur ad rem,vel obiectum . Sufficit ergo perſonam
fore ſubiectam,licet non ſit ſubiecta res . Ad hoc l.2.C. vbi in
rem actio.Nam ſuper reali pronuntiat iudex domicilij,etiam
de re alibi ſita,abdicando dominium a re:actualis tamen exe
cutio quo ad poſſeſſionẽ facti ſpectat ad iudicem,ubi res eſt ſi
ta.Ad hoc quod nota.infra capitulo fi. Et ex hoc nota , quòd
in rem alibi ſitam non exercet iudex alterius territorii iuriſdi
ctionem in actu exequendo.Et nota,iudicem alterius territo-
6 rij poſſe exequi ſententiam ab alio latam . ¶ † Oppo. primo,
quòd quis ſortitur domicilium ratione beneficij , de tempor.
ordi.cum nullus.libro ſexto.Vinc.ſtat contrario , concludens
in loco beneficij tantum,vbi eſt intitulatus , quem ſortiri do-
micilium,& non alibi.Per quæ dicit talem clericum intitula-
tum non poſſe ſortiri domicilium in diuerſis locis:licet ſecus
dicat in laico,ff.ad munic.l.aſſumptio.Sed hoc eſt contra hũc
tex.& non placet Ioan.And.Allegat ad hoc de tempor.ordin.
cum nullus.libro ſexto. vbi eſt expreſſum , & hoc etiam tenet
Gofr.dicens quem habere domicilium,etiam vbi habet larẽ,
nõ vbi habet eccleſiam,uel beneficium.Allegat de reſcriptis.
dilectus.2.Io.And.remittit de reſcriptis.ſtatutum.li.vj.§.cum
vero.ſuper gl.in verbo,quia domicilium.Et de priuile.ex òre.
Arch.de reſcri.ſtatutum.§.cum autem.ſentit opi.Vin.clericũ

non poſſe in pluribus locis habere domicilium : quia in vno
loco tenetur ad reſidentiam,quod non eſt in laicis.Dic,ſi cle
ricus habet plura beneficia reſidentiam requirentia, poteſt
habere plura domicilia,quia vtrobique tunc habitare cenſe-
tur,Et hoc dicit Io.71.diſt.primates.Idem gloſ.& Io. Andr. de
præbend.quia intantum,& Archidia.3.q.6. in ſumma.vbi re-
citat opin.ſupra poſitas,& ſentit glo.21.quæſt.2.quoniam. Si
habeat vnum tantum reſidentiam requirens, in illo dicitur
ſortiri domicilium,vt dicit Io.An.in d.§.cum autem. Per hoc
tamen non excluduntur alij modi ſortiendi forum, & domi
cilium,vt dicit hic Io.And,& eſt tex.hic. Vnde ſi de facto alibi
reſideret, vel patrimonium haberet, poſſet ibi conueniri, ut
hic ſentit Ioan.And,Principalius tamen domicilium diceret,
vbi reſidere tenetur.Et hoc dicit Inn.de priuileg.ex ore.prout
declarat Ioan.And.licet aliter verba ſua ſonare videantur, ſci
licet quod non habeat domicilium extra locum beneficij,qñ
beneficium requirit reſidentiam:ſed debet intelligi propriũ,
& principale,vt dicit Ioan.Andr.Fallit hoc in abbate, qui ex-
tra monaſterium ſuum non poteſt habere domicilium. Sed
ſecus,vt dixi,in clericis ſecularibus:& hoc,quia plus adſtringi
tur abbas monaſterio,quàm clericus eccleſiæ, cum ex profeſ-
ſionibus teneatur ad ſtabilitatem clauſtri, 16.quæſt.j.placuit.
& 12.q.non dicatis.& c.nolo.Hoc dicit Inn. in dicto c. ex ore.
Sic debet intelligi Archi.qui recitat Innoc.11.q.j. clerici. Vel
poſſet dici,& melius,in clericis ſecularibus, vt habere cenſen-
tur domicilium in eccleſijs,vbi reſidere tenentur : ita qđ non
excludatur domicilium ratione patrimonij, vt hic, ſed bene
excluditur domicilium ratione habitationis, cum alibi habi-
tare non poſſit de iure : & ſic ibi non videantur eſſe cauſa ha-
bitationis perpetuæ,ſed momentaneæ,vt l.ex facto.§.rerũ Ita
licarum.ff.de hæred.inſtit.Et ſic poteſt intelligi Gofre. hic, &
Innoc.in d.c.ex ore.& hoc plus placet. Poteſt enim quis ſorti-
ri domicilium ſecundum hoc tripliciter.Primo,ratione bene
ficij,in quo reſidere tenetur.Secundo,quia tenet quis larem:
& hoc excluditur, vbi habet beneficium alibi requirens reſi-
dentiam.Si tamen alibi de facto habitet, adhuc puto ibi poſ-
ſe conueniri,quia ſufficit quod ibi ſortiatur domicilium.Ter
tio,quod habet alibi maiorem partem bonorum:& hoc non
excluditur:ad hoc l.2.C.vbi ſena.vel clari.Poteſt & quarto ſor
tiri domicilũ ratione originis:& hoc non excluditur : ad hoc
de temp.ord.c.cũ nullus.& ibi no.in gl.in verbo,domicilium.
Ex his patet,quis compellat ad exhibendam diſpenſationem
quando clericus habet beneficia in diuerſis dioceſibus. uide
Ioannem Andr.de officio ordi.ordinarij.in verbo,ordinario-
7 rum.¶ †Venio ad gloſſ. oppo. quod non priuet iudex delicti
clericum beneficio alibi ſito:quia hoc eſſet ſententiare ſuper
re extra territorium ſita,de cõſtitutio. vt animarum. de iuriſ.
omnium iudicum.l.fi.ff.de bo.authori.iu.poſſid.l.cum vnus.
§.fin.Solut.Gloſſ.prima intelligit literam vt loquatur, quan-
do priuatio ſurgit a iure immediate,& non ab homine: vt qa
diſpoſitione iuris cauetur, damnatum de crimine ipſo iure
fore priuatum : & tunc ad contrarium, ſi quæritur an iudex
poſſit ſua ſententia immediate priuare beneficio alibi ſito,di
cendum quod non,vt in contrarijs:ſed an poſſit pronuntiare
ſuper crimine, declarando ipſum tale delictum commiſiſſe,
ex quo a iure ipſo iure ſurgit priuatio:dic ꝙ ſic,quia tunc iu-
dex nõ priuat immediate beneficio,ſed ius, quod vbilibet ha-
bet poteſtatem,vt l.j.in fi.ff.ad Turpil.Et hoc voluit gloſ. pri-
ma ibi,inquantum dicit quod iudex non ſententiat ſuper ec-
cleſia,ſed ſuper crimine,& poſtea ſententia faciat fidem in a-
lio iudicio.Dat ſimile 24.q.prima,ſtatuimus. Hoc ſequi videt
hic Inn.qui dicit ſententiam eſſe ferendam ſic,Condemno te
de tali crimine:& poſtea executio fit ſecundum canones, qui
præcipiunt criminoſos condemnatos deponendos,25.diſtin.
primum.niſi ex diſpenſatione tolerentur, de iudi. at ſi clerici.
& interdum erit pena depoſitionis,C.vbi de crimin.agi opor.
authenti.qua in prouincia.Per hoc apparet,quod ſentit, ſen-
tentiam depoſitionis ferendam per iudicem delicti.Dicit tñ,
quòd perpetuo ſuſpendere poteſt ab eccleſia alibi ſita:ſenten
tia tamen in facto mandabitur executioni per iudicem,in cu
ius territorio res eſt,ff.de re iudic.l.a diuo Pio.§.fi. ſecundum
Innocen. Et ſatis tamen puto ſufficere diſpenſationem iudi-
cis loci delicti,quia habet inſtar abſolutionis,& ex quo ſemel
abſolutus eſt,&c.l.licet.ff.nau.cau.ſta.infra de accuſa.de pur.
vulg.c.2.ff.de accuſa.ſenatus. ¶ Gloſſa ſequens ſentit contra-
rium, quæ dicit iudicem loci beneficij priuare illum per ſen-
tentiam ab alio latam.Sententia ergo ab alio lata eſt illa,quę
immediate priuabit, non illa ſententia iuris. Et hoc placuit
hic Pe.nam hic fuit quæſitum de ſententia priuationis officij
& beneficij:de ſententia ergo hominis immediate priuatiua
intelligatur rñſum.Et hoc tenet Hoſt.idem Gof.Petr.& Abb.
ad hoc verbum,executio,ſcilicet quia non dicit priuatio, vel
pronuntiatio.Ad hoc quod no.de appel.paſtoralis, & ĩ c.Ro-
mana.eod.tit.ſuper verbo,de crimine.Hoc etiam tenet Spec.
in titu.de ſenten.exec.§.nunc videndum.ver. ſed pone.vbi im
probatur opin.dicentium quod exigebatur pronuntiatio ſu-
per priuatione beneficij per iudicem beneficij.Sed huic obſt.
8 contrarium.Reſponſio patebit ĩ. † Concludo, ſi quæritur an
iudex delicti,aut domicilij poſſit diſtringere perſonas, vel res
alibi ſitas.Et proſequor tres caſus.Primus, quando ſententiæ
vel pœnæ tantum perſonam concernunt.Secundus, quando
res tantum.Tertius,quando perſonam,& bona ſimul.Venio
ad primum de ſententia pœnali diſtringente tantum perſo-
nam:ſi habet perſonam ſubiectam in limitibus ſui territorij,
tunc ſi ſententia,vel pœna reſpicit certi loci interdictum,non
porrigatur extra territorium interdicti ex poteſtate ſentẽtiæ,
ſed bene porrigetur ad quædam loca per conſequentiam ex
iuris diſpoſitione,vt l.relegatorum.§.j.& §.interdicere. & §.ſe
quen.ff.de inter.& rele.quia ſi relegatus eſt a prouincia domi
cilij,intelligitur relegatus a prouincia originis a iure. Ad hoc
de ſent.excommun.ſi ſententia.lib.vj.& quod not.de priui.ex
tuarum.& de exceſ.prælat.tantum. Si interdictum non reſpi-
cit locum,ſed certam artem, Nico.dicit, ſi interdictum eſt fa-
cti,non porrigitur extra territorium, ff. de poſtu.l.ex ea. Hoc
verum,niſi ars omnino coerceat perſonam,vt eſt officium,&
ordo,& dependentia ab eo,vt no.de appel.paſtoralis. Si autẽ
non reſpiceret artem,ſed ſtatus diminutionem,ita quòd per-
ſonam inficiat,vel adhærentia perſonæ:Nico.dicit, ſi interdi-
ctum eſt iuris:& dicit Bart.in d.l.j.C.de ſum.tri.& fi.ca.aliquo
tamen addito,quæ habuit a Nicol.de Mata. quæ verba refert
Io.Andr.in addi.Specu.in tit.de accuſa.§.qualiter. in ſummu
la bannitorum,uerſi.felicis Nicolai,&c.quod poteſt ſic perſo
na diſtringi a iudice delicti,& domicilij,& contractus, in tan-
tum ꝙ affecta perſona per ſententiam hoc ipſum ſequitur ve
lut vmbra ad limites alterius territorij,vt eſt excommunica
tio,& ſuſpenſio ab officio,ſententia infamiæ, & depoſitionis,
ff.de poſtu.l.ex ea.ſ.de offi.ord.ad reprimendam.& c.cum ab
eccleſiarum.de appella.paſtoralis. & quod ibi no.& c.cum p̃
terea.cum ſimil.Si tempore ſententiæ non habet eam in limi
tibus territorij,eam tamen præuenit citando,vel conditiona-
liter ſententiando: & quilibet poteſt ꝑ ſententiã perſonã affi-
cientem etiam extra limites territorij infligere,ĩ.eodem. ꝓpo
ſuiſti.no.Inno.de dila.præterea.quicquid ſentiat Paul. in cle.
paſtoralis.de re iudic.Si tempore ſententiæ non habet ipſam
in limitibus territorij,nec ipſam præuenit : dicit, ſi ſententia
trahit ſecum executionem immediatè ex poteſtate iuris pro-
pter ſententiam non immediate ex ſententia, vt ſententiæ ſu-
per delicto infamantes ex iure:& tales ligant, ſecundum om-
nes,latæ a iudice domicilij : quia iudex domicilij habet pote-
ſtatem iudicandi perſonam,etiam alibi ſitam,ex quo domici
lium retinet:quinimo & de delicto alibi commiſſo, ut l.j. &
2.authen,qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oportet.de rap.
cap.j.ſupra eo.cum contingat.no.ĩ.capitu.finali.Et hoc tenet
Pau.in cle.paſtoralis.qui exemplificat in caſibus poſitis 3.qu.
7.§.porro,Iudex autem delicti non poteſt iudicare perſonam
alibi ſitam non præuentam,vbi agit principaliter diſtringere
perſonam,vt in clemen.paſtoralis.de re iudic.& nota de foro
competenti.Romana.§.contrahentes.lib.vj. Si ſententia tra-
hit ſecum executionem immediate ex ſententia, iudex deli-
cti,vel contractus hanc non poteſt promulgare in exiſtẽte ex-
tra:quia talis forus ſubmittit perſonam inquantum extra, l.
2.ff.de eo,quod certo loco,& dicta clemen.paſtoralis.§. con-
trahentes.Iudex autem domicilij bene promulgat illam ſecũ
dum communiorem opin. vt no.Io.11.q.2.epiſocpum. & eſt
caſus de cle.non reſi.ex tuæ.Ad hoc 2.q.j.manifeſta. de appel.
cum ſit Romana.de cle.excomm.mi.ad apoſtolicæ.not.ĩ.c.fi.
& ſ.c.ſane.Ioan.An.in §.contrahentes. quicquid ſentiat Pau.
in clem.paſtoralis.de re iudi.Et ad rationes eius reſponde. Et
dixi de ſent.excommun.a nobis.& de conſti. vt animarum.§.
ſtatuto.& ſ.c.ſane.& ĩ.ca.fi.Et hoc de prima ſpecie ſententia-
rum.Eſt ſecunda ſpecies ſententiarum,quando ſententia tan
tum concernit res:dic,ſi res ſunt in territorio ſententiãtis, po-
teſt illas afficere,vt in tributum capere,vt dicit hic Innocẽ. in
poſſeſſionem mittere,incorporare in fiſcum in totum, uel in
partem.Si ſunt extra territorium, non poteſt, niſi aliquid di-
ſponat in perſonas:quia res non ſunt principaliter ſubiectæ,
vt hic,& l.cum vnius.§.fin.ff.de bon.auth.iu. poſ. ad hoc d.§.
contrahentes.¶Venio ad tertiam ſpeciem,quando ſententię
miſtim perſonam concernunt, & res : & tunc ſi bona ſunt in
territorio,poteſt diſtringere vt libet : ſi perſona eſt in territo-
rio vel extra,ibi poteſt diſtringi a iudice domicilij, vel delicti :
quia præuenta eſt res,& bona ſunt extra.Si principaliter vult
diſtringere res,non poteſt, ſi perſonã principaliter, in conſe-
quentiam bona,ſi vult ſententiare ſuper delicto,vel culpa,ex
quo ſequitur priuatio bonorum immediate ex poteſtate iu-
riſdictionis:& ſecundum omnes poteſt, ut hic, ſecundum gl.
primam,quia ex quo abdicatio fit immediate ex poteſtate iu-

riſdi-

riſdictionis, vbilibet habet poteſtatem:ergo hoc fieri poteſt, ſi vult ſententiare directe priuando iure ad bona alibi ſita cōpetente:& ſunt opi.quia aliquid tangit de re alibi ſita. Aduerte,ius,quod habet quis iure aut tituli,aut dominij, eſt principaliter in perſonam,licet obiectiue competat ad rem. Hinc eſt,quod animo tenetur,& animo debetur,l. ſi quis vi.§.differentia.de acqui.poſſ.no.de pac.cum pridem. Fundamentum ergo tenendi eſt in perſonam:quatenus ergo reſidet in perſonam,poteſt illud ius a perſona auferri habens perſonam ſubiectam:ideo abdicat ab eo ius,& res derelicta remanet,vt hic, ſecundum verum intellectum. Quam opi.ſequitur Specu.in tit.de ſent.excomm.§.nunc videndum.ver.pone.Exequi autē actualiter non poteſt,ſed executio,prout eſt in facto, ideſt, in abdicanda poſſeſſione facti,fit per iudicē rei ſitæ. Dixi de poſſeſſione facti,quia ſi iudex intēderet,bene poſſet auferre poſſeſſionem rei alibi ſitæ,etiam prout poſſeſſio eſt iuris,ff.de acqui.poſſ.l.cum vniuerſitas.§.cum prætor. & no.in l.j.C. vbi in rem actio.Si iudex animo priuandi poſſeſſione ciuili contra eum promulgat ſententiam, quia tunc ſuſpicatur vel ſuſpicari debet ſe poſſe repelli.Ad hoc,quod no.Inn.de conceſ.prę̄b. cum noſtris.vt lite non conteſta.§. quoniam.§.quod ſi ſuper.

9 †Ex his deciduntur aliqua dubia. Primum eſt,lata eſt ſententia contra aliquem, ex cuius delicto bona veniunt publicanda,an bona,quæ ſunt alibi,publicentur?Gul.de Cun. in l.2.ff. de ca.di.tenet quod ſic:& confiſcabuntur in fiſcum, vbi ſunt bona:& illa ſunt bona,quæ poſſunt a perſona abdicari: & ſic occupabuntur quaſi vacantia per fiſcum,vbi ſunt bona. Allegat l.3.C.de bo.vacan.de iure fiſc.& ff. de inoffi.teſt.l. poſthumus.§.ſi quis ex his.& l.ſi non mortis.§.fi. & latiſſime ibi hoc diſputat.Eandem quæſtionem facit Ioā.de hære. cum ſecundum.lib.vj.in crimine hæreſis,poſt Io.Cald. licet contrarium diſputauerit Rich.Malumb.vt ibi recitat Cy. latiſſime proſequitur Io.And.in addi.Spec.in tit.de accu.§.ſequitur.in ſummula bannitorum.in add.quæ incipit,Felicis Nicolai,&c.Recitat diſputationem in materia.Nicol.deuiat:quem colligendo vna cum Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide cath.in vlt.q. ſic concludo,Si vtriuſque loci burſa una eſt, & iuriſdictio vniuerſalis.Exemplū in locis ſubiectis Romanæ eccleſiæ,ſi publicatio tenet,fit de iure communi,vt in hæreſi, ubilibet confiſcantur:ſed incorporabuntur in fiſcum per iudicem loci,ubi ſunt bona:abdicabuntur tamē a perſona per iudicem delicti pronuntiantem,uel domicilii,vt hic. Ad hoc l.ſi quando.ff.de bo.ua.etiam ſi ſimpliciter ex ſententia publicet bona, quia ſententia intelligeretur ſecundum ius de omnibus bonis etiam alibi ſitis.Si confiſcatio fit per conteſtationem,ſeu legem ſpecialem,& viget lex in utroque loco : & dicit ꝙ idem.Hoc uerum puto,ſed non uigore ſtatuti, ubi ſunt bona,& ubi non deliquit,quia non poteſt diſtringere factum extra territorium,ut in ca.ut animarum.§.ſtatuto. ſed uigore ſtatuti loci delicti, ubi hoc aperte diſponat, quod ſatisfacere cenſetur,quando dicit,Omnia bona ubicunque ſita publicētur.poteſt enim abdicare a perſona,& illa facere uacantia,ut hic eſt caſus.Sed ſi ſimpliciter dicit,Bona confiſcētur, uel omnia bona : ſtatutum in dubio reſtringerem ad bona loci delicti,arg.eorum,quæ dixi in ca.vt animarum.§. ſtatuto. ad hoc quod not.Fred.ſuo conſil.16.vbi dicit ſtatuentes in dubio reſtringere ſententias,& eorum effectum ad limites proprij territorii:& eſt expreſſum in dicta l.cum vnus.§.fi.ff.de bo.auth.iud.poſ. Et hoc caſu bona non publicarentur ex diſpoſitione ſtatuti loci bonorum,licet hoc diſponeret: quia nō poſſet punire factum alibi,vt in §.ſtatuto.Si confiſcatio fit per conſtitutionem ſpecialem loci delicti,ubi ſententiatum eſt, an bona alibi ſita publicentur:dicit Bar.quòd conſtitutio ſe non extendit ad bona alibi ſita extra territorium.Allegat l.neque.C.qui tu.da.poſ.de tut.& cur.da.ab his.l.prima.in fi.& l.pupillo.hoc puto,quando lex loquitur ſimpliciter.Sed ſi dicit,Omnia bona ubicunque ſita publicentur : credo quòd hoc poſſit ſtatutum,quia ſicut poteſt ſententiando abdicare ius a bonis alibi ſitis,ut hic:ita poteſt ſtatuēdo, ex quo ſpecifice hoc diſponit, argu.huius decre.& hic,quo ad hoc ut bona uacent : ſed quo ad actum incorporationis,illa fieri debet per iudicem loci bonorum,ut hic eſt caſus.Per quæ patet, quod non obſtāt leges de tutoribus loquentes,quia dare tutorem reſpectu bonorū, eſt dare ius quo ad actū facti,bona tractādi,& adminiſtrandi: non poteſt hoc ergo iudex perſonæ, ſicut nec poſſet quo ad actum exequendi:& hoc eſt tenendum.Si autem burſę fiſcales ſunt diuerſæ,ut quia confiſcatio fit in terris Imperij, & bona ſunt in terris eccleſiæ, uel econtra, uel ciuitates ſunt in terris eccleſiæ vel econuerſo, uel ciuitates ſunt ſub particularibus, & diuerſis dominijs,fortè non recognoſcētes de facto, uel de iure ſuperiorem unum:dicit quòd ſi ꝯfiſcatio fit per legē ſpecialē,non confiſcabuntur niſi bona ſpecialia loci delicti.Non placet hoc,qa diuerſitas burſarū non facit,qn ſtatuens poſſit abdicare bona alibi ſita a perſona eius,quē ſubiectum habet: ſeſt confiſcatio fit de iure cōi,ubilibet fiet,& bona apprehendet fiſcus loci,ubi ſunt,per prædicta, & l.ſ̃. allega.poſt Guliel. de Cu.Ad hoc l.tutores.§.hæres.ff.de adminiſtratione tutorū l.ſi quæro,& l.fi.C.de bo.ua.per quæ apparet, quod differētia an iuriſdictio detur de iure communi, an ſpeciali,non eſt bona,quicquid dicat Nico.de Mat.& recitat Ioan. And. in addi.

10 Specu.prædicta.& hæc ſufficiant.¶†An confiſcatis bonis confiſcantur bona feudalia,uel emphyteutica eccleſiæ, uel laici? vide Bart.in l.ſi finita.§.ſi vectigalibus.ff.de damno infec.& in Specu.de feu.§.quoniam M.& ſuper verſi.39.in addi. vbi Ioā. And.dicit quoſdam poſſe ex imperio abſque ſtatutis, uel legibus bona publicare. Quid de iure patronatus, uide gloſſ.16. q.7.filijs.& quod no.gl.in cle.de re iu.paſtoralis. uide gl.Oldr.

11 in emphyteuticis ſuo conſi.17.¶†Per prædicta deciditur quæſtio,quam diffuſe hic proſequitur Innocen.& Hoſtien. Nunquid pro delicto ab extraneo commiſſo contra ſubiectum, vel dominum ciuitatis,vel loci, habeat poteſtatem dominus ciuitatis, illum uel eius bona diſtringendi . Dicit, colligendo mentem Inno.ſi vult procedere contra delinquentem principiando a perſona:& dicit quòd contra delinquentem,contra dominum,uel ſubiectum non habentem ibi domicilium,dominus non poteſt in eum facere iuſtitiam,etiam in poſſeſſionibus,quas habet in ſuo diſtrictu,alleg.ſ̃.c. cum ſit, ſed debet adire dominum,vbi habet domicilium:& ſi dominus non facit inde iuſtitiam,proſequatur iuſtitiam ſuam, ſecundum canones,qui habentur 33.qu.2. dominus.Ad quod idem,quod plenius no.j̃.de appel.dilectus.in glo.no.appellationem.& de iniur.& ſi pignorationes.libro ſexto.Et ſuper regula, non debet.eo.lib.per quę dicit Innoc.plus, quod principiando a perſona ad comparendum coram ſe in iudicio, non poſſet cogere:imo nec hoc induci poſſet conſuetudine,uel ſtatuto, quæ non valerent,niſi ſuper rebus ſuę iuriſdictionis:quale non eſt hoc,quod ille, qui non habet ſub eo domicilium, coram eo reſpondeat.Inquantum Innoc.dicit, quòd non poteſt contra delinquentem contra ſe,uel ſubiectum procedere,& eum cōdemnare,uel ſtatuere contra eum quo ad bona diſtringēda : hoc non placet Hoſt.qui dicit hoc eſſe contra hanc decret. & ſimilia iura : ſed dicit hoc poſſe intelligi in dominis habentibus loca ſine iuriſdictione,ſicut ſunt plures nedū milites, ſed etiam plebei,a quibus tenentur certi agri,domus,uel areæ,in quibus tamen iuriſdictionem non habent:& de his etiam fatetur,quod de conſuetudine poſſent iuriſdictionem habere, ita quod ius dicant alijs,& non contra alios & ſe:argumen.ſ̃. c.proxi.Nam quod priuatus ſibi iuriſdictionem dicat,hoc nō poſſet conſuetudo, quia irrationabilis eſſet, C. ne quis in ſua cauſa.l.j.de uerbo.ſignific.forus.& irrationabilis conſuetudo non ualet,de re iud.cum cauſam. de conſuetu.c.fi.¶Nota bene dictum hoc,qđ dn̄s eo ꝙ dn̄s uillę,uel agri,ſeu domus,non uendicat ſibi iuriſdictionem. Poſſet etiam procedere dictum Innoc.ut puto,quando haberet iuriſdictionem in loco dominus,& delinquens non reperitur in loco,uel territorio eius,ꝯtra quem delinquatur:quia principiando a perſona, non poſſet res diſtringere, nec bona . Vbi autem reperiretur in loco, poſſet ius dicere ſubiecto:ſibi autem non, niſi eſſet delictum notorium,uel [illegible] extraiudicialiter loquendo ſe defendendo de ſenten.excommū.dilecto.Poſſet etiam intelligi,quādo delictum fuit factum contra dominum, uel contra ſubiectum extra limites territorij ſui:unde tunc eſſet opus recurſum habere ad repræſalias, uel ad indictionem belli, quod inducere poſſet demum in ſubſidium omnium iudicum.Vltimate ſibi non deficeret Papa,ut no.Io.And.in regula,non debet.de reg. iur.lib.6.& no.de iniur.c.j.eo.lib.& no.de appel.dilectus.tales tamen indictiones reprę̄ſaliarum,aut belli,non debent cōcedi priuatis locis,læſis ſed dari debent contra magiſtratus negligentes.Contra authenticas ſingulares perſonas non culpabiles,non debent,nec de iure poſſunt,& bona conſcientia cōcedi,ut no.Io.An.in locis præall.¶ Nota tamen in hoc membro duo incidenter dicta, quòd conſuetudine non poteſt induci,ut quis in propria cauſa ſit iudex.Secundo, quod dominus eo qđ dn̄s uillæ,agri,uel domus,non uendicat ſibi iuriſdictionem.Quandoque dicit Inn.uult procedere principiando a rebus,principaliter res diſtringendo, ut quia poſſeſſiones debent aliqua munera realia,ſiue ordinaria,ſiue alia:& poſſent eum per occupationem poſſeſſionum,quas habet,iuriſdictione ſua diſtringere,C.de ſacroſan.eccl.l.iubemus nullam . & l. placet.Quandoque,dicit Inno. uult principaliter diſtringere bona,non in procedendo,principiando a perſona, ſed ſtatuēdo,& cauſam trahēdo ſtatuti,& deſcriptionis a culpa, uel offenſa perſonæ:& fatetur quod ſtatutum poſſet fortè, quod qcunque commiſerit talem offenſam, bona eius confiſcarent, uel offenſo applicarentur : quia in rebus ualet ſtatutum, uel conſuetudo,quia ſunt de eius iuriſdictione, argu.C. de ſacroſanctis eccl.l.iubemus nullam.nec debet talis conſuetudo rūdi per extraneos,7.diſt.qui contra.Ioan.And.dicit uidendum

quod

quod not.de iureiuran.c.ſicut.in gl.nota.ver. ſi vero non fiat. Tamen fatetur,quod ſi vellet capere bona, in procedendo oporteret iudicem ſuum adire,& facere eum per ſuum iudicẽ condemnari:& cum agatur tunc in rem, agere debet coram iudice rei,C.vbi de poſſ.agi oportet.l.prima.C.de iudi.l.quod legatur.§.ſinautem.Idem ſi creditor agat hypothecaria, quia in rem eſt:ſecus ſi pignoratitia,quia perſonalis eſt,vt nota.de pigno.cum contrarium. ſecundum Inn.non placet hoc Hoſ. quia per hoc aperitur via principibus ciuitatis,& laicis cõtra eccleſiam,& eccleſiaſticas perſonas. Quid enim ſi faciunt ſtatuta,vel haberet conſuetudo, ꝙ committentes adulterium, vel aliud quodlibet crimen, poſſeſſiones delinquẽtis poſſint confiſcari:ſecundum hoc a laicis poſſent confiſcari bona clerici latas poſſeſſiones habentis,committentis crimen a ſtatuto damnatum:quod non placet ſibi,cum ſit certum,quòd laici perſonam clerici delinquentis punire non poſſunt,s.titu.j. at ſi clerici.multominus res,quæ nec puniendæ ſunt pro delicto ab alijs iudicibus, qui perſonas minime punire poſſunt, cum delinquunt,in Authẽ.de man. princ.§. oportet.colla.vj. Item nec ſtatuta,vel conſuetudines laicorum ligant perſonas eccleſiaſticas,vel res eorum,vt no.de conſtitu.quę in eccleſiarum.& c.eccleſia.de re.eccle.non alie.capi.fi.Et dicit Hoſtien. quòd ſi Innocen.hoc ponderaſſet, hoc non notaſſet. Et dicit Ioan.And.quòd hæc faciunt ad quæſtionem, quam diſputauit ſuper regula,ſine culpa.de reg.iur.libro ſexto. Dictum Innocen. procedit, quando ſtatuit contra perſonas delinquentes contra ſe,vel ſubiectos in limitibus territorij proprij: quo caſu ex delicto poſſunt ſubijci ſtatuenti.Et ſic loquitur, quia loquitur quando res ſibi ſunt ſubiectæ: quia ſic delinquendo ſubijciuntur ſtatuto,ſed non iuriſdictioni, niſi contractus ibi inueniantur.Per quæ patet,quod non loquitur de clericis, q etiam ex delicto non ſubijciunt̃ iudici ſeculari,nec bona ſunt ſubiecta iudici ſeculari,vt dicto capitulo,eccleſia.Inquantum autem contra dominum,vel ſubiectum delinquerent extra limites territorij domini ſtatuentis,ex ſtatuto nõ poſſet ligari, vt in c.vt animarum.§.ſtatuto.de conſtit.libro ſexto.Nec obſtat,quod ſubijciatur,eo quod delinquit contra ſubiectum, ſicut patet in delinquente contra clericum, ſupra eodem,cum ſit.quia ibi non ſubijcitur ratione perſonæ, contra quam,uel in quam deliquit, quia non numeratur hoc inter modos forum ſortiri,ſed ſubijcitur tantum propter naturam criminis ſacrilegij,quod eccleſiaſticum eſt:quod non eſt hic. ¶ Ex his patet,quod de ſtatutis punientibus extraneum,vel ciuem delinquentem contra ciuem ſuum,de quibus plene dixi in c. vt animarum.§.ſtatutum.de conſtituti.libro ſexto. Et plene per Barto,in l.cunctos populos.C.de ſumm.trinita. & fide catho. Ex his tollitur dubitatio, an iudex domicilij debitoris poſſit abſoluere a iuramento præſtito de ſoluendis vſuris alicui extraneo exiſtenti extra territorium, ſi ambo eſſent eiuſdem domicilij:per prædicta eſſet planum quod ſic:ſed vbi ſunt diuerſorum domiciliorum,dubium eſt. Lapus ſua x. allegat. dicit, quòd abſoluere poteſt,quia non petitur hic dari aliquid, uel fieri a parte:vnde non eſt neceſſaria litis conteſtatio cum parte, ſed ſolum imploratur iudicis officium ad exonerandum conſcientiam iurantis.Vnde totum exercitium iuriſdictionis dirigitur ad perſonam iurãtis.Vel hoc maxime, quia iuramẽtum nõ obligat parti,ſed ſolum Deo,de iureiuran. debitoris. Deus autem vbilibet eſt,& vbilibet forum ſortitur. Hoc ergo vinculum tollere poteſt, & ſtimulum a cõſcientia debitoris, qui habet ſuppoſitum debitorem,relaxare:& quanquam tollatur ius partis,pars non poteſt aliquod ius prætendere, quod non ſit turpe:ideo ab eo non abdicatur validum ius in ſua pſona conſiſtens:quod puto tenendum,quod poſſit principaliter iudex abſoluere talem ſic iurantem: & quòd prius non ſit opus,vt a parte petatur abſolutio:quod quidam tenent,& male.Dicam infra in dicto capit.debitores. & tenendo maxime,quod in abſolutione pars non citetur: de quo etiam dicã

12 infra.¶†Dicitur hic vltimo,quòd poteſt iudex territorij exeq in bonis ſententiam latam a iudice delicti: dubiũ autem eſt, an propria authoritate hoc facere poſſit.Guil.in Spec. de ſenten.excommu.§.nunc videndnm.uerſi.ſed pone. vbi petatur executio mutato domicilio in loco domicilij noui: per multa verba hoc in effectu concludit,quòd ſi agatur actione in factum,uel iudicati,quòd tales actiones ſequuntur perſonam, poteſt agi coram iudice domicilij abſque alia relatione,vel etiam commiſſione: quia tales habent a iure iuriſdictionem. Et hoc videtur ſentire glo.hic.Si imploratur iudicis officium, dicit quòd hæc imploratio habet ſolum locum coram iudice,qui ſententiam tulit,niſi eſſet ſpecialis executor illius, qui ſententiam tulit:vnde in tali caſu exigitur aut commiſſio,aut relatio.Et hæc fuit ſententia Innocen.de dila.præterea.in glo. magna.uerſi.ſi autem vocatus.ubi alius iudex ſententiam nõ exequitur,quam qui tulit,niſi agatur actione in factum: & oportet,quòd tũc agatur ordine iudiciario,vt ibi dicit. Ad hoc allegat ff.de re iudica.l.miles.§.vltimo.ff.de rebus cre.l.actori. Hęc procederẽt in iudice domicilij:ſed coram iudice rei ſitæ, alias ſuo,non poteſt agi perſonali.Oportet ergo,quòd imploretur officium iudicis:& ſecũdum hoc exigeretur relatio, uel commiſſio in caſu decreta. Et hoc tenet hic Hoſtiẽ. qui hanc executionem dicit fieri ad requiſitionem pronuntiantis.Allegat infra eodem.Romana.verſicu.ſed tunc,libro ſexto. Hanc ſententiam ſequitur Barto.in l.a diuo Pio.§. ſententiam Romæ dictam.ff.de re iudicata.vbi dicit officium iudicis pro executione ſententiæ non poſſe implorari coram alio iudice, q̃ qui tulit ſententiam.Ad hoc quod dicitur in l.prima.C.de cõfeſ.per Cyn.& dicam de confeſſ.capitulo fin. & dicit ibi Bart. quod ſi non vult exequi iudex territorij, quod poterit adiri ſuperior.Allegat in Authen.vt diffe.iudi.§.j.& de iure patr. nullus.Et dicit,quod ſic poteſt compelli, in l.pe.ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.Et non obſtat quod nõ ſit maior, quia lex reputat eum maiorem quantum ad hanc cauſam exercendã ne pereat effectus ſententiarum.Ad hoc quod plene no.Cyn. in l,properandum.§.ſinautem reus. C. de iudic. & in authen. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet. & in c. Romana.§. contrahentes.& cle.paſtoralis. de re iudi. Quinimo dicit hoc verum,etiam quando ſunt iudices eiuſdem territorij, ſed diuerſi tribunalis:de quo plene vt ibi.Formam autem commiſſionis executionis vide in Spe.de ſenten.exe.§. ſequitur. verſi. ſed quid ſi is qui.Per hoc patet,an epiſcopus exequatur ſentẽtiam latam per iudicem laicum in cauſa reconuentionis contra clericum.Et dicit hic Hoſtien.quòd poteſt, per hanc decr. Sentit tamen Frede.ſuo conſi.88.quòd vbicunque litigat clericus coram iudice ſeculari,poſſet iudex ſecularis quo ad bona exequi ſuam ſententiam.Ad quod no.ſupra eodem, verũ. Sed de hoc plene dicam de mutuis peti.cap.j. Hæc pro modo ſufficiant.Vide Butr.in l.pen.ff.de iur. omnium iudicum. qui tenet,quod prorogatio iuriſdictionis ſe non extendit ad actũ exequendi.& allegat glo.& text.in l.epiſcopalem. C. de epiſc. au.& in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ie.quod poſſet dici, quando res eſt in alio territorio:quia non poſſunt alteri iudici præiudicare partes. Secus ſi in territorio ſententiantis, licèt non ſub eius iuriſdictione:quo caſu in prorogatione iuris extẽderetur,non hominis,cum prorogatio ſe dirigat ad cognitionẽ, niſi fiat etiam quo ad executionem: de quo de offic.leg. ca.P.

13 & G,infra eodem,ſignificaſti. ¶† Nunquid autem iudex ſententians poſſit compellere quem ad exequendum alterius territorij. Cynus tenet quod ſic, C. de iudic. in l. properandum.§.ſinautem reus.in ſeptima quæſtio.ſed compellit adeũdo ſuperiorem,vt dixi.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus poteſt contra laicum procedere etiam per viam interdicti vnde vi,miſerabili tamen perſona inſtigante.*

2 *Domicilium quis ſortiri cenſetur in loco, vbi habet larem, vel communem habitationem,ſeu maiorem bonorum partem.*

*Forum quis ſortitur dupliciter,ratione domicilij,& bonorum, vt ibi poſſit conueniri.*

3 *Falſitas narrata in reſcripto circa merita negotij principalis diſcutiendi in iudicio,an vitiet reſcriptum.nu.30.*

4 *Poſſeſſorij reſtituendæ remedium habet priuilegium,vt non admittat agendo, vel excipiendo.Et datur ad vocandum nudam detentionem. nu.7.*

5 *Mulier viri morte perdit dignitatem,quam habet ex viri coruſcatione.*

6 *Dictio, quondam, quid ſignificet.*

8 *Libellum in poſſeſſorio recuperandæ non vitiat narratio proprietatis.*

9 *Libelli vires non ampliat ſuperflua narratio.*

10 *Libellus alternatiuus quando valeat.*

11 *Reſcriptum delegationis vltra duas dietas loco rei non valet.*

12 *Citari quod quis non poſſit coram delegato vltra duas dietas a loco rei ſitæ,in quo termino capiatur locus, etiam ſi agatur perſonali actione in rẽ ſcripta.nu.23.*

13 *In feudali cauſa agitanda poteſt adiri iudex eccleſiaſticus,& nõ dominus, quando agitur poſſeſſorio,ac per miſerabilem, & oppreſſam perſonam. nume.25.& 28.*

14 *Eccleſia tenetur regulariter ad miſerabilium perſonarum defenſionem.*

15 *Reſcriptum in poſſeſſorio non vitiat falſa narratio proprietatis, nec taciturnitas peremptoriæ exceptionis vitiat reſcriptum ad lites.*

16 *Donatio propter nuptias conſtitui poteſt ante matrimonium, vel conſtante matrimonio.*

17 *Iudex eccleſiaſticus eſt competens quo ad uiduas oppreſſas,ſiue agatur interdicto vnde vi,ſiue condictione decre.ſæpe.*

18 *Poſſeſſorio agenti non obſtat exceptio proprietis defectus, etiam ſi agatur lato poſſeſſorio.*

19 *Delegationis reſcripto vltra duas dietas a loco rei quomodo poſſit contra illud opponi, & excipi, eo quòd ſit vltra duas dietas conceſſum.*

20 *Leuca quid eſt.*

21 *Dotalitij appellatione quid comprehendatur.*
22 *Furto,ſeu pro ſpoliatione complicum quomodo quis etiam mandans,vel nõ mandans teneatur.*
24 *Forum quomodo quis ſortiatur ratione rei mobilis.*
26 *Clerici ſolebant olim iudicari a laicis tempore primitiuæ eccleſiæ.*
27 *Feudi dominus non eſt iudex pro quæſtione feudali inter vaſallos.*
28 *Iudici non aufertur cauſæ cognitio,niſi per negligentiam.*
29 *Reſcriptum,per quod aufertur iudici ordinario cauſæ cognitio,licet non faciat mentionem de negligentia,non dicitur ex eo ſurreptitium.*
30 *Reſcriptum quomodo non vitiatur propter falſam narrationem.*

## CAP. VII.

1 EX parte B. ¶† Miſerabilis perſona poteſt
laicum coram iudice eccleſia-
ſtico interdicto vnde vi, conuenire.h.d. In prima
parte conqueſtio.In ſecunda iudicum inſtructio.
Secunda ibi,mandamus.Prima ſubdiuiditur. Pri-
mo ponit eſſe commiſſionem,& rei vocationem. Secũda ibi,
dictus.rei exceptionem,& actoris replicationem ad illam.Ter
tia ibi,idem quoque.aliam rei exceptionem, & replicationẽ
ad illam. Præmitto, ꝙ olim ualebat reſcriptum dans iudices
diſtantes vltra duas dietas a loco & domicilio rei:hodie vnã,
de reſcriptis.nonnulli.& eodem titulo,ſtatutum.§.cum autẽ.
libro ſexto. Secundo, quòd olim dietæ computabãtur a loco
rei ſitæ in reali,& contractus in perſonali,vt ſ.de reſcriptis.di-
lectus filius.j.de appel.olim,& hic.Sed communiter hoc dici-
tur hodie correctum,vt de reſcrip.ſtatutum.§.cum autem.li.
2 ſexto.ubi gl.quæ incipit,olim dicebamus.¶†Nota,quòd quis
dicitur ſortiri domicilium,ubi habet larem,vel communem
habitationem,uel habet maiorem partem bonorum, l.2.C.
ubi ſena.uel cla.quod latius declarabitur infra c.fi. & aliquid
3 dixi ſ.eo.c.quod clericis.¶†Nota, quòd falſitas narrata circa
merita negotij principalis diſcutiendi in iudicio non uitiat
reſcriptum,cum per hoc non excludatur intentio delegantis
ad dictum iudicem, qui non habet præciſum mandatum ad
concluſionem reſcripti, ſed conditionatum ad ueritatem iu-
ſtitiæ,ſi preces ueritate nitantur,de reſcrip.c.2. & non excludi
tur intentio,ſaltem ut habens iuſtitiam reus,uel actor pro ſe,
ſecundum veritatem,& non ſecundum narrata uictoriam re
4 portet.¶†Sexto,quod poſſeſſorium reſtituendæ habet priuile
gium, ut non admittat agendo, uel excipiendo quæſtionem
proprietatis,de ord.cogn.c.fi.de reſti.ſpo.ex literis.& c.ex con
queſtione.Nota,quòd miſerabilis perſona,& oppreſſa, ratio-
ne oppreſſionis ſubijcit quemcunque opprimentem imme-
5 diate iudici eccleſiaſtico.¶†Nota, mulierem morte uiri per-
dere dignitatem,quam nõ habet ex ſe, ſed coruſcatione uiri:
unde nõ dicitur regina olim uxor regis: perimitur & illa mor
te mulieris,nec uacare dicitur,ff.de leg.2.l.Auguſtę.ad primũ
de pig.cum cõtra.Vide gl.quæ dicit, ꝙ denominatur a primo
uiro,donec alteri nupſerit,in cle.ne Romani.in uerbo, uaca-
6 re.de electio.dicam cum vltima gloſſ.¶†Nota ſecundo de di-
ctione, quondam, quæ eſt apta notare priuationem qualita
tis de præſenti,cui adiungitur,licet eam præſupponat aliquã
do fuiſſe.Bar.in l.1.§.hoc autem edictum.de oper.no.nun.di-
cit ſe ſuſtinuiſſe inſtrumentum in quo dicebatur,Titius olim
Martini:licet Martinus uiueret:quia,olim, tẽpus præſens cõ-
plectitur,licèt etiam præteritum ponat,ff.de contrahen.emp.
l.nec emptio. Ad hoc text.hic,iuncta gl.fi. quæ dicit hic colli-
gi,vxorem nominari a dignitate viri eo mortuo: Hoc nota ꝓ-
pter libellos.Sed ſi dicatur in inſtrumẽto,Talis,filius talis,pa-
tre mortuo:& non vitiatur inſtrumentum,vt no.de pig. cum
contra.& in Specu.de inſtru.edi.§.reſtat. ad fi.Ad hoc de teſt.
7 Raynutius.¶ † Nota hic tertio,argumen. poſſeſſorium recu-
perandæ dari ad vocandum nudam detentionem:patet:ibi,
detentorem.Sed dic de hoc de reſtit.ſpolia.ſępe:Sed cum prę
ſupponat ſe ſpoliatam,dabitur contra poſſeſſorem:& verbũ,
detentorem,largè intelligitur pro poſſeſſore iniuſto,& ſic ver
ba in libello latiſſimè intelliguntur, infra de cauſa poſſ.cum
8 eccleſia.¶†Nota quarto,quòd narratio proprietatis, vel iure
proprietarij,in libello non vitiat libellum in poſſeſſorio recu
perandæ,imo proficit in retinendæ, de probati.licet cauſam.
9 no.ff.vti poſſi.l.ſi duo.C.vti poſſi.l.j.¶† Nota quinto,quod ſu
perflua narratio in libello non ampliat vires libelli vltra vim
concluſionis libelli.Et ſic ad ponderandum vim libelli atten-
ditur libellus plus penes medium concludendi,quàm penes
medium narrandi.Ad hoc de dila.literæ. Sic nec vitiat reſcri-
ptum,dum tamen vera ſint media,a quibus concluſio reſcri-
pti infertur,aut ſumitur.Item narrata qualitas, a qua iuriſdi-
ctio excluditur,non tollit vim iuriſdictionis,quæ concluditur
ex vi concluſionis: & ſic ad ponderandum vim concluſionis
iuriſdictionis non attenduntur qualitates narrandi,ſed penes
concludendi modum.Nam,vt dicit Innocen.non habuit ne-
ceſſe addere hoc ratione dotalicij, &c. cum etiam prædo ſpo-
liatus ſit reſtituendus, infra de reſtitutio.ſpoliatorum. in lite-
ris.ſecundum Innocen.Vnde dicit Fred.ſuo conſilio 23.quòd
verba narrationis libelli reſcripti declarantur, examinantur,
10 & reſtringuntur ſecundum vim concluſionis.¶†Nota ſexto,
libellum alternatiuum procedere, quando in qualibet parte
alternati concluditur libellantis intẽtio.Ad hoc de reſcriptis.
ex parte.de probatio.tertio loco.de electio.dudum.el grande,
ibi,furtum,vel rapinam.qui filij ſint legiti.per tuas. Quod eſt
verum,dummodo eadem concludatur intentio,licet diuerſa
ſpecies agendi: nam ſpoliatio complicum concludit condi-
ctionem ex decre.ſępe.ſpoliatio proprie interdictum vnde vi,
de reſtitu.ſpolia.cum ad ſedem Ita eſt in probatione, quia li-
cet ſit incerta, & alternatiua concludens idem,licèt in diuer-
ſa ſpecie,quia vno modo uere,altero præſumptiue procedit,
vt d.c.per tuas.& hoc ſufficit circa cauſæ cognitionem, alias
commiſſionem.¶ Venio ad exceptiones, ibi, dictus nobilis.
11 ¶†Nota primo,quòd iure iſto non valebant literæ delegatio
12 nis vltra duas dietas a loco rei. † Et nota, quòd iure iſto com-
putabatur a loco rei ſitæ,vel loco vbi conſueuerat commora
ri,non a loco domicilij rei.Hodie dic,vt dixi de reſcriptis.dile
ctus filius.& no.de reſcrip.ſtatutum.§.cum autem.in gloſſ. o-
13 lim dicebamus.Et hoc quo ad primam exceptionem.¶† Cir-
ca ſecundam no. quòd in cauſa feudali regulariter a loco nõ
impetratur iudex eccleſiaſticus,ſed decidenda eſt corã domi-
no feudi,niſi in caſu negligentiæ domini. Fallit quãdo agitur
poſſeſſorio:& ſic non tangitur natura feudi, & agitur per mi-
14 ſerabilem perſonam,& oppreſſam.¶† Nota regulariter eccle
15 ſiam teneri ad defenſionem miſerabilium perſonarum.†Cir-
ca tertiam exceptionem,Nota primo, quòd falſa narratio ꝓ-
prietatis in reſcripto in poſſeſſorio concludente non vitiat re-
ſcriptum. Item quòd taciturnitas peremptoriæ exceptionis
non vitiat reſcriptũ ad lites,nec opponi poteſt ad proceſſum.
Ad hoc ca.j.de litis conteſtatio.libro ſexto.& ſic ſurreptio cir-
16 ca merita negocij principalis non vitiat reſcriptum.¶†Nota,
quod donatio propter nuptias cõſtitui poteſt ante matrimo-
17 nium,uel cõſtante matrimonio.¶†Nota viduam oppreſſam
agere poſſe coram eccleſiaſtico, ſiue agat contra opprimen-
tem,ſiue contra detentorem rei oppreſſę:& ſic ſiue agat inter
18 dicto vnde vi,ſiue condictione ex decre.ſæpe.¶† Nota, quòd
agenti poſſeſſorio non obſtat exceptio proprietatis defectus,
etiam quando agit lato poſſeſſorio,ſcilicet condictione ex de-
cre.ſæpe.¶Venio ad declarationem decre.tota vis eius conſi-
ſtit in declarandis exceptionibus tribus,& replicationibus ad
19 eas.¶†Oppo.primo, quòd male opponatur, non valere lite-
ras impetratas vltra duas dietas:vnde opponere non debebat
quòd non valebant,ſed quod per eas trahi non poterat,infra
de except.olim.& de reſcript. nonnulli.Dic, quòd incongrue
opponebat,quia valebant,licet trahi non poſſent.Hodie con
grue ſic opponeť,vt in c.ſtatutũ.§.nullo.alias in nullo.de reſc.
libro ſexto. Secũdo circa eãdem exceptionem videtur, quòd
debuerit vt legitima admitti, quia dietæ computantur a loco
domicilij,de reſcrip.nonnulli.de reſcriptis. ſtatutum.§. cum
autem.libro ſexto.& quod ibi not.in verbo,dicebamus. Solu-
tio,Hæc exceptio tollitur duplici capite per reginam. Primo,
quia olim dietæ computabantur a loco rei ſitæ, vbi agebatur
reali, uel miſta, vt eſt hoc interdictum,ſupra de reſcriptis. di-
lectus filius. Sed huic obſtat litera, quæ exigere videtur duo,
quod locus caſtri,de quo contendunt, ſit in Andegauẽ. & nõ
diſtet Andegauen.vltra duas dietas a loco iudicum. Secundo
quòd in dioceſi Andegauen. habuerit caſtra, in quibus inter-
dum conſueuerat commorari. Sed Doc. hic ad hoc ſupplent
maxime,quia ſufficit primum:Nam hæc allegatio non eſt ne
ceſſaria,uel probatio:ſed oppoſitum fuit,quia allegatum: ni-
ſi diceres,quod ſicut in forum ſortiri ratione contractus exigi
tur aliqualis cohabitatio, ita etiã in forum ſortiri ratione rei
ſitæ exigitur aliqualis cohabitatio in dioceſi, ſaltem quo ad
computationem dietarum.& hoc probat hæc decret. Ad pri-
mum,l.hæres abſens.§.j.ff. de iudi. ſed non bene apparet hoc
de iure cautum alibi.Secundo defendit ſe uidua, quia aliqua
caſtra habuit in dioceſi Andegauen. in quibus ſi conſueuit a-
liquãdo commorari: inde fieri poteſt computatio dietarum.
Et dicit hic glo.quam recito ſic,quæ eſt in uerbo, Andegauẽ.
quòd ex hoc quòd interdum conſueuerat commorari, dici-
tur ibi ſortiri domicilium,& in loco vbi habet larem:& ſic in
diuerſis locis quis poteſt ſortiri domicilium, l. aſſumptio. §.
iur.ff.ad mu.cum ſim.Nec obſtat, quòd ſola poſſeſſio non fa-
ciat ſortiri domicilium,ff.ad mun.l.libertus.§. ſola.quia illud
eſt verum,niſi eam inhabitauerit. Ideo dicit litera, in qua in-
terdum conſueuerat habitari. Idem dicit Innocen. hic, qui
concludit in tribus locis quem ſortiri domicilium.Primo,vbi
habet maiorem partem bonorum.Secũdo, ubi habet larem,
id eſt,familiam.Tertio,vbi nihil habet,tamen aſſiduè conuer
ſatur. Idem ſi aliquid ibi habeat, & fortius vt hic. Allegat ad
hoc l.ſecundã.C.vbi ſena.uel clari.Cyn.in dicta l. ſecunda re-
prehendit

prehendit dictum Innocen.dicens quod in litera illius l.ſecũ-
da ſtat litera copulatiue, & non alternatiue: vt dicatur, ubi
habet larem, vbi habet maiorem partem bonorũ, & aſſidue
conuerſatur: quaſi ex ſolo aſſiduo conuerſari, nec ex ſolo ha-
bitu maioris partis bonorum, nõ dicatur ſortiri domicilium,
niſi ſecum concurrat communis conuerſatio. Bartol.ibi,& in
dicta l.ſecũda.C.vbi de cri.agi oportet. tenet quod ex aſſiduo
conuerſari, licet proprie non ſortiatur domicilium, tamẽ ſor-
titur quaſi domicilium, in quo poteſt de alibi geſtis conueni-
ri: quod declaraui ſ.capit.quod clericis. Hoſt. hic dicit, quòd
ſolus habitus bonorum cum ſola conuerſatione non ſufficit,
quia ex hoc non ſortitur domicilium. Ideo cautè hæc litera
exigit copulatiuè, quòd locus rei ſitæ eſſet in Andegauẽſi dio
ceſi. Per quod dicunt Petr.& Abb. non bene dicere, qui dice-
bant quod ſi impetretur litera contra Titium, & quoſdam a-
lios dioceſis Bononienſis, quòd is de ciuitate, qui caſamentũ
habet in dioceſi, vbi interdũ moretur, ut in meſſibus, uel uin-
demijs, quod ibi poterit conueniri. Sed dicit, quòd hic non
colligitur, habendo literam copulatiuè, & in eadem, &c. Opi.
Cyn. nutrit iſte tex. qui copulatiue exigit: ſed ſi tenes opi. Bar.
potes dicere, quòd licet ſortiatur quaſi domicilium, hoc non
ſufficit quo ad computationem dietarum, quæ fit aut a loco
domicilij, aut a loco rei ſitæ: licèt iuuet, quando locus promi-
ſcuæ habitationis eſt propinquus loco rei ſitæ, uel in eadem
dioceſi. & ſic incipiendo a loco promiſcuæ habitationis non
ſufficit, niſi ſecum concurrat locus rei ſitæ: licèt ſecus foret e-
conuerſo, quia ſufficeret locum rei ſitæ nõ diſtare ultra duas
dietas, licèt plus diſtet a loco promiſcuæ habitationis. Vel dic
quod promiſcua ſola habitatio ſufficit: hic erat momẽtanea,
vt patet ibi, interdum conſueuerat commorari. Hodie cõpu-
tantur dietæ a loco domicilij, vt dicta gloſ. olim dicebamus.
de quo dicam infra eodem, dilecti. de reſcrip. dilectus filius. ĩ.
de Saracenis. Item vbi olim erant duæ, hodie eſt vna. Quali-
ter autem & quibus modis conſtituatur domicilium, hęc ma
gis rite examinabuntur infra c.fi. ¶ Venio ad ſecundam exce-
ptionem, iſtam reſeruo examinandam cum gloſ. vltima: & ſi-
20 militer dico de ultima. † Quæro quid eſt leuca. Dic, quod eſt
ſpatium, ſecundum Phil. continens duo milliaria: ſecundum
Hoſt. dicit quod iſtæ 12. leucæ continebant 20. milliaria: & ſic
erat vna dieta, ff. ſi quis cau. l. j. de verb. ſi. l. 3. & ſic tres faciunt
quinque. & dicit Fran. quod leucæ ſunt magnæ in Frãcia, ma
iores in Burgundia, & maximæ in Alemania, ſecundum Phil.
¶ Venio ad gloſſ. cum quibus reliquæ exceptiones, & replica-
21 tiones declarabuntur. † Et primo circa commiſſionem quæ-
ro quid comprehenditur appellatione dotalitij? Dic quòd ſu
mitur pro donatione inter virum, & vxorẽ: mulier enim dat
dotem, maritus donationem propter nuptias vxori. Et intelli
ge ſecundum Ioan. An. quòd ex pacto mulier lucrabatur do-
nationem propter nuptias, alias ſpectaſſet ad uirum ſoluto
matrimonio, ſicut dos redit ad mulierem, ut patet de donat.
22 inter uirum, & vxorem. c. fi. cũ ſuis concor. ¶ † Secundo cũ gl.
opp. quòd pro ſpoliatione complicum non conueniatur no-
bis, de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. Solu. pro ſpoliatione pro-
pria, & pro ſpoliatione complicum tenetur, ſiue complicibus
mandauerit, ſiue poſtea ratum habuerit: poteſt etiam teneri
pro ſpoliatione complicum, ſi rem ſcienter accepit a compli-
cibus: ſed tunc non tenetur ſtricto interdicto vnde vi, ſed te-
netur condictione ex decre. ſæpe. Et hæc vltra intelligendo pa
tet, quòd illa priuilegia, quæ habet poſſeſſorium ſtrictum vn-
de vi, habet & condictio ex decre. ſæpe. ¶ Omitto gl. in verbo,
23 Andegauen. quæ eſt expedita cum tex. venio ad gl. ſeq. ¶ † Op
po. quòd ſufficiat rem eſſe litigioſam in loco Andegauen. ita
quod locus iudicum non diſtet vltra duas dietas a dioceſi rei
de qua litigatur, ſupra eodem, ſane. ĩ. ca. fi. C. ubi in rem actio.
l. actor. & ſic non exigitur, quòd ibi conſueuerit commorari.
Sol. Glo. dicit, quòd coram ordinario iudice rei ſitæ quis põt
conueniri, ſiue ſit res immobilis. Per quod dat intelligerę, ꝙ
ſecus in delegato. Sed dicit Ioã. And. quod & in delegato iure
iſto computatio dietarum fiebat a loco rei ſitæ, per decret. de
excep. olim. de reſcrip. dilectus filius. infra de Saracenis. & hoc
quando agebatur reali. Idem ſi perſonali in rem ſcripta, vt eſt
interdictum vnde vi. hodie dicit quod de reſcrip. ſtatutum. §.
24 cum autem. In glo. olim dicebamus. † inquantum dicit quem
ſortiri forum etiam ratione rei mobilis: bene dicit, quãdo ibi
eſt permanſura, non tranſitoria vt momentaneæ. Ad hoc l. ex
facto. §. rerum Italicarum. ff. de hære. inſti. Ad hoc, quia res al-
latę in domo locata per conductorem non dicuntur tacite pi
gnori obligatę, quando non ſunt allatæ cauſa perpetui, ſed tẽ
poranei vſus, & momentanei, ff. de pigno. l. ſi debitor. Ad hoc
quod dicitur de curia Romana, quę non videtur ibi eſſe vbi
eſt, ſi eſt ibi momentanea, & alibi tranſitoria, vt in cle. ne Ro-
mani. §. eo tamen adiecto. in fi. Ad hoc, quia cõtractus factus
tranſitorie non facit quem ſortiri domicilium, ff. de iud. l. hæ-
res abſens. in fi. & hoc tenet Paul. 3. q. 7. in Summa. Ioan. And.

in addi. Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. j. verſi. 20. ubi agitur
de poſſeſſione. Ad contrarium autem dic ut dixi in tex. quòd
incipiendo a loco, ubi commoratur, non ſufficit ultimum ſi-
ne primo. ¶ Venio ad examinationem ſecundæ exceptionis
25 cum gloſſ. in uerbo, non obſtantibus. ¶ † Oppo. quod recte ex-
ciperet nobilis, quia in cauſa feudali quis non conuenitur co
ram eccleſia, niſi negligente domino feudi, ſupra cap. ex tran-
miſſa. & c. ex tenore. Glo. dicit, quod hoc non procedit in poſ-
ſeſſorio, imo ſtatim agi poteſt corã eccleſia. & hoc uoluit text.
hic. Contrarium loquitur, quando agitur petitorio: idem ali-
qui doctores hic. Et per hoc nõ obſtat in Auth. de man. princ.
§. ſit tibi. collat. 9. vbi in cauſa feudali quis repellitur ab impe-
trando coram alio, quàm domino feudi. Item & ab agendo,
ut ibi, & ſupra capitu. ex tenore. & capit. ex tranſmiſſa. quia ta
lia iura debent reſtringi ad petitorium. Sed quo ad hanc ſolu
tionem reperio diuerſitatem: quia quidam dicunt, quòd hoc
procedit a quocunque intentatur poſſeſſorium, quaſi hoc nõ
tangat naturam feudi, ſed iniuriam quandam uiolentiæ: &
quæſtiones ſpectant ad dominum, quando tangitur intrinſe-
ca queſtio feudi. Et hanc opi. recitat hic Innocen. & firmauit
hoc ſupra de iud. cæterum. Sed non placet hoc ſibi hic: & re-
uocat quod ibi dixit, dicens hoc non poſſe eſſe verum, imo tã
tum agendum coram domino feudi, ſi agatur ad reſtitutionẽ
feudi etiam poſſeſſorio, vt no. ſupra titulo primo. cæterũ. Vn-
de ſecundo intelligit hoc ſpeciale in vidua, & oppreſſa, quæ
ratione oppreſſionis, & ſic ubi ipſa agit poſſeſſorio, & miſera-
bilis & oppreſſa, immediate poteſt adire eccleſiam omiſſo do
mino feudi: & hoc, quia defenſio viduarum de ſpeciali gratia
vbi ſunt oppreſſæ, etiam ſi ſint diuites, reſeruata eſt eccleſiæ,
& hoc in odium opprimentium, & ſpoliantium uiduas. Hoc
ergo ſpeciale priuilegium per ius commune feudorum non
reuocatur, de reſcri. c. primo. Fatentur tamen hic Doct. quod
fori non fit ſubtractio, ſed accumulatio. Nam & miſerabilis,
& oppreſſa, ſi vellet, poſſet agere coram iudice ſeculari, ſecun
dum Goſ. & Hoſtien. Dixi ſupra eodem, licet. & cap. ex tenore.
Sed huic obſtat, quia & clerici ſpeciali iure ſubmittuntur ec-
cleſiæ, & tamen ſubijciuntur legibus communibus feudorũ:
quia poſſunt conueniri coram domino feudi, de iudic. cæte-
rum. & ſupra capi. verum. Reſpondet Innocen. quòd iuriſdi-
ctio non reſeruatur eccleſiæ, quando de poſſeſſionibus agitur
priuilegio ſpeciali: imo de iure communi etiam ab Impera-
toribus condito. Ideo per ius commune feudorum reuocat:
& tale ius commune, per quod ſubmittuntur, ualet, quia ab
eccleſia eſt receptum. Secus in uidua, quia ſpeciali priuilegio
reſeruatur ius ut agat coram eccleſiaſtico. Vel dic, quòd inter
uiduas, & eccleſiam & clericos nulla eſt differẽtia: licet enim
aliquando inter priuatos ſi agatur ad reſtitutionem feudi, ſi
tamen eccleſia, clericus, uel uidua ſint ſpoliati re feudali, im-
mediate adhuc poſſunt adire eccleſiam: & hoc ea ratione, ꝗa
committitur crimẽ ſacrilegij, cuius cognitio ſpectat ad eccle-
ſiam, 87. diſt. c. j. & 2. 16. q. j. in canonibus. nec eſt neceſſe, quòd
hoc caſu requiratur dominus ſuper iuriſdictione ei redden-
da, ſicut dicitur ſupra c. ex tenore. quia ibi loquitur, quando
agebatur de ꝓprietate: & ſic cognitio ſpectabat primo ad do-
minum, ſecundo ad eccleſiam. Sed hęc cognitio ſacrilegij pri
mo ſpectat ad eccleſiam, ſecundum Innoc. Idem dicit ſupra,
titulo primo. cæterum. & dixi ſupra eodem, clericus. & c. cum
ſit. Omnia placent Hoſtien. præter quàm in eo, quod dicit, ec-
cleſiam habuiſſe iuriſdictionem in clericos ab Imperatoribꝰ:
quia Papa & eccleſia habuit iuriſdictionem a Deo, & non ab
homine, de iudic. nouit. qui fiu. ſint legi. per uenerabilem. de
tranſla. prælato. capitu. j. & per totum. Soli ergo eccleſiæ ſub-
diti ſunt clerici, nec autem alij etiam uoluntariè ſubijci poſ-
ſunt. Ad hoc quod no. de ma. & obed. ſolitæ. & not. eod. titu. ſi
26 quis uenerit. ¶ † Nota, quod olim clerici iudicabãtur coram
laicis, etiam quando perſonaliter agebatur: & illud fuit de fa-
cto, & per abuſum, & iniurioſe, & tẽpore primitiuę eccleſię,
quo tempore etiam martyres iudicabantur, & opprimeban-
tur, nec poterat eccleſia reſiſtere. Hoc etiam hodie a multis
tyrannis principibus, eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ patiun
tur, ſed comprehenduntur, & ab eccleſia puniuntur, infra ca.
j. de immu. eccle. non minus. & ca. aduerſus. Sic & tollerabat
olim eccleſia ex cauſa, quòd Imperatores, & laici electionibꝰ.
Romanorum pontificum intereſſent: ſed quando eccleſia po
tuit, hoc correxit, 63. diſt. §. principibus. & §. verum. de elec. ſa-
croſancta. de iure pa. nobis. Ad hoc quod not. ſupra, c. licet. in
uerbo, imperio. Sic dicit intelligendum, & corrigẽdum quod
no. in Summa, eodem tit. §. ex quibus cauſis. §. liquet. in verſi.
27 ego dico ſecundum Hoſt. † Secunda datur ſol. per Ioã. And. ꝙ
contrarium procedit, quando uterque fatetur dominum feu
di in dominum: hæc mulier negabat rem & caſtrum eſſe feu-
28 dale. Ad quod id, quod not. ſupra titulo primo. cæterum. † Op
po. ulterius cum glo. uidetur, quòd non ſit neceſſarium negli
gentiam iudicis in petitorio præcedere, nec de illa mentionẽ
facere

facere in impetratione : cuius contrarium litera hic innuit a
contrario, ſupra cap.licet.& c.ex tenore. vbi ſuperueniente ne
gligentia poſt datam literarum, procedit iudex eccleſiaſticus
29 ui literarum.†Sol.Contrarius ſenſus literæ ſic debet intelligi,
vt inquantum dicit tales exceptiones non habere locum in
poſſeſſorio, innuit, ꝙ habent locum in petitorio . Hoc intelli-
ge non aſſiſtente negligentia iudicis ſecularis a principio, nec
ſuperueniente ex poſtfacto: quia pro tunc literę ſtant in ſuſpē
ſo: ſed illa aſſiſtente a principio, vel ſuperueniēte ex poſtfacto,
procedendum eſt per literas illas, quæ non ſunt nullæ , ſed in
ſuſpenſo ſunt. Idem dicunt Doc. ſiue negligentia fuerit a prin
cipio, ſiue ex poſt facto: vt quia incœpit procedere, poſtea ne-
glexerit : licèt tamen non poſſit adiri ſuperior iudex , ut prin-
ceps per impetrationem de iure ciuili non negligente inferio
re, in Auth. de man. prin. §. ſit tibi. collati. 3. vt diſ. iudi. §. 2. nec
de iure canonico Papa, negligente ordinario ſeculari, non ne
gligente tamen eccleſiaſtico , poteſt immediate adiri de iure
canonico, 2. q. 7. ad Romanam. Dicta gl. procedunt in miſera-
bili perſona: in nō miſerabili opus foret noua impetratione ,
ut no. in d. cap. ex tenore. & c. licet. & hoc tene , licet quidam
dixerunt ſuper litera, quod hic proceſſerunt authoritate ſecū
darum literarum ſecundum Gofr. Quod dictum non proce-
dit in miſerabili, ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, ſuppo
ſita negligentia a principio , vel ex poſtfacto , poſſet procede-
re in non miſerabili perſona , ſuperueniente negligentia ex
poſtfacto. Secus ſi a principio eſſet negligens, quia literæ vale-
rent, ſed forte ſuſpenderetur, ſi poſtea latius vigilaret ante ſen
tentiam latam per delegatos. Tene hoc , ꝙ delegatio ad peti-
tionem miſerabilis oppreſſę tenet, ſit negligens, vel non negli
gens ſecularis ad petitionem miſerabilis non oppreſſæ, ſtante
negligentia, fiat uel non mentio de illa, tenet adhuc: quia ſem
per ſcit Papa ſe habere poteſtatem quo ad actum delegandi-
Idem ſi non ſit negligens, nec requiſitus, peccat autem in ſur
reptione, ſi diceret ſe negligentē, vbi non eſt: & tunc literæ ua
lerent, ſed obſtaret exceptio ſurrepti, etiam illo negligente. Et
ſic intellige Cal. ſupra c. licet. & c. ex tenore . Si impetratio fie-
ret per non miſerabilem, ſtante negligentia non ualeret , niſi
fieret mentio de illa negligentia: quia iudex neſciret ſuam po
teſtatem. Sic intellige Innocen. ſupra c. licet. Vnde in non mi-
ſerabili procederet tex. vt exigeretur requiſitio, & fieret men-
tio de illa, non ſuppoſita negligentia, non valerent ipſo iure ,
30 nec ex poſtfacto conualeſcerent.†Opp. quòd debuerit admit
ti exceptio, quod narratum ſit falſum , eo ꝙ dixit dotalitium,
&c. de reſcrip. ſuper literis. Dic ſecundum glo. quòd hæc exce-
ptio habuiſſet locum, & impetratum fuiſſet petitorium : ſed
hoc agebatur poſſeſſorio, contra quod non admittitur exce-
ptio defectus proprietatis. Narratio ergo falſa ultra intentum
concluſionis reſcripti non vitiat reſcriptum . Et hæc eſt vna
ſol. Vel ſecundo, & eſt etiam de mente gloſ. narratio falſa cir-
ca merita negotij principalis, & a qua ſumitur exceptio perē-
ptoria, non vitiat reſcriptum , nec de ea poteſt opponi in vim
dilatoria contra reſcriptum: quia natura exceptionis eſt, vt ex
cludat actionem, quando eſt peremptoria, & concernit nego
tium principale. In dilatorijs autem procedit, quia illa poteſt
opponi contra reſcriptum, & ad proceſſum ſicut illa, quæ ex-
cludit iudicem, uel iudicij inſtantiam, uel actionem . Ex quo
datur pro regula, quòd taciturnitas , vel falſitas narrata circa
merita negotij principalis non vitiat reſcriptum, ideo qa non
excludit intentionem Papæ reſcribendi, ſaltem vt feratur ſen-
tentia iuſta pro illo, qui habet exceptionem, vel contra illum,
cuius deficit intentio: cum concluſio non ſit præciſa , ſed ſi ꝑ-
ces ueritate nitantur, vel quod iuſtitia fiat vtrique parti. Dicit
tamen Vinc. hic, quòd ſi impetrās exprimeret talem cauſam,
etiam proprietatis, qua non expreſſa, non fuiſſent datæ literę,
quod uitiabuntur literæ: vt ſi poſſidens de facto duas dignita-
tes, eijciatur ab alia, quia non auditur volens impetrare, quia
non habebat diſpenſationem, uel commendationem , expri-
mit ſe priuilegium habuiſſe ſuper illis, & altera ſpoliatū: non
credit, quòd valeat impetratio, licèt ſurreptio reſpiciat petito
rium, & quæſtio priuilegij; de præb. de multa. niſi ſaltim ſum-
matim iuſtificet ſibi titulum , ita quod ſaltē deducatur in du-
bium. Sed ſi nulla cauſa fuiſſet expreſſa, non poſſet ante reſti-
tutionem ſibi referri quæſtio. Hoc dubium, inquantum vult
literas vitiare, placet, quia hic non tacet ſolam peremptoriā ,
imo dilatoriam: quia hæc eſt exceptio litis finitæ, cum non de
tur poſſeſſorium in beneficiali manifeſte iniuſte poſſidenti :
& ſic ipſo iure deficit in iure agendi: & quod plus eſt, notorie.
Ad quod id, quod no. de reſti. ſpo. in literis. Inquantum ſentit,
quod nulla cauſa, expreſſa taciturnitate defectus tituli , audi-
retur agens poſſeſſorio, & ſic literæ ualerent , credo qđ adhuc
non audiatur, tenendo quòd aliqualiter colorare habet poſ-
ſeſſionem agens poſſeſſorio, alias ab agēdo repellitur, nec re-
ſtituitur, ut no. de reſti. ſpol. in literis. Niſi dicas illud procede-
re quo ad uim poſſeſſorij: hoc quo ad ualiditatem literarum,
ut non poſſit contra literas opponi. Sed ſi deficit tunc ipſo iu
re in iure agendi, oportet quòd idem concludatur quo ad li-
teras: quia illa eſt de exceptionibus litis finitæ, ſ̄. de reſcr. ca. fi.
Idem dicit in falſo manifeſto, vt quia dicat ſe clericum, uel Ci
ſtercienſem, vt facilius impetret literas. ¶ Nota bene, quòd ta
citurnitas, uel falſitas narrata falſa manifeſta circa merita ne
gotij principalis , uitiat reſcriptum, in tātum quòd opponi po
teſt in vim dilatoriæ . Et per hoc habes vnum effectum noto-
rij, quod no. Vide quod dixi de excep. paſtoralis. & c. exceptio.
vbi idem no. poſt Ioan. And. in addi. Spe. Secundum hoc ergo
recitat gl. quòd exceptiones peremptoriæ non poſſunt oppo-
ni in vim dilatoriæ contra literas regulariter . Contra recitat
hic Hoſt. quoſdam dicere, & hoc temperare, quòd ſi exceptio
non admittitur peremptoria , opponitur ad actionem poſſeſ-
ſorij, & ſic contra poſſeſſorium intentatum, tunc exceptio nō
admittitur: quia etiam ſi probaretur, non impediretur poſſeſ
ſorium, ſed fieret reſtitutio, de ord. cog. cap. fin. Sed ſi opponū
tur contra literas, dicit quod eſt aduertendum: quia ſi probe-
tur talis peremptoria exceptio tacita , uel expreſſa, qua expreſ
ſa, uel tacita non fuiſſent datæ literæ, iuriſdictio eneruatur, de
reſcrip. ſuper literis. Inno. dicit, quod hic hæc diſtinctio repro-
batur, quia non opponitur hic exceptio dotalitij contra inter
dictum vnde ui, ſed contra literas tantum: & tamen differtur
in petitorio, ī. §. fin. Hoſt. remittit ad decreta. j. de lit. conteſtat.
libro vj. Dicit etiam hic Gof. quòd ſi exceptio peremptoria ꝓ
ponatur non in uim peremptoriæ, ſed dilatorię, ut iuriſdictio
impediatur, nil agitur: non enim fit litis conteſtatio , quia ad
hoc proponitur, ne proceſſus impediatur : quia ad hoc natu-
ra ſui non datur. Inſtruit ergo iudicem, ut non admittat eam
in vim dilatoriæ vt ineptam , nec intercipiat proponentem ,
quaſi per id ſit facta litis conteſtatio: de quo de lit. conteſt. ca.
j. & 2. lib. vj. ¶ Opp. quod ex quo rex mortuus erat, hæc mulier
non debuit appellari regina : cum illam dignitatem habeat
conſtante matrimonio, & corruſcatione mariti. Solut. Dic, ꝙ
imo poteſt, quia retinet priorem dignitatem , donec plebeio
ſit nupta, C. de nupt. cum te. ff. ad municipa. l. filij. §. uidua. Sed
hic dicit, olim. Sed poteſt dici, ꝙ non negat de pręſenti, ut di-
xi notando per l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. Idem di
cit ibi Barto. ſcilicet in §. uidua. de domicilio, quia retinet do-
micilium uiri, donec alteri ſit nupta, l. fi. C. de bon. ma. & not.
in l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. quod puto, niſi actu a-
libi tranſtulerit domicilium.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacrilegi ſunt laici, qui iura eccleſiaſtica vſurpant, & per iudicem eccleſia ſticum compeſcuntur. nu. 11.*
2 *Iuriſdictio competens ciuitati, & caſtro, reſidet in communitate, & habente iuriſdictionem in ciuitate.*
3 *Iuriſdictionis appellatione pleno iure quid comprehendatur.*
4 *Libellans in poſſeſſorio retinendæ concludere debet poſſeſſionem ſecundum tempus libelli porrecti.*
5 *Donata eccleſiis titulo lucratiuo, uidentur collata pro redemptione peccatorum. 12.*
6 *Eccleſiis incorporata non poſſunt vſibus profanis applicari.*
7 *Sacrilegium non ſolum committitur pro vi expulſiua, vel ablatiua, ſed etiā ex turbatiua.*
8 *Sacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati.*
9 *Interdictum vti poſſidetis, cuius ſit effectus.*
10 *Sacrilegi qui dicantur.*
13 *Sacrilegium committitur per violentiam illatam pijs locis.*
14 *Iuriſdictionem temporalem plenam quando quis in caſtro habere dicatur.*
15 *Clauſula, committo iuriſdictionem omnimodam, vel pleno iure, quid importet.*
16 *Iuriſdictio temporalis qualiter dicatur quaſi poſſideri.*
19 *Poſſideri licèt nequeant incorporalia, tamen quaſi poſſidentur.*

## CAP. XVI.

1 COnqueſtus. †Laici vſurpantes iura eccle-
ſiaſtica, velut ſacrilegi, per iu-
dicem eccleſiaſticum compeſcuntur. Proponitur
querela epiſcopi. Secundo iudicum , quam primo
2 iuſtificat. ¶ †Nota primo, quòd iuriſdictio competens ciuita-
ti in caſtro, reſidet in communitate, & habente iuriſdictionē
in ciuitate: & ſic caſtrum ſubiectum ciuitati nullam habet iu
riſdictionem, ſed ciuitas habet in caſtro, ff. ad municip. l. qui
ex vico. in Authent. quibus modis natu. effic. ſui. §. ſi quis ergo
ex qualibet. Secus ſi non ſubeſt ciuitati, quia de iure illam vē-
dicat ſibi iuriſdictionem, quam ciuitates aliæ, C. de magi. mu.
per totum. & hoc dicit Barto. in l. prima. ff. de damno infec. &
3 dixi ſupra eodem. cum contingat. ¶ †Not. quid comprehendi
tur appellatione iuriſdictionis pleno iure : quia concludit iu-
riſdictionem ſpiritualem, & temporalem: quod nota. ſi alicui
abbati

abbati concedentur iuriſdictionalia in caſtro pleno iure, in
4 hoc includitur iuriſdictio ſpiritualis.¶ †No.hic expreſſum,li-
bellantem in poſſeſſorio retinēdæ concludere debere poſſeſ-
ſionem ſecundum tempus libelli porrecti, nec ſufficit antea
poſſediſſe.Et nota,ꝙ non procedit libellus, ſi dicat ſe fuiſſe in
poſſeſſione:quia tacite videtur abnegare poſſeſſionem de p̄-
ſenti.Vide quod no.Cy.in l.edita.C.de edend.& dixi de iudic.
examinata.& dicam de libel.obl.c.j.& no.ff.de confeſſis.l.cer-
5 tum.§.j.¶†Nota in dubio collata eccleſijs titulo lucratiuo vi
deri collata pro redemptione peccatorum,& dicuntur in piā
6 cauſam,& pro anima:ad hoc de teſta.requiſiſti.† Nota regu-
lam,quæ dicit incorporata in eccleſijs, alijs vſibus non appli-
canda,procedere etiam in rebus profanis,& non ſacris:ad qđ
de reli.do.ad hæc.de rer.permu.iniuſtum.de conſe.di.j.ligna.
& c.veſtimenta.10.q.j.quia ſacerdotes.& ca.ſanctorum.& ca.
7 hanc conſuetudinem.ſecundum Hoſt.† No.hic expreſſum,ꝙ
non ſolum committitur ſacrilegium pro vi expulſiua,uel ab-
latiua,ſed etiam ex vi turbatiua: per quod ſic turbans ſubijci
tur principaliter iudici eccleſiaſtico.De quo aliquid ȷ̃.dixi,ple
nius ſupra eo.cum ſit.& c.ſi clericus. quinimo & poſſeſſione
rerum eccleſiaſticarum contra voluntatem eccleſiæ etiam ſi-
ne violentia dicitur ſacrilegus,16.q.4. ſi quis mancipium.17.
8 q.4.attendendum.¶†Nota ſacrilegos non eſſe ipſo iure excō
9 municatos,ſed excommunicandos. † Nota effectum interdi-
cti vti poſſidetis:quia competit ad finem vt ceſſet turbatio,&
ut de damnis,& iniurijs ſatisfiat. Et ex hoc colligitur practica
libellandi,& concludendi in libello,& etiam ſententiandi,de
10 quo ȷ̃.de proba.licet cauſam. ¶†Nota ſacrilegos dici violan-
tes bona eccleſiaſtica:alibi dicuntur homicidæ. 12.q.2.c.j. ſe-
11 cundum Phil.¶†Oppo. ꝙ hic libellaret contraria: dicebat e-
nim vim illatam,per quam perditur poſſeſſio, quæ ſunt con-
traria.Solu.Dic,violentia illata erat,non talis,per quam per-
datur poſſeſſio,cum poſtea dicat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione:
quod eſſe non poſſet,ſi fuiſſet ſpoliata: ſed per violentiam ip-
ſam inquietabant,& damna dabant,vt patet ex fine: & ſic in-
tentabatur hic interdictum vti poſſidetis: ex quo fit mentio
de violentia, concluditur ſacrilegium, ideo debet ea coram
eccleſia agitari:& ſententia nō dabitur pro epiſcopo, niſi vio
lentiam probet:debet enim probare cauſam, ex qua petit,a
lias ſuccumbet,ff.de excep.rei iud.ſi mater.§.eandem. Et qđ
intentaretur interdictum vti poſſidetis,patet ex eo, quia nar-
rat ſe eſſe in poſſeſſione. Ex hoc ergo nota, quòd ad hoc vt ꝑ
turbatione agatur coram eccleſia, oportet quod habeat vio-
lentiam in ſe:de quo ſ̄. remiſi. Item quòd vbi iuriſdictio fun-
datur ſuper certa qualitate, oportet ꝙ habeat violentiam in
ſe:de quo ſupra remiſi.Item quia vbi iuriſdictio fundatur ſu-
per certa qualitate,oportet quod qualitas probetur, & ea nō
probata non pronuntiaretur interlocutoriè ſuper iuriſdictio
ne,ſed diffinitiuè contra libellantem:de quo dixi ſ̄. eodem, ſi
12 clericus.dic vt ibi.† Oppo. quòd hic ſit inculcatio,ibi,collata,
& relicta.Sol.Collata intellige in uita, relicta in morte: nam
uerbum,relinquendi,&c.ff.de tabu.exhi.l.j.ad fi.Ex quo nota
ꝙ data in uita,vel in morte,in dubio data cenſentur pro ani-
ma,ex quo principium capiūt a liberalitate, iſta talia omnia
poſſunt dici pia,vt iudicentur ſecundum canones, & ut eccle
ſia de eis cognoſcat,& gaudeant priuilegijs piarum cauſarū.
13 Ad hoc bonus tex.de conſue.c.2.¶†Quæro, an per violentiā
illatam alijs pijs locis committatur ſacrilegium? Dicit quod
ſic,infra de teſta.officij.& c.requiſiſti.§.ſecus. ſecundum Hoſ.
14 ¶†Quæro,quando quis dicatur in caſtro plenam habere iu-
riſdictionem temporalem?Dicit gl.quando habet temporalē
& ſpiritualem.gl. bene diceret, ſi quæreretur quando habeat
plenam: ſed quæſitum eſt referendo ad text. quando dicatur
habere temporalem pleno iure,ſecundum Io. And. Vnde di-
cit,ꝙ habet temporalem pleno iure, quando habet merum,
& miſtum imperium,& iuriſdictionem: quæ omnia compre
henduntur ſub iuriſdictione,inquantum genus eſt:& qd hoc
contineat,tractauit hic Vinc.quæ ponit Gul.in Specu. de iur.
om.iu.verſiſ.& nota.& ver.ſeq.& dicit l.ff.de iur.omn.iud.l.3.
Poterat ergo ille quaſi magiſtratus habere priuatū carcerē,
quod alias non liceret,ȷ̃.de apoſta.a nobis. C. de priua.car.l.j.
ſecundum Vinc.Fran. exponit,pleno iure: quod habebat co-
15 gnoſcere,iudicare,& exequi.¶† Diligenter nota hanc gl.iun-
cto tex.& quæ ſcribunt hic Doct. quia hic habetur quid com-
prehendant hæc uerba ,Committo iuriſdictionem pleno iu-
re:quid comprehēdant,Committo iuriſdictionem omnimo
dam: vide gl.in cle.j.de foro compe.in uerbo, omnimodam.
quę eſt in hoc notabilis gl.Vide in ſimili quid de his, Eccleſiā
ſubiectam pleno iure;quid ſignificent,infra de priuilegijs.cū
& plantare.§.in eccleſijs.& c. quoniam.16.q.7.c.j. ſecundum
16 Gof.¶†Quæro,qualiter iuriſdictio temporalis dicatur quaſi
poſſideri?Gl.reſpondit,& optime, quam nota, quia aſſignat
cauſam quare incorporalia quaſi poſſidentur:per quæ dicūt
hic Doct.ꝙ interdictum vnde vi,vel vti poſſidetis, pro talibus
iuribus directum nō competit:quia inſtitutum eſt pro rebus
corporalibus,& vera poſſeſſione,ff.de ſerui.l.quoties.ff. ſi ſer-
ui ven.l.2.§.Pomponius.Vel competit actio ex canone,redin-
tegranda.ſecundum Gof.Gl.vltima colligit notabilia,ꝙ ſacri
legi eccleſiarum non ſunt excommunicati, ſed excommuni-
candi.Sed his obuiat,quia imo excommunicati ſunt, 11.q.3.
canonica.de ſen.excom.cum pro cauſa.16.q.3. omnes. Ioan.
An.recitat opi.hic,Primo Phi. dixit violatores eccleſiarum ip
ſo iure fore excommunicatos,alios uero non,ut hic, 17.qu.4.
quiſquis.Gof.dixit uiolatores, & incendiarios eccleſiarum, a-
lios non.Pe.& Abb.dicunt, ꝙ ſi ſacrilegium committitur in
eccleſiaſticam perſonam, excommunicatus eſt ipſo iure cō-
mittens,vt in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.ſi committitur in rem
eccleſiaſticam,non eſt excommunicatus,ſed excommunican
dus.Si in ipſam eccleſiam cum incendio,uel effractione,excō
municatus eſt,ut quia fregit fores eccleſiæ: ſi eſt ſacrilegus ec
cleſiæ,quia in ipſa aliquam opprimit,dicit idem,de ſenten.ex
com.cōqueſti.& c.cum pro cauſa.& ibi hoc tenet gl.j. ad hoc
17.q.4.omnes.Si ſine his,vt quia librum,vel calicem in eccle-
ſia incaute dimiſſum auferat:& non eſt excommunicatus,de
fur.c.fi.ibi enim nihil de abſolutione mandatur.Sit ergo pro
regula,quod cum ſacrilegorum multæ ſint ſpecies,vt no.Inn.
de ſen.excom.cum pro cauſa.in verbo,violationes. & glo.17.
q.4.ſacrilegium.quòd regulariter ſacrilegus non eſt ipſo iure
excommunicatus maiori excommunicatione. Fallit primo
in incendiario,& uiolatore,ſeu ſpoliatore eccleſiæ: & idem ſi
violent clauſtrum cum incendio,& effractione, vt dicit Inno.
in d.c.ſi quis ſuadente.Fallit ſecundo in percutiēte,uel capiē-
te aliquem in eccleſia,& ſic violātem immunitatem eccleſię:
ut ibi in d.c.cum pro cauſa.17.q.4.omnes. In uiolante autem
priuilegia & iura eccleſiæ,dic vt de immuni. eccle. nouimus.
Fallit tertio in auferente rem uiolenter de eccleſia, ſecūdum
Hoſt.in d.c.cum pro cauſa.Sed hoc non tenet ibi Ioan.Andr.
ſi non adeſt ibi incendium,vel effractio. Dicit tamen ibi Inn.
quod talis,uel qui aufert rem de eccleſia,eſt excōmunicatus
minori,17.q.4.ſi quis ui.& c.ſi quis uouente.Fallit quarto,qñ
per hominem lata eſt ſententia in quemcunque ſacrilegum
lædentem eccleſiam,uel auferentem rem eccleſiæ, text. cum
glo.17.q.4.omnes.& d.c.cum pro cauſa.Fallit quinto, quan-
do ſunt uiolatores ipſarum eccleſiarum, ut quia corpora ec-
cleſiæ uiolenter rapiunt,ut ſentit gl.in c.conqueſti.& ca.cum
pro cauſa.de ſententia excommunic.

*SVMMARIVM.*


1 *Priuilegiatus vt non teneatur reſpondere niſi certo loco, ſi alio loco reſpondere aut ſoluere promittit, ibi poterit conueniri.*
2 *Delegatum poteſt Papa dare iudicem vbi vult.*
3 *Priuilegium ſemper debet aliquid conferre.*
4 *Forum quis ſortiri cenſetur, ubi contraxit.*
5 *Pactum de reſpondendo coram iudice non prorogat iuriſdictionem, licet tollat declinandi facultatem.23.*
6 *Obligatio prælati contracta nomine, & ad vtilitatem eccleſię, trāſit ad ſucceſſorem.nu.25.*
7 *Reſcriptum delegationis contra prædeceſſorem ſub nomine dignitatis ad executionem contractæ obligationis nomine eccleſię tranſit ad ſucceſſorem in dignitate.25.*
8 *Priuilegium Anglicis conceſſum, vt ſic certo generi perſonarum ſub nomine patriæ, vel prouinciæ, non ſolum comprehendit laicos, ſed etiam clericos.*
9 *Clerici an comprehendantur appellatione diſtrictualium.*
10 *Priuilegiare poteſt Papa clericos contra ius commune ad pręiudicium laicorum.*
11 *Statutum, ſeu priuilegium concernens actum conueniendi, cauſat ius dilatorię proponendę.*
12 *Statutum tollens facultatem conueniendi certo loco, quid operetur.*
13 *Pactum de non declinando iudicem alias habentem iuriſdictionem, pręiudicat paciſcenti irreuocabiliter.num.21.*
14 *Soluere promittens certo loco, ibi poteſt conueniri.nu.24.*
15 *Forum ſortiens ratione contractus, poteſt in duobus locis conueniri.* 28.
16 *Vſura non eſt, quando aliquid petitur ſub ratione damni, & intereſſe, vel expenſarum.*
*Expenſæ, & damna ratione moræ veniunt in arbitraria loci ſolutionis fiendæ.*
17 *Forum vbi quis ratione contractus ſortitur, quo reſpectu ſortiatur.*
18 *Prorogare poteſt clericus iuriſdictionem ſui iudicis per viam contractus.*
19 *Renuntiare licèt quis non poſſit priuilegio ad commodum publicum conceſſo, poteſt tamen renuntiare priuilegio certo generi perſonarum dato ad vtilitatem particularem.nu.22.& 24.*
20 *Pactum prædeceſſoris, etiam contra ius, pręiudicat ſucceſſori.25.*
24 *Pacto ſoluere promittens certo loco, quomodo conueniatur coram delegato,*
*Statutum, per quod quis probibetur conueniri vltra mare, qualiter intelligatur.*


26 *Procu-*

16 *Procurator datus à prælato ad cauſam eccleſiæ tractandam quanto tempo-
re duret.*
39 *Intereſſe,& expenſæ quomodo probentur.*

## CAP. XVII.

1 DIlecti filij. ¶†Priuilegiatus vt non teneatur
re, Peto me hæredem declarari, & officio veſtro res hæredita-
rias mihi reſtitui: ſicut in reali, ff. de rei ven. l. officiũ. & l. qui re
ſtituere. Puto tamen, ꝙ libellus poſſet ſaluari, vt inquãtum di-
cit, Peto mihi hæreditatem reſtitui, quia ſum hæres: ſubaudi,
per prius me hærede declarato. Ad hoc qđ no. gl. de rel. do. cõ
ſtitutus. & qđ no. Bar. ff. de rei ven. l. ex diuerſo. vbi dicit libellũ
procedere, Peto te condẽnari ad reſtitutionẽ rei, quia ſum do
minus: quaſi per prius videatur petijſſe declarari ſe dominũ:
quia vbi plura veniunt ordine ſucceſſiuo, qui vult vltimum,
velle videtur antecedentia ad illud, l. illius. de acqu. hære. l. ad
rem. & l. ad legatum. ff. de proc. cum ſi. & idem Spe. in ti. de li-
bel. concep. §. ad huius ti. verſi. hoc autẽ notandum. Dicit tñ
hic Hoſt. ꝙ dicere debet, an ſit hæres ex teſtamẽto, vel ab inte-
ſtato, ff. de pet. hære. l. legitimam. de iud. alias de cond. l. fi. Idẽ
Gui. de Suz. in l. edita. C. de eden. Vide omnino qđ ſi dicat ex
teſtamento, dicat vtrũ ſolẽne, vel nuncupatiuum: quia aliter
probatur vnum, quàm reliquũ: & multa veniunt in vno plus,
quã in reliquo, C. de teſt. l. hac cõſultiſſima. Io. And. dicit hoc
nõ procedere de iure canonico, vt no. de teſta. cum eſſes. & c.
relatum. nec etiam procedit de iure ciuili, vt dicit. Bar. in d. l.
j. quia eo ꝙ dicit inſtrumentum, vel teſtamentũ, dicere videt̃
ſolenne, ff. de bon. poſ. contra ta. l. non putauit. §. non quæuis.
C. de iuris, & fac. igno. l. 4. Debet etiã exprimi ſecundum Doc.
hic, quis fecit teſtamentũ: nã nõ omnis poteſt teſtari, j̃. de ſuc.
ab inte. ca. fi. C. qui teſta. fa. poſ. l. furioſum. & l. diſcretis. Idem
vr̃, ꝙ ſi dicat, ab inteſtato, debeat dicere, an de iure ciuili, vel p̃-
torio, an municipali, vel cõſuetudinario, ff. de peti. hære. l. j. 2.
3. & 4. Nã & mater facit mẽtionẽ Tertulli. ff. de excepti. rei iu.
l. ſi mater. Sed forte hoc fecit ex abundãti, qa nõ eſt hoc aſſi-
gnare cauſam principalẽ, ſed potius cauſam cauſæ: & ſic res
procederet in infinitũ, contra id de reſcr. c. 2. lib. 6. Itẽ qa licet
leges tali ſubtilitate vtantur, in canonibus reſpuimus, de iud.
dilecti. de teſta. cũ eſſes. & c. relatũ. & c. cũ tibi. Et plures cauſas
quãdoq; admittimus in libello, j̃. de fide inſtr. c. inter dilectos.
de reſcrip. cũ olim. quæ omnia dicit Hoſt. cuius verba ſunt cõ-
mittẽda iudicis arbitrio: quia hæc diuerſa ſunt, & diuerſas de-
fenſiones habẽt. Poſſet enim eſſe ſtatutarius excõicatus præ-
ſcriptione cõſuetudinis interrupta, & alia, quæ defendũt reũ,
ff. de inter. acti. l. & ſi ſine. §. illud. aliàs eſt l. defenſor. & s̃. de trã-
ſac. c. fi. Ad hoc qđ no. in Summa, eo. tit. §. quid debeat cõtine
re libellus. Vide mãm gl. in Spe. de actione, & pet. §. ſequit̃. ver.
ſed ſi ius. vſq; ad verſ. ſed hæc. Si autẽ actio eſt gñalis: qđ qñ ſit,
dixi s̃. gl. hęc differẽtiã facere nõ vr̃ inter gñalẽ, & vniuerſalẽ:
ſed differẽtia eſt in hòc, qa in vniuerſali ſufficit petitio gñalis,
& proſecutio gñalis: nec eſt neceſſe, ꝙ in proſecutione hoc de
claretur: ſufficit, ꝙ declaretur in executione, quia principali-
ter agit̃, vt declaretur ius cõpetere agẽti, & offõ iudicis vt res
reſtituantur. In gñali autẽ oportet, vt in prima inſtãtia res de-
clarẽtur, & ſpecificentur, & probẽtur in proſecutione: q̃ qñq;
ꝓbabuntur per iuramentũ in litem, ff. de in litem iurand. l. in
actionibus. ff. de admi. tu. l. tutor, qui repertoriũ. Ad hoc, quia
ſententia lata in gñali iudicio nõ obſtat niſi in proſecutione,
vt l. licet. C. de iud. Principaliter enim fit cõdemnatio ſuper re
bus, nõ ſuper iure ad res, & ſuper articulis. Iõ oportet, ꝙ ſpeci-
ficentur, & probetur in inſtantia, ex quo ſuꝑ eis debet princi-
paliter ſequi ſñĩa: in talibus tñ valeret ſñĩa gñalis. Vbi aũt agi
tur de actione ſingulari, oportet ꝙ libellus ſit certus, & proſe-
cutio ẽt certa, ad hoc vt ꝓcedat ſñĩa, ẽt dẽt eẽ ſpecificata, Inſt.
de act. §. curare. Hoc verũ in principali petito: ſi tñ aliqua inci
dẽter, & acceſſorie peterentur, vt ſunt fructus ad rẽ petitã, de
quo per Cy. in l. certum. C. de rei ven. ad hoc l. cũ propria. C. ſi
quis alteri, vel ſibi. vbi Cy. uel dãna ad principalẽ reſtitutionẽ
rei, vel pertinẽtiæ ad eccleſiã vel caſtrũ: tũc dato ꝙ libellus nõ
procederet, ſi principaliter illa acceſſoria vt prĩcipalia peterẽ-
tur, niſi ſpecificarentur, procedit petitio gñalis, qñ veniunt ac
ceſſoriè, vt dicit Innocẽ. in d. c. certificari. & no. de or. cog. cum
dilectus. & de reſti. ſpo. cũ ad ſedem. & s̃. de offi. or. cõqueren-
te Iõ procedit hic libellus, Peto eccleſiã cũ pertinẽtijs. Quod
ſatis puto, tum quia acceſſorie petunt̃, tũ quia verbũ, pertinẽ
tiæ, eſt ſignum ſonans iuris uniuerſitatem. Per qđ uidetur, ꝙ
etiam ſi principaliter peterẽtur, vr̃ quod procedat libellus ge
neralis, per no. in d. cap. cum ad ſedẽ. de reſt. ſpo. Et hoc tenet
Spe. in ti. de act. & peti. §. ſequitur. in prin. Idẽ in Spe. de off. iu-
di. §. primo. alle. d. c. cum ad ſedẽ. Itẽ non ꝓcedit hic libellus,
Peto fructus illius fundi, ſi petat̃ declarari fructus: ſed ſic ꝓce-
dit, Peto fundũ cũ fructibus. Vide Inn. in d. c. certificari. ad fi.
gl. magnæ. Hic ur̃ notare cõtrariũ, ut dixi s̃. poſt Inn. Sed ſalua
ri poteſt, vt procedat quod s̃. dixi, qñ fructus nõ pñt certificari,
vel qñ nõ veniunt acceſſorie ad principale petitũ: & ꝓcedat
libellus, Peto reſtitutionẽ caſtri cũ damnis illatis, ut d. c. cũ di-
lectus. Quid de expenſis, dixi s̃. Idè ſi petitur p̃benda cũ pleni-
tudine iuris canonicalis, j̃. de præben. pro illorũ. Ad hoc de cõ
11 ceſ. p̃b. propoſuit. & no. hic Doct. † De mã uide plures caſus, in
quibus ꝓcedit libellus, & ſñĩa gñalis, per Inn. de exceſ. præl. tã-
ta, ubi ponit hãc ultimã regulam, quòd procedat libellus gña
lis in acceſſorijs, ſi petitio in principali ſit certa. Quã dicit ve-
rã, ſiue ſint acceſſoria ad rem, ut d. c. cũ ad ſedẽ. ſiue acceſſoria
ſint ad actionẽ, vt fructus: & omnis cã in interdicto vnde vi, &
in bonę fidei actione, ff. vñ ui. l. j. §. ex die. ff. depoſi. l. j. §. hanc. &
de rei vẽ. l. q̃ de tota. ſiue acceſſoria ad aliud ius, vt peto caſſari
ſentẽtiã, & qđ eſt poſt appellationẽ ſecutum, vt ibi dicit. Ponit
aliam regulam, ꝙ ſemper libellus ꝓcedit generalis, ubi habet
locũ officiũ iudicis deſeruiens actioni: de quibus no. in Sum.
ſub rubrica de offi. iud. Nec ob. l. ędiles. §. item ſciẽdũ. quia nõ
exigit illa numeranda in libello, ſed in illo edicto. Dicit tamẽ,
ꝙ iudex inquantum poterit, dabit operam, vt talia expriman
tur, vt certam poſſit ferre ſententiam. Secundã ponit regulã,
ꝙ ſemper ꝓcedit libellus gñalis, vbi põt ferri ſñĩa gñalis, imo
æque, uel magis gñalis p̃t eẽ libellus, quàm ſentẽtia, qa ſentẽ-
tia illi conformari debet, vt patet de ſimo. licet Heli. quia licèt
ſit incerta petitio, curare dẽt iudex, &c. Inſt. de ac. §. curare. &
quoſdam caſus ibi enumerat, quorũ aliqui ſunt reducibiles
ad doctrinam ſupra traditã, vt eſt in ſentẽtia, Pronũtio proceſ
ſus irritos, vel ſentẽtiam irritã, de reſcrip. cum dilecta. de elec.
dudum. & generaliter qñ caſſatur proceſſus, & quicquid eſt ſe
cutum ex eo, uel ob id, de procu. auditis. Et ex his dat tertiam
regulã, ꝙ ubicunq; aliter nõ põt cõmode ſpecificari in libel-
lo, procedit libellus gñalis, Inſt. de off. iud. c. j. & C. de ſent. quæ
ſine cer. quãti. l. 2. Alle. dictã l. j. §. qđ aũt, ff. quorũ le. Inſt. de ac.
12 §. curare. Patet etiam in acceſſorijs, ut eſt dictũ. † Quæro cũ gl,
& hic eſt alter principalis paſſus, an libellus, poſtquã eſt ꝓceſ-
ſum, poſſit corrigi, uel mutari. Et vr̃, ꝙ nõ, quia actor porrecto
libello nõ põt deſiſtere ab actione intẽtata, vt patet de dolo,
cauſam. in auth. qui ſemel. C. quomodo, & qñ iu. qđ procedit,
ex quo pars eſt citata ꝑ executorem, aut nuntiũ, ut reſpõdeat
ad libellum. In cõtrarium eſt 2. q. 8. libellorũ. & l. edita. C. de
edẽ. Dicit gl. ꝙ immutari non poteſt libellus, ſi tales ſunt actio
nes, quæ electione tollunt̃, ff. de tribu. l. qđ hr̃dẽ. §. eligere. Si ta
les ſunt actiones, q̃ electione nõ tollunt̃, tũc ante lit. cõt. p̃t cor
rigi, vel mutari, poſt lit. cõte. nõ, vt d. l. edita. Inquantũ tñ dixit
actionẽ poſſe mutari, intelligit gl. accumulãdo, nõ deſiſtẽdo a
prima, per dictã auth. q ſemel. quã ſic, dicũt Doct. legũ intelli-
gere. Dic, ꝙ tria videnda ſunt. Primũ, qñ eſt licita libelli emen
datio, q̃ ꝓprie fit, qñ aliquid addit̃, vel detrahit̃, & nõ ex toto
corrigit̃. Scđo, qñ licita ſit libelli mutatio, q̃ fit, quando ex to-
to poſitum in libello detrahit̃, altero ſubrogato. Tertio, qñ ſit
licita libelli accumulatio, quæ fit, quãdo ad actionẽ prius de-
ductam altera ſuperadditur. Ad primũ, nũquid ſit licita libel-
li emen-

li emendatio, hic proſequor tres caſus. Primus, quando agitur de emendatione circa ſubſtantialia. Secũdus, quando agitur de emendatione circa rem petitam. Tertius, quando agitur de emendatione reſpectu alicuius qualitatis. Primo caſu dic, ꝙ in ſubſtantialibus admittitur emendatio ante litis conteſtationem, non poſt, ſi talia ſunt quę nõ poſſunt a partibus omitti, vt dies, locus in libello criminali, 2.q.8. libellorum. vel ꝙ cõcluſio non eſt formalis in libello ciuili. Inquantum dixi emẽdationem fieri poſſe: dic verum, niſi lapſus temporis impediat agi: quia nec tunc poteſt ante litis conteſt. emendari. Ad hoc ff. rẽ ra. ha. l. fi. Iõ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ Poteſtas ñ poſſit cognoſcere de delictis retro cõmiſſis a tempore officij per duos menſes, ſi tẽpore emẽdationis libelli lapſum ſit tẽpus, & ante lit. cõteſt. mutetur libellus, non admittiẽ emẽdatio. Et ſi dicas, cũ nouũ libellũ poſſet porrigere, vbi dixiſti poſſe emẽdari, ad quid erit vtilis emẽdatio? Dic ad expẽſas, quas haberet facere circa libellũ nouũ, quæ erunt neceſſariæ in emendatione: vt ſi aliqua gabella ſolueretẽ de noua libelli porrectione, vel aliquæ ſportulæ, ſi eſſent ſubſtãtialia, q̃ a partibus poſſent omitti, poſſet qñcunq; fieri emẽdatio, vt ſi libellus ſit obſcurus: q̃ procedit ſi pars nõ petat declarari, vt l. fi. C. de an. excep. Secũdus caſus eſt, qñ agitur de emendatione libelli, addendo, vel detrahendo circa rẽ ipſam. Dic ſm Inn. ſi agitur actione vniuerſali, addi poteſt ad libellũ, & detrahi vſque ad ſententiam. Idẽ gl. C. de eden. l. edita. imo & poſt ſentẽtiam, ſi oſtenderẽ in executione illam rem per reum poſſideri, vt l. 4. ff. de pet. hęre. vbi ſi ago contra te petitione hæreditatis, ſi porrecto libello contingat te aliquam rem nouiter poſſidere, illã poſſum a te petere: qđ procedit abſq; dubio, quando concluſio eſt gñalis, vt, peto me declarari hæredem talis, & te condemnari ad reſtituendũ quicquid poſſides ex hęreditatẽ talis. Idem videtur, ſi concluſio eſſet ſpecialis ad rẽ; ut peto declarari me hrdẽ, & ex officio te cõpelli ad reſtitutionẽ talis rei: qa ſi aliã poſſidere incipis lite pendẽte, illam potero addere ad libellũ. Et eſt cã, quia libellus nõ mutaẽ in ſubſtãtia actionis, & inquãtũ neceſſarius eſt libellus, ſed in ſola qualitate officij iudicis, & in qua parte non eſt neceſſarius libellus, cũ rei reſtitutio veniat incidẽter iudicis officio, in qua non eſt neceſſarius libellus, & qa rei declaratio nõ eſt neceſſaria in talibus. Et ſic intellige; Gul. in Spe. de libel. concep. §. nunc oſtendamus. ver. Vin. aũt & Columb. & Io. An. ibi in addi. Vbi aũt concluſio eſſet generalis, non eſſet dubiũ, ut ibi dicit Io. An. Si tñ peto partem hæreditatis, non potero immutare petendo totum, vel econtra: quia tunc contingit mutatio circa ſubſtãtiam actionis, niſi prout dicã ĩ. in ſingularib. Vide Odofr. in l. edita. C. de edẽ. Bar. tamẽ in l. edita. tenet, ꝙ ex quo actio eſt reſtricta ad certam rem, nõ poterit poſtea emendari poſt lit. cõteſt. & intelligit l. 3. qñ concluſio erat generalis. Idẽ per omnia dicit Innoc. in actionibus generalibus. Sed non placet hoc, ſi libellus habet concluſionẽ ad certam ſpeciem, quia tunc actio reſtringitur, & ſic non poteſt fieri mutatio, niſi vt dicã ĩ. in ſingularibus. Pro ſe alleg. l. licet. C. de iudi. & C. de app. l. fi. & l. fi. C. de an. exce. Puto tamẽ, ꝙ poſſet addere reſtringendo genus, vbi cõcluſio fuit generalis: qa poteſt reſtringere libellũ, vnam ſpeciẽ proſequẽdo: ſed ampliando concluſionem vltra ſpeciem, ad quam eſt reſtricta concluſio, non: & ſic loquuntur iura, quæ allegat Inn. In ſingularibus vero ante lit. conte. poteſt fieri additio, vel detractio: poſt non, ſm Bar. Hæc uera, inquantum addere intendit circa rem petitã. Si uero aliam addere velit, non poteſt, niſi clauderetur actione deducta, quia tunc eſſet plus declaratio. Et an claudatur, vel non, dicit Barto. hic patere ex l. ſcire debemus. de verb. obl. Vnde ſi eſſem ſtipulatus plures ſpecies copulatiue, poſtea vellem expreſſa vna in libello, non poſſem, quia tot ſunt actiones, quot ſunt res: ſi obligatio eſt ad ſummã, vel vniuerſalis ad plures res, ſi unã peto, certã aliã poſtea addere poſſum ante lit. conte. Itẽ ſi petij quinq; de ſumma de cẽtũ in ſtipulatione deducta, poſſum reſiduũ addere. Detractio aũt p̃t fieri & ante lit. conteſ. & poſtea, dummodo renuntiet liti reſpũ partis detractæ: nam ſi poteſt in totũ liti renuntiare, C. de pac. l. poſtq̃ liti. poteſt & parti. Ad hoc qđ no. de pac. cũ pridẽ. Et per hoc nõ obſtat auth. qui ſemel. quia procedit qñ libello porrecto, & citatione ſecuta, vult deſiſtere a procedẽdo, ſuper ſedendo iudicio: ſecus ſi velit deſiſtere in totũ renuntiando, vel in parte, vt eſt dictum. Fallit in caſu C. de plus peti. l. vnica, vbi non poteſt deſiſtere ad vitationem pœnę, de qua ibi: quia ibi deliquit in plus petendo, & cautionẽ exigendo. Hæc vera, inquãtum agitur de additione ad principale petitum. Inquãtum vult addere, vel detrahere ad acceſſorie petita de occurrentibus ante lit. conteſtationẽ, dicit ꝙ non p̃t poſt litem conteſt. fieri additio, l. ædiles. §. itẽ ſciendũ. ff. de ædi. edic. & l. prima. C. de iud. Per quæ dicit hic Inn. ꝙ incremẽta, quæ veniũt ex fundo, poteſt petere, ff. de euic. l. ex mille. Itẽ fructus, & partus, l. item ueniunt. §. non ſolum. ff. de petit. hære. Et hoc, quia in talibus nõ eſt neceſſarius libellus ſpecialis, vt ſ. dixi. Tertius caſus, quando ad libellum volo addere aliquam qualitatem: Dic, ſi emendatio, vel detractio immutat ſubſtantiã actionis, non poſſum, niſi ut dicam ĩ. quando agit mutare exempla, in l. 3. §. docere. ff. vi bo. rapt. Item ſi mutata qualitate immutaẽ ſubſtantia facti, ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quid tamen. nam ſi agitur de adulterio cõmiſſo cũ Titio, nõ poteſt addi de adulterio cõmiſſo cũ Caio. Per hæc dicit Butr. ꝙ ſi ſtatuto nobilis percutiens popularem in plus puniatur, quàm alio ſtatuto nobilis percutiens nobilem, vel popularis popularẽ: quia popularis agens, qui ſe non dixit popularem, poſtea in proceſſu nõ poteſt dicere ſe popularem: qa additur noua actio, & variaẽ condemnatio, & mutatur delictum. ponit in l. edita. Agere. n. videẽ condictione ex nouo ſtatuto Ad hoc, qđ ſcribit Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. Et omnino vide ibi Gul. de Cu. ſi nõ mutatur actio, vel factũ, ſed augetur, vel minuitur condẽnatio, admittitur etiã poſt litẽ cõteſtatam vſque ad ſententiã, l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de nox. ſm Bar. in l. edita. Inn. dicit, ꝙ ſi non additur in libello qualitas, ſed ſolum in proſecutione, tũc qualitas in proſecutione ſic allegata poteſt alterari, vt in §. ſi detracta. Intelligendo ibi, ꝙ dominus ſciuerit, aut ignorauerit, nõ fuit in libello deductũ, ſed ſolũ allegatũ in proſecutione: ſed in proſecutione nõ additur tantũ qualitas, ſed deducitur in libello. Si ex immutatione, vel additione mutatur condẽnatio, nõ admittitur, niſi ante lit. cõteſt. poſt non. Vnde ſi egi primo tributoria, quæ non eſt ſubſtãtia actionis, ſed adiectio, poſtea ago de peculio, quia ex immutatione alteratur condẽnatio, non admittitur emendatio. Si ex immutatione qualitatis non immutatur condemnatio, ſed ſolum qđ eſt in facultate ſoluendi, ut quia ago ad damnum paruum per ſeruum, ſiue domino ſciente, ſiue ignorãte, fiet condemnatio ad damnũ, exactio tamen variatur, vt l. miles. §. j. ff. de re iud. ff. de peti. hęre. l. item veniunt. §. cum pręsaid diximus. & admittiẽ alteratio. Sic cõcord. Inno. & bene dicit. Imo plus puto, ꝙ in executione poſſet declarare ſcientiam, vel ignorantiam, qñ eſſet gñaliter proſecutum: quia ſicut exceptio, quæ non tollit ſententiam, ſed modificat executionẽ, p̃ot opponi poſt ſententiã, ut l. fi. ff. de confeſ. l. j. ff. de iuris & fac. igno. l. tametſi. ad Mace. ſic & reſpiciens executionem poterit declarari in executione. Emendatio autem libelli de obſcuritate in claritatem poteſt fieri quandocunq; pendẽte iudicio, qa hoc eſt utile reo, ut l. inter ſtipu. §. j. ff. de ver. obl. & l. Pomp. ſcribit, ſi frumentũ. ff. de rei ven. dũmodo fiat per porrigentem libellum: nam per alium fieri non poteſt, etiam hæredem, ut ibi. Hoſt. remittit ad Sum. e. ti §. utrũ poſſit. & §. & an libellus. Fallit in caſu c. ab eo. de elec. lib. 6. ubi qualitas non poteſt mutari, licèt nõ alteretur condẽnatio. Et hoc ſtatutum eſt in odiũ calumnioſe opponentium. Aliam opi. ꝓſequitur hic Io. An. poſt Vin. qui tenuit, ꝙ qui plus petijt, poſſit minus petere, ſed nõ econuerſo, niſi per nouum libellũ, C. de aſſer. tol. l. j. §. vlti.
13 ff. de iud. l. de qua re. †Venio ad tertiũ, an admittaẽ mutatio libelli, ſubrogando vnam actionem loco alterius: Dic, ſi vult in totũ deſiſtere ab actione, & inſtãtia, poteſt, ut l. poſtquã liti. & porrigere habet nouũ libellũ, qa noua eſt actio: & ſic opus eſt noua interpellatione. Hoc verũ, niſi reus vellet in prima perſiſtere propter aliquã vtilitatẽ maiorem, quam ſperaret ex renuntiatione. Quid enim ſi aſſumpſiſſet ſe velle probare dominũ, ff. de ꝓba. l. circa. nã ex renũtiatione nõ cõſequereẽ dominiũ, ſed actionem, ut no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. poſ. ſi nõ vult deſiſtere nec ab actione, nec ab inſtãtia, ſed ſuſpẽdere, & aliã accumulare, nõ p̃t, vt ĩ auth. q ſemel. Fallit in poſſeſſorio recuperãdæ, qa accumulari ſic p̃t, Suſpẽdo vſque ad cõcluſionẽ in cã. Quod dic, vt đ reſt. ſpo. ex cõqõne. & no. de cau. poſ. c. j. in cle. de cau. poſ. paſtoralis. Fallit ẽt in iure agẽdi ex vitio odioſi: & hoc pp odiũ recipientis rẽ religioſam, ut no. Hoſt. de cõſt. eccľa. ĩ. Si vult deſiſtere ab inſtãtia, remanẽte ſalua actione, & nõ p̃t, vt dicta auth. q ſemel. & d. l. poſtq̃ liti. ſaluo niſi inſtãtia eẽt male inchoata, vt qa videret iudex abſolutoriã ſeq, qa bñ poſſet proponere aptè, vt de iud. examinata. ſed opus eẽt nouo libello, vt ibi. Si vult deſiſtere ab actione, & ꝑſiſtere in cã agẽdi, vt qa cã eſt talis nãæ, ꝙ ꝓducit diuerſas actiones, reſidet in pectore iudicãtis. Nã ſi egiſſet actione non infamãte, & velit addere infamãtẽ, nõ p̃t, ſm Bar. Et fuit dictũ Gul. de Cu. in d. l. edita. & Odof. ante eũ. Et đt Butrig. ſe practicaſſe hãc limitationẽ. Intelligit Spe. in ti. de libel. cõcep. §. nũc oſtẽdamus. ver. Vin. đt. & hoc ante lit. cõteſt. poſt lit. cõt. nõ admittereẽ, niſi cã eẽt apta, & actio inepta: qa tũc recidit in opi. de quibus ſ. dixi de iud. examinata. Si tenet, ꝙ poſſit ſeq cõdẽnatio poſt lit. cõte. ſup cã apta, ſi actio eſt inepta, ꝓcedit, qđ poterit, qa nõ dãnificat reus. Si tenes ꝯ, nõ poterit. Deciſio patet ex alijs, quæ ſcripſi ſ. đ iu. examinata. Si uult deſiſtere ab actione, & uult proſeq eandẽ inſtãtiã, nõ p̃t: ex quo actio eſt noua, opus eſt noua inſtãtia. Hæc oĩa ꝓcedũt, ſiue ſit appoſita clauſula, ſaluo iure addẽdi, vel minuẽdi: q̃ ponunt cõiter aduocati, quia illa modicum, aut nihil operaẽ, cũ fiat proteſtatio de

non dependentibus a poteſtate proteſtantis, ſed iuris, vt dicit Bart. in l. non ſolum. §. ex morte. ff. de noui. ope. nun. & dixi ſ. de conſti. cum M. & dicit Bar. in l. edita. & no. j. de fi. inſtru. inter dilectos. de quo p Hoſt. hic, & in Summa, §. & an libellus. verſi. & ſecundum hoc patet. Dicit tamen Spe. in tit. de li. concep. §. nūc oſtēdamus. ad fi. ꝙ hęc clauſula operatur, vbi plus petitur, ſaluo iure ſuperflui: quia excuſabitur a pœna de plus peti. Dicit etiam, ꝙ operabitur, vbi factum eſt dubium actori: quia conſeruabit poteſtatem addendi, & declarandi. Sed, vt ſ. dixi, hęc poſſet ſine libello detrahere, & declarare. De alijs generalibus proteſtationibus in libellis, vide in Spe. de libel. concep. §. ad huius. ver. item cōſueuerunt. Procedunt prædicta in inſtantia principali. Sed an in appellationis inſtantia poſſit addere ad libellum: Vin. dixit, ꝙ ſic, per l. fi. C. de app. & per l. hāc. Ad hoc de teſti. fraternitatis. Tene cū eo, nil extraneum peti poſſe in appellationis cauſa, ſicut nec poſſet in principali: qa nouus libellus, & iuramentum eſſet neceſſarium: & iudex ad quem, ſubrogatur ſolum reſpectu eius, quod eſt coram principali deductum: & quia immutationem, vel emendationem impedit lit. cōteſt. quæ durat in appellationis inſtātia, C. de ꝓcu. ita demum. de temp. app. l. fi. & iura, quę allegantur, loquūtur a parte rei. Hæc vera, quando actor vult addere: ſed ſi reus velit reconueniendo, an poſſit, dicam j. de mut. peti. c. j. Si tñ iudex in minus condemnat, quàm debuit, illud peti pōt in cā appellationis. de teſta. Raynutius. Item ſi male compenſauit, de or. cog. cum dilectus. Item, & incrementa pendente lite peti poſſunt, vt dixi ſ. in principali, per eadē iura: & generaliter quæ ſ. dixi poſſe fieri poſt litem conteſtatam: & hoc dummodo non deducatur omnino nouum, de teſti. fraternitatis. immutans ſubſtantiam actionis. Nunquid autem mutato libello, vel emendato, vbi poteſt, reus debeat habere nouas deliberatorias: deciditur per caſum de dila. literæ. & tangit hic gloſ. Sed ſi ex immutatione libelli in tantum contingit alteratio, quòd nō potuit circa additum ex antiquo deliberaſſe, debet habere nouas inducias, & damnabitur in expenſis, ſecundū gl. quem fatigat in tot deliberationibus ex variatione ſua, ff. de inter. act. l. de ætate. §. j. Si potuit deliberaſſe, non dantur nouæ inducię, ut j. titu. j. literæ. Inquantum gl. dicit mutantem libellum damnari in expenſis: hoc eſt verum, ſecundū Bart. qñ ex hoc damnificatur reus. Secus ſi non damnificatur, quia eſt, ſecundum eum, quando non cogitur aliter deliberare, vt qa ſolum adduntur confines: vel quia deliberauit in primo contendere, & nunc ſimiliter deliberat: nam per hoc damnificatus non eſt, niſi per hoc lis ſit effecta longior: tunc enim ꝓpter litem prorogatam damnificabitur. Secus ſi prius deliberaſſet contendere, nunc deliberat nō cōtendere, quia primas expenſas fecit inutiliter. Certe, & ſi primo deliberaſſet contendere, & nunc idem deliberaret, poſſibile ꝙ res exigat nouam expenſam in deliberando, ad has tenetur, quas fecit inutiles, ſcilicet ad primas, ſi deſiſtit: ſecus ſi & deliberatam rem proſeqtur. Et ſic intellige Barto. qui dicit, quod hæc condemnatio fieri dēt officio iudicis, C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. Huic cōcluſioni ſatis applaudet Spec. in ti. de libel. ob. §. nunc oſtendamus. verſicu. quid ſi declarat, vbi ponit hanc materiam. Idē Gul. de Cu. in d. l. edita. An autem, & quando accumulatio admittatur ad libellum, aliquid tetigit Inn. & Scribentes: Pe. in l. quod in hæredem. §. eligere. Cyn. in l. prima. C. de furtis. Bar. in l. edita. C. de eden. & in l. fundi. & l. fundus. ff. de excep. Dyn. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. 6. Materia eſt periculoſa, & plus legalis, quàm canonica: de ipſa debent tractare extraordinarij, & Scribentes ſuper Sexto in dicta regula. Dicendum eſt vt ſ. dixi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Libello in actione perſonali non tenetur reus reſpondere, ſi non exprimatur cauſa.*

2 *Libellans compellitur ad petitionem rei exprimere cauſam agendi in iudicio, ſed non actionem.*

3 *Libello quare ſit cauſa exprimenda.*

4 *Libellus ut procedat, qualis debeat eſſe cauſa.*

5 *Actiones plures nunquid poſſint eodem libello accumulari.*

6 *Exceptiones litis non finitæ non poſſunt ad proceſſum opponi.*

7 *Libellus an ex eius narratis concludat ius agendi, uel excipiendi.*

## C A P. III.

1 Dilecti filij. ¶ † Summatum eſt in princi. & diuiditur, vt proxima. Secunda ibi, ideo quia, &c. ¶ Nota primo argu. prælatum non agere ſine conuentu, nec econuerſo: ſed dic, vt de reicr. edoceri. Nota practicam opponendi cōtra libellum, qa exceptio concedere debet ad proceſſum, ut iudex non procedat ſuper libello non recte cōcepto, vt dēt: & ꝙ iudices ad vlteriora procedendo nō admiſſa exceptione illam reijcere vi-
2 dentur. Et nota, ꝙ ab interlocutoria appellatur. † Nota libellātem compelli ad petitionem rei exprimere cauſam agendi in iudicio: non compellitur ergo exprimere actionem. Et eſt ar-
3 gu. ꝙ reo non petente procedat libellus ſine cauſa. † Quæro primo, quare cauſa in libello ſit exprimenda: Dic, vt reus deliberet, & inſtruatur in defenſione, quam cognoſcere non poſſet aliter, niſi in publicatione teſtium. Item quia & ſi libellus procederet ſine cauſa, eadem ratione poſitio, probatio, & teſtimonium, quod eſt abſurdū: & ſic ſubuertuntur multa iura, quod non eſt ſentiendū. Secundo per hanc decreta. inſtruunt Doc. ſcilicet Pe. opponentem contra libellum, ꝙ non petat declarari libellum, ſed opponat per ipſum procedēdum non eſſe, quia obſcurus eſt libellus: & hoc, ne inſtruat aduerſarium. Nec debet tunc dicere iudex libellū declarari debere, ex quo reus non dicit, ſed expreſſe dicere reū non teneri reſpondere. De quo in Spe. de libel. concep. §. fi. ver. caueas. Dicunt tamen quidam, quòd quando in libello perſonali non eſt cauſa, ſtatim debet reus lit. conteſtari, quia nō poterit poſtea mutare, ut no. ſ. c. prox. & ſic reus abſoluetur. Sed hoc nō placet, qa in proceſſu poterit cauſam declarare, & probare, C. de an. excep. l. vlt. Nā, vt dixi, declaratoria emēdatio ſemper admittit, qa & cōcernit fauorē rei. Puto tñ, ꝙ ſi vult appellationem iuſtificare, oportet ꝙ cauſam obſcuritatis declaret in appellatione, de app. cordi. li. 6. Hæc procedunt ſm Cald. ut poſtea poſſint declarare cauſam, qñ nulla ē expreſſa, vel qñ alia adeſt obſcuritas: ubi autem eſt expreſſa certa cauſa, qa nullam aliam pōt addere: ſi illa eſt inepta, procedit cautela, de qua primi dicūt de re iu. abbate. li. 6. quem intelligo ſecundum id, qđ dixi ſ.
4 ¶ † Quæro, qualis debeat eſſe cā in libello, vt procedat libellas, an ſufficiat ꝙ cōcludat ius agēdi ex narratis, & cōcluſis de iure cōi, q̄q̄ non excludat ius excipiendi, & non cōcludat ius agendi omni iure ſpeciali ex antecedenti cōſiderato: qa hoc reſeruat ad merita in replicationibus ad ſuſtinendā actionē, vt j. de excep. a nobis. Sufficit ergo dicere, Peto ro. qa mutuaui. Nec expedit, ꝙ addat, De quo mihi nō eſt ſolutū nec ꝑſcriptū, & ꝙ nullū feci pactū de non petēdo. Idē no. j. de acc. ſuper his. Si tñ hoc dicatur, per hoc nō uitiatur libellus, de reli. do. ꝯſtitutus. Inn. alibi latiſſimè hoc proſequit, ſcilicet de re iud. cū Bertoldus. in uerbo, memorato. Dic, ſi actor ponēdo ius ſuū in libello nō excludit ius excipiēdi rei, ſine dubio ꝓcedit libellus, ut đt Inn. hic. Si actor cōcludat ius agēdi, & cū hoc addat aliud, p qđ ſimpliciter excludat ius rei, ſi ius rei excluſum nō coadiuuat in aliquo ius agēdi, nō admittit hic libellus, inquātum excludit ius rei nō coadiuuās ius agēdi, niſi oſtēdat ī quo coadiuuet. Si in aliquo coadiuuat ius agēdi, tūc ſi ſimpliciter negat ius agēdi, admittit libellus: & tūc ſi cōſtat de nō iure aduerſarij, & nō cōſtat de iure agētis, planū, ꝙ nō prodeſt agēti, de reſcrip. olim. Sed an obſit reo, dic vt ibi no. Inn. & tāgit Cōpo. de reſc. c. capitulū. & in d. c. cū Bertoldus. Si actor ponēs factū, ex quo fundat ius agēdi, ponat aliqd ex parte rei, qđ inualidū dicit, quo exiſtēte valido excluderet ius agēdi: tūc libellus nō procedit, niſi adijciat cām inualiditatis. Nā ſi dicat, Dico, ꝙ mutuaui, & mihi es obligatus, nō obſtāte pacto de nō petēdo, qđ feci: libellus nō ē admittēdus, niſi petēte reo declaretur cā inualiditatis pacti: vt qa erā minor, cum feci, vel ſimilia. Item vt dicit hic Inn. ſufficit libellū concludere ius agēdi, inſpecto iure cōi, licèt aliquo accidēti, & ſingulari iure extrinſecus cōſiderato nō cōpeteret: quia illud reſeruādū eſt ad merita, etiā ſi aliquid de iure ſingulari exigit ſecundū naturā materiæ, in qua formaī libell9. Sufficit ergo, ſi dicat, Dico ꝙ mutuaui ꝑlato eccleſiæ tātū: nec ē neceſſe ꝙ ſubmittat, Dico, ꝙ hoc ē verſum in vtilitatē ecclæ, de depoſi. c. j. & in aut. hoc ius. x. q. ij. Idē Bar. in l. j. ff. de eden. C. de prob. exēplo. Nec eſt neceſſe, ꝙ exprimat ꝙ mutuauit de cōſenſu canonicorū: quia eo ꝙ đt, mutuaui, intelligit legitime. No. bñ, qa verba libelli efficaciter intelligunt. Per hoc patet, ꝙ ſi libellans ponat aliqua in libello, per q̄ notorie cōcludat, & patēter defectus iuris agēdi, niſi aliquo iure ſpeciali tēperet, & iuuet libellū, illud in libello deducendo, non procedit libellus. Ad hoc optime de reſt. ſpo. ad decimas. li. 6. & qđ no. de offi. vica. c. fi. per Inn. & ſ. de iu. examinata. in addi. Nō procedit ergo libellus, in quo fateī exēptā eccleſiā, petēdo aliquā ſpeciē iuris epiſcopalis, niſi exprimat qđ prę ſcripſit, de ꝑſcri. auditis, vel ꝙ illud in exemptione ſit exceptū, de reli. do. cum venerabilis. & c. cōſtitutus. vel aliud ſimile. Ex his infertur, quòd ſi ex narratis in libello cōcluditur ius agendi competere de iure communi, ſi ad excludendum libellum reus opponat aliquid, & ꝙ concludatur ius agendi nō cōpetere, ēt ſi incōtinēti ſe offerat probaturum, nō admitteī hæc exceptio ad repellendū libellum, vt ſi opponat cōtra libellū, in quo petitur ius epiſcopale, exēptionē, & incōtinēti ſe paratū offerat illam probare: nam probatio exēptionis differī in principali, nec impeditur libellus, vel lit. cōt. de foro comp. ex parte B. de lit. conte. c. primo, lib. 6. Quod tempera verum, niſi

malitia

malitia actoris eſſet notoria,& defectus iuris, cui non eſſet in-
5 dulgendum, j.qui ma.accu.non.poſ.ſignificante.cũ ſim.†Nũ
quid autem plures actiones poſſint in libello accumulari : re-
6 mittit Hoſtien.ad no.per ſe s̃.de elect.querelam.† Nota bonũ
dictum,quòd dicitur,exceptiones litis non finitæ nõ poſſe op-
poni ad proceſſum:eſt verum,niſi ſint notoriȩ. Idem no. Arc.
de elec.vt circa.lib.6.& hoc, quia tales vitiant libellum. Idem
dicit Spec.in titu.de excep.§.dicto.ver.vt autem.Plus dicit idẽ,
etiam ſi de eis conſtet per inſtrumentum, éo.§.verſicu.ſed an
reus.de quo dixi de reſcript.ſuper literis.& de excep. exceptio
nem.& c.paſtoralis.Principale dictum pendet ex hoc,an exce
ptio concludat defectum iuris agendi funditus:quo caſu hæc
eſſet exceptio litis finitæ,quæ dato quòd forte non poſſet op-
poni contra libellum,qui in ſe nihil cõtinet iniquum, ex quo
non eſt notorium,vel non patet ex ſerie libelli,procedit libel-
lus:ſicut dicimus in ſententia iniuſta: tamen poterit opponi
7 ad proceſſum.†Conclude ergo ad præmiſſa, Quandoque ex
narratis in libello concluditur ius agendi de iure communi ,
quandoque in narratis in libello concluditur ius non agẽdi,
vel concludit ius excipiendi : quandoq; ex narratis in libello
concluditur ius agendi, & excluditur ius excipiendi. Si ex nar-
ratis in libello concluditur ius agendi de iure communi : &
procedat libellus, licèt in aliquo iure ſpeciali intrinſecus ali-
quo conſiderato non procederet,vt dicit hic Inn. & ſecũdum
naturam ſubiectæ materiæ. Simile, quod dicimus de citatio-
ne:quia ſufficit,quòd concludat quem ſubiectum communi
ter,licèt aliquo caſu non ſit ſubiectus:& ſufficit,quòd non cõ
cludat communiter,vt non arctet citatum, licèt aliquo caſu
concludere poſſet ſingulari:quia talia nõ attenduntur. Facit
qđ no.in c.præterea.de dila. Ad hoc l. ſuus. de hæred.inſt.Ad
hoc quod not.de officio dele.prudentiam. Ad hoc quod not.
de cohabi.cle.veſtra.quia ſufficit ſecundum regularẽ curſum
notorium eſſe,licèt aliquo accidenti poſſit excuſari. Adeo ꝓ-
cedunt prædicta,quòd contra libellum non admitteretur ex-
cipiens,paratus etiam incontinenti probare : ſed bene habẽs
notoriam exceptionem. Quod puto, etiam ſi eſſent actiones
litis finitæ, vel concludentes funditus ius agendi non compe-
tere,quæ dicuntur litis finitæ,vt no.ff.de re iudi. l.cum quære-
batur. & l.fi.ff.rem ra.ha.licèt illæ poſſent opponi ad proceſ-
ſum,ſi eſſent litis finitæ,& incontinenti probatio offertur:vel
non finitæ,& eſſent notoriæ,vel iam probatæ, vel de eis con-
ſtaret per inſtrumentum, vt eſt dictum.Si ex narratis in libel-
lo concluditur ius non agendi, vel ſimul concluditur ius exci
piendi,niſi aliter temperetur libellus,non procedit, quia hẽt
notorium defectum, & quia de exceptione conſtat notoriè,
cum ponens in libello illam fateri videatur.C. de lib. cauſa.l.
iubemus.Hæc tamen qualiter intelligatur,uide gl.in l. qui fa-
miliæ.ff.fa.erciſ.& vide Bart.de dona.ex hac ſcriptura.cum ul
tima gl.quia confeſſio præiudicat:poteſt tamen illam reuoca
re ante litis conteſtationem. Si autem in libello concluditur
ius agendi,& concluditur ius excipiendi:tunc ſi negatiuè tan
tum,libellus procedit:ſi ponitur exceptio in facto,& negatur,
vel eliditur,non procedit libellus,niſi cauſa eliſionis oſtenda
tur,vt no.ibi.Vide aliqua de prædictis in Spe.de libel.concep.
§.iuxta propoſitionis.ad finem.

## De mutuis petitionibus. Rubr.

¶Quia plerunque ab vtraque parte petuntur libelli, & fiunt hincinde mutuæ petitiones,ideo &c.De materia,3.queſt.8.cuius in agendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Delegatus quandoque eſt iudex competens in materia reconuentionis.*
2 *Libellus quandoque ſufficienter concludit per generalem clauſulam.*
3 *Reconuentionis priuilegia duo,hic vide,quomodo ſuper ea procedi debeat. nume.4.*
5 *Reſponſio facta voluntarie libello abſque citatione valet.*
6 *Iudex quomodo debet laborare,ne partes ſe expenſis, & ſumptibus vanis viciſſim inquietent.23.& 25.*
7 *Lites decidunt ſententia,& compoſitio.*
8 *Delegatus poteſt authorari concordiȩ,quæ fit coram eo.*
9 *Viciſſim dicitur id fieri,quod fit eodem tempore,licèt non concurrat in temporis momento.*
10 *Iuriſdictio etiam delegati quomodo extenditur ad alias perſonas.*
11 *Iuriſdictionis prorogatio a quo principio ſurgat ex reconuentione.*
12 *Reconuentio in quibus cauſis habeat locum.*
13 *Reconuentio an procedat,quando agitur pro rebus male alienatis.*
14 *Reconuentio facta coram delegato quomodo ſe extendat ad lites,quæ habuerunt ortum poſt datam reſcripti.*
15 *Reconuentio coram quibus habeat indiſtincte locum.nu.ſeq.*
16 *Reconuentio in quibus cauſis non habeat locum.*
17 *Reconuentio quando fieri debeat,vt habeat locum.*
18 *In reconuentione quando procedatur.*
19 *Sententia in materia reconuentionis quomodo ſit formanda.22.*
20 *Exceptio ſuperueniens poſt concluſionem in cauſa quomodo poſſit opponi.*
21 *Reconuentioni ſi actor reſpondere recuſet,debet ei audientia denegari.*
24 *Iudex in quibus cauſis non debeat laborare ad partium concordiam.*
25 *Iudex quando poſſit partes ad concordiam compellere.*

### CAP. I.

1 EX literis. ¶†Reus recõuenire poteſt acto
rem etiam coram iudice delega
to:qui ſimul audiet, & finiet cauſam utranq;.
h.d.Ponit mandatum, quod primo iuſtificat :
ibi,mandamus.Nota,ꝙ aliquando agunt in iu
dicio prælatus,& conuẽtus ſimul, & æque prin
2 cipaliter:de quo de reſcrip.edoceri. † Nota argu.pro generali
concluſione libelli,Peto mihi iuſtitiam exhiberi:uide j.de or-
3 di.cog.cum dilectus.†Nota duo priuilegia recõuentionis.Pri
mum iuriſdictionis prorogatiuum. Secũdum, ut ſimul ſuper
vtroque procedatur.Et no.ordinem procedendi in cauſa con
uentionis,& reconuentionis:quia ſigillatim particulares act⁹
expediuntur.Primo,acta ſigillatim actoris.Secundo,rei recõ-
4 uenientis.†Not.ꝙ vt procedat recõuentio, debet fieri incõti-
5 nenti,id eſt in actu lit.conteſt.vel ſtatim poſt.¶†No. ꝙ moni-
tio in præſentem ſufficit pro citatione.Ad hoc de off.dele.cõ-
ſuluit.C.quomodo,& quando iu.l.2.Secundum hoc videtur,
quòd & in præſentem,vt teneat reſponſio ad libellum, exiga
tur monitio.Sed dic;quòd ideo hic exigitur,quia nolebat pro
pria uoluntate reſpondere.Et eſt argu.quòd actor in cauſa re
conuentionis non debet habere deliberatorias, ex quo arctãt
incontinenti reſpondere.Sed dici poteſt, quòd hic deliberato
riȩ non excluduntur,cum potuerit quo ad hoc venire indeli-
beratus.Et intelligitur hic incontinenti,id eſt, nullo alio actu
ſeparato interpoſito.Notant hic Doct. quòd ad conuentionẽ
ſuper vna re poteſt ſequi reconuentio ſuper pluribus. Sed nõ
placet hoc,quia & hic poterat eſſe conuentio ſuper pluribus,
maxime cum loquatur quo ad cõuentionẽ in plurali: & quia
6 indiſtincte loquitur,iuſtitiam exhiberi. † Nota iudicem ante
omnia debere laborare ad concordiam, & ꝙ ad ipſam recur-
7 rere poteſt cũ bona cõſcientia.†Et no.duo remedia litis deci-
ſoria, ſententiam,& compoſitionem:& eſt hic finis fori,ut cõ
8 cordia ſit inter partes,& exulent lites,s̃.in cõſti.Gre.†Et no.de
legatũ authorari cõcordiæ,quæ fit corã eo.De quo de iud.c.j.
lib.6.Nunquid illam exequatur,uide de off.dele.ſi qñ. per In;
9 no.†No.ꝙ id dicitur viciſſim fieri, quod fit in eodem tempo-
10 re,licèt non concurrant in temporis momento.†Not.caſum,
in quo iuriſdictio extendĩt ad alias perſonas, etiam delegata,
quando prorogatio ſurgit authoritate iuris. Venio ad mãm
recõuẽtionis,& nõ proſequar per modum cõmenti,ſed ordi-
ne gloſſarum. ¶ Opp. primo,ꝙ poteſtas arbitri nõ extẽdat̃ ex
reconuentione,vt patet s̃.de arb.cum dilectus.So.Arbitri po-
teſtas non extendit,quæ menſuratur ad ſola partium verba :
ſed delegati ſic,vt hic.Et eſt cã,quia iuriſdictio datur via iuris,
ideo ſurgunt prouiſiones iuris circa eam.Poteſtas ab homine
dat̃ arbitrio,ideo nõ prouidet ius:Ad hoc l.in conuentionali-
bus.& l.quoties.de ver.ob.& facit,quod no. in fi. de re iud. c.
11 fin.¶†Secũdo quæro,a quo principio ſurgat prorogatio ex re
conuentione:Dic,ſi attẽditur cauſa immediata,principiũ ſur
git a iure:nam & in inuitũ datur,& extẽditur, vt hic. Si atten-
ditur primarium principium, poteſt dici ꝙ ſurgat a principio
voluntario,& tacito cõſenſu agentis,quia uoluntarie adit iu-
dicem:& ſi vult pro ſe, velle debet & ꝯ ſe,ut dicit l.cu Papi.C.
de Senat.Ratio hæc eſſet uera,ubi quis hẽret plures iudices,&
alterũ eligeret:vel etiã ubi eligeret delegatũ, quia tunc princi
pium omnino voluntariũ eſt.Sed vbi adit iudicem vnicũ rei ,
quem neceſſe habet adire,iam principiũ non eſt voluntariũ,
qa ex neceſſitate illum adit,ſaltim cauſatiue,ꝙ velit ſuum cõ
ſequi:quia actor neceſſitatur forum rei inſequi,vt ſupra de fo
ro competẽti.ſi clericus. & c.cum ſit.Dico ergo,ꝙ prorogatio
ſurgit a iure:cauſat̃ tamen aliquali ȩquitate naturali,quæ tra
hit principiũ non ab eo,quod uult actor,ſed qđ uelle debet,&
potentialiter velle poteſt : & ſic a quodã principio uoluntatis
fictæ:quia uelle poteſt, & uelle debet, cum cauſæ vnius corã
uno inter eoſdem melius, quam coram diuerſis tractabunt̃,
ne contingat tractus ad diuerſos iudices, & ad vitandos ſum-
ptus,& labores,dedignari non debet iudicẽ cõtra ſe,corã quo
& litigat pro ſe:licèt & illum adeat,quia alium non põt.Iſtud
ca. habet materiam non proſequendam ſecundũ gloſſarum
ordinem.Primo uidendũ, a quo principio ſurgat prorogatio
iuriſdictionis ex recõuẽtione:& hoc eſt dictum. Secundò, in
quibus cauſis habeat locum recõuẽtio,& in quibus non. Ter
tiò,coram quibus habeat locum recõuentio.Quartò, qñ de-
beat fieri reconuentio.Quintò,qñ in recõuentione proceda-
12 tur.¶† Ad primũ,in quibus cauſis habeat locũ recõuẽtio,po-

teſt dici, quòd regulariter in omnibus: quia tex. in materia lo
quentes, indiſtincte loqui videntur. In aliquibus tamẽ eſt cer-
tum, quòd locum habet, & in aliquibus dubitatur. ¶ Primo
eſt dubitatio, an procedat in cauſa criminali. Gl. quòd non, 3.
q. 8. cuius in agendo. de iud. at ſi clerici. de foro compe. nullus.
& hoc, quia non relatione criminum, ſed innocẽtia reus pur-
gatur, ff. de pu. iud. l. is, qui reus. Gl. iuris ciuilis dicit reconuen
tionem procedere in criminali, in authẽ. & conſequenter. C.
quom. & quan. iu. in verbo, eundem iudicem. Bar. in aut. & cõ
ſequenter. dicit, ꝙ ſi reconuẽtio fiat corã iudice vtriuſque cau
ſæ, procedit materia l. is qui reus. de pu. iudi. Si fiat coram iu-
dice alias non rèconuenientis, & ſic tangitur effectus proroga
tiuus iuriſdictionis, nõ poteſt fieri recõuentio quo ad hunc ef
fectum, quia accuſans voluntarie nõ eligit iudicẽ, ſed impul-
ſus ab iniuria illata. Et ſic ceſſat ratio l. cũ Papi. alle. l. 2. §. ſed ſi
agant. ff. de iud. & quia non eſt cõueniẽs, vt malignitas aduer-
ſarij mei cogat me, vt recõueniar corã iudice aliàs non meo.
Ad qđ facit, qđ no. de iud qualiter. Dic, ꝙ qñq; accumulat̃ cri
minalis cũ criminali, qñq; ciuilis cũ criminali. Si criminalis
cũ criminali, ſi corã iudice vtriuſque, ꝓcedit reconuentio, niſi
cõpaſſibilitas cauſarũ aliud inducat: quę qñ incõpaſſibiles di
cant, colligitur C. qui acc. nõ poſ. l. negãda. & l. is qui reus. de
pu. iudi. Si corã iudice aliàs nõ reconuẽti, ſi datur incõpaſſibi-
litas cauſarũ, planum ꝙ non procedit. Sed ſi aliàs cauſæ ſunt
cõpaſſibiles, vel nihil opponitur de incõpaſſibilitate, videtis
quid tenet Bar. ꝙ non procedat. Idẽ hic Inn. Sed ratio Bart. nõ
eſt generalis, & ideo non procederet in accuſante pro publi-
co intereſſe. Tenui aliàs, ꝙ vbi venit ratione publici intereſſe,
procedit recõuẽtio: quod puto, vbi vterq; veniat ratione pu-
blici intereſſe, & conuentus, & reconuentus: ſecus ſi vnus ue-
niat ratione priuati, alter publici, quia tunc non procedit: &
quia non eodẽ reſpectu conuenitur, quo agit: agit enim ratio
ne publici intereſſe, & reconuenitur ratione priuati, arg. c. fre-
quens. de reſti. ſpo. lib. 6. & quod not. de ordi. cog. cum dile-
ctus. Quę puto, etiam ſi reconuentio fiat coram iudice dele-
gato impetrato a reconuento: quia ſtat ratio, licèt Bar. ſentiat
contra in delegato, in dicta auth. & conſequẽter. ¶ Secundo
caſu, quando ciuilis accumulat̃ cũ criminali. Hic proſequor
tres caſus, Primus, quando ciuilis accumulatur pendente cri
minali. Secundus, quando criminalis accumulatur ad ciuilẽ.
Tertius, quando ciuilis ex crimine accumulatur ad aliam ci-
uilẽ, vel criminalẽ. Primo caſu Inn. dicit, ꝙ ſi fit accumulatio
de eadem re, non poteſt propter incõpaſſibilitatẽ cauſarum,
l. ſi quis a ſe fundũ. C. ad leg. Iul. de vi pub. Ad hoc l. 2. C. de or-
di. iud. Idem dicit Inn. ſi cauſæ quoquo modo ſe contingant,
ita ꝙ vna ad alterã ſit præiudicialis, C. de ordi. iud. l. fi. l. j. C. qui
acc. non poſ. Si ſuper diuerſis rebus, & ex diuerſo facto, dicit
quòd non procedit reconuentio propter incompaſſibilitatẽ
cauſarum: & quià prima vt maior, facit ſilere ſecundam, C. de
ordi. iud. l. fi. & ſentit Bar. in l. prima. & hoc ſatis placet. Quod
credo, inquantum opponeret exceptionem maioritatis, vel in
quantum exceptio ad repellendam reconuentionem illi poſ-
ſet proportionari. Secundus caſus, quando pendente ciuili
accumulatur criminalis: dic in recõuẽtione, quæ fit de procu
ratore, habet̃ in l. vel in operis. & in l. omniũ. ff. de proc. In alia
Bar. dicit, ꝙ ſi ciuilis eſt deſcendens ex crimine rei recõuenien
tis, nõ procedat recõuentio, quia tunc agit inuitus actor: vñ
reconueniri nõ põt, per l. 2. §. ſed ſi agant. ff. de iud. Si ciuilis eſt
deſcendẽs ex cotractu, vel facto actoris, non ex facto rei recon-
ueniẽtis in criminali, dicit quòd ſi iudex aliàs non poteſt co-
gnoſcere de cauſa criminali, ꝙ non procedet reconuentio, q̃a
priuilegium reconuentionis non prorogat ad cauſas diuerſas
omnino altioris gradus, ut j̃. dicam: & q̃a hoc nõ poſſet vtroq;
volente, vt l. non diſtinguemus. §. Iul. ff. de arbi. Et hoc ẽt tenet
Butr. quia hic non cadit recõuẽtio, nec prorogatio, quia nõ eſ
ſet prorogatio, ſed in nouã ſpeciem translatio, l. Labeo. §. j. ff.
de arbi. & l. ſed & ſi manente, ff. de preca. Si iudex habet cogni
tionẽ aliàs criminalis, tunc ſi recõuentus vult vti priuilegio l.
fi. C. de or. iud. faciendo ſilere ciuilẽ, nõ procederet reconuen-
tio, cũ nòn poſſit ſuper vtraq; procedi, ſecundũ opi. ꝙ priuile-
gia ſint inſeparabilia: & quia nimiũ præiudicaret actori, qui
præoccupauit, & cuius eſt priuilegium, qui prior agit, prior
appellat. Ad hoc, quia ceſſat ratio l. cum Papin. Ex quo enim
nõ habet illũ iudicẽ pro ſe, q̃a repellitur, nec habebit cõtra ſe.
Et primo caſu putat, ꝙ reus reconuẽtus non impedit̃ iuſtitiã
proſequi corã alio iudice cõpetẽti accuſando, quia ceſſat im-
pedimentum auth. & cõſequenter. cũ illa impediat demum,
quando cauſę poſſunt corã eodem iudice tractari. Ad hoc, qđ
no. Inn. de reſcrip. paſtoralis. §. primo. Hæc procederent, quan
do ciuilis, & criminalis accumularentur ſuper eodẽ facto: q̃a
ſic loquitur l. fi. de ord. iud. Sed ſi ex diuerſo delicto, procede-
ret reconuentio. Ad hoc gl. in l. vel in operis. & l. omnium. ff.
de proc. Si autem accuſans non vult vti priuilegio, ut ſuperſe
deatur ciuili tãquã minori: dic, ꝙ procedit recõuentio in cri-
minali, ſicut prorogatio, l. prima. C. de iur. omn. iud. & dixi de
foro cõpe. ſi diligenti. Hæc vera inquantum illam criminalẽ
accumulat ante litem conte. ſed ſi illam accumulat poſt lit.
conteſt. dicit Innoc. quòd indiſtinctè procedit reconuentio, te
nẽdo ꝙ accumulauerit ſtatim poſt: quia tunc ex quo lis eſt cõ
teſtata, perdit priuilegium excluſionis ciuilis rõe maioritatis,
cum opponere debuerit ante lit. cõte. ex quo ſapit naturã dila
toriæ. ¶ Tertio caſu, quando ciuilis ex crimine accumulat̃ cũ
alia mere, tũc ſi ciuilis mera procedat, procedit recõuẽtio, q̃a
nihil impedit. Si ciuilis ex crimine ꝓcedit, & accumulat̃ me-
ra ciuilis, nõ admittitur, qñ ſurgit ex delicto cõuenti reconue
nientis, quia agit inuitus, vt dixi de iud. qualiter. Si non ſurgat
ex delicto recõueniẽtis, bñ põt procedere recõuẽtio, ſ̃m Bart.
in dicta auth. & cõſequenter. & hoc de primo. Secundo eſt du
bium, an reus poſſit recõuenire de cã altioris gradus, & ſic an
ampliet iuriſdictionem deficientem nõ ratione perſonæ, ſed
natura cauſæ. Inn. dicit hic, ꝙ non, reſtringens materiam pro-
rogationis ex reconuentione demum, vbi dat̃ defectus iuriſdi
ctionis reſpectu perſonæ, & nõ reſpectu eccleſię. Et ſunt verba
Acc. in l. non diſtinguemus. §. item ſi quis Romæ. ff. de arb. vbi
concludit, ꝙ ubi iuriſdictio nõ eſt ꝓrogabilis, nõ procedit re-
conuentio: Vñ ſi coram laico agitur, & recõuentio fiat in ſpi-
ritualibus, nõ procedit recõuentio: ſi ſub inferiori fit iudice,
recõuentio deliberate non ꝓcedit. Alle. s̃. de iud. quanto. j̃. de
or. co. tuam. qui fi. ſint le. lator. C. de or. iud. l. prima. Si fit recõ
uentio coram iudice ciuilium cauſarũ de criminali, nõ proce
dit, vt dixi s̃. Contra no. Accur. in auth. & conſequenter. in gl.
2. qui tenet, ꝙ recõuentio procedat in cauſa, de qua aliàs co-
gnoſcere nõ poterat rõne incidentiæ, arg. l. quoties. C. de iud.
& de hoc caſus vr̃ in l. ſi idẽ cũ eodẽ. poſt princ. ff. de iur. omn.
iud. ubi ex recõuentione ampliatur iuriſdictio ad maiorem
quantitatem. Gul. tenet primũ in Spe. de recõuẽ. §. j. poſt prin.
& §. 2. uer. & credo. Ad l. quoties. reſpondet, quia rõne incidẽ-
tiæ põt, quia nõ pronuntiat ſuper illa, ut l. prima. C. de ord. iu.
ſed in recõuẽtione neceſſe hẽt pronũtiare. De quo de ord. co.
capit. primo. Non obſt. l. ſi idem cum eodẽ. quia habet diuer-
ſas literas, & diuerſos intellectus. Itẽ ſecundũ lr̃am, & intelle-
ctũ, ſ̃m quẽ obſtat, dic qđ ampliat̃ iuriſdictio in quãtitate, nõ
alteratur ad diuerſam qualitatẽ cauſæ, ut in exemplis ſupra
poſitis. Bar. in aut. & cõſequenter. cõcludit, ſi iuriſdictio defi-
cit ſolum rõne perſonæ recõuentæ, ampliat̃ abſq; dubio: ſi de
ficit rõne cauſę, ſi iudicis iuriſdictio prorogabilis eſt partiũ vo
luntate, ampliat̃, ut l. ſi idẽ. q̃a ſic cõſentire pñt. Si non eſt pro
rogabilis partium voluntate, ſicut eſt cã libertatis ad minores
iudices, l. non diſtinguemus. §. ſi de liberali. ff. de arb. & adhuc
non procedit recõuentio, q̃a ceſſat rõ l. cũ Papi. q̃a ſola perſo-
na non habet dedignari, ſed cauſæ natura: quia hic ceſſat rõ
prorogationis: q̃a deficit poſſe, & cõſequẽter debere. Itẽ q̃a cã
liberalis eſt ad alias p̃iudiciales, deficit proceſſus ſimultaneus,
cũ talia inſeparabilia videantur: de quo dicetur j̃. Hãc opi. ha-
buit a Butr. qui idem tenet, potiſſime q̃a recõuẽtio ꝓrogat, &
extẽdit, nõ trãſmutat ad ſpẽm diuerſę cãæ: q̃a nõ ẽ hoc ꝓroga
re, ſed transferre, ff. de p̃ca. l. ſed & ſi manẽte. ff. de arb. l. Labeo.
§. primo. Itẽ ẽt tenuit Gul. de Cu. eadẽ rõne: per quę dicũt co-
ram iudice ciuilis cauſæ nõ extendi iuriſdictionẽ ad crimina
lẽ in cã recõuẽtionis. Dic ergo, qñq; ex recõuẽtione agitur ex-
tendi iuriſdictio per recõuentionẽ ex ſolo exercitio, impedita
rõne priuilegij: & hoc olim, & hodie ꝓcedat, l. 2. §. ſed ſi agãt.
de iud. vbi habẽs priuilegiũ reuocãdi domũ, ſi agat in Roma,
ibi põt, non obſtante priuilegio, recõueniri. Ad hoc gl. in c. fi.
s̃. ti. 2. Quãdo agit̃ iuriſdictio extẽdi in habitu, & tũc ſi iuriſdi-
ctio deficiat quãtitate, & olim, & hodie ꝓrogabilis eſt ex recõ-
uẽtione. Si agit̃ de extẽdẽda iuriſdictione reſpectu ſolius per-
ſonæ, tũc ſi quo ad perſonã iuriſdictio eſt partiũ cõſenſu ꝓro-
gabilis, extẽdit̃ iuriſdictio, vt in his iuribus. Si eſt improrogabi
lis, ſi hoc cõtingit ex priuilegio perſonæ, non ꝓcedit reconuẽ-
tio, ſ̃m aliquos: de quo dicã j̃. ut in clerico corã iudice ſecula-
ri reconuẽto. Si eſt improrogabilis ſolo defectu iuriſdictionis,
vt q̃a ſtricti iuris ẽ, nihilominus extẽdit̃, ut in iuriſdictione de-
legata improrogabili de perſona ad perſonã, de off. deleg. P. &
G. & hic, q̃a hæc eſt ꝓrogatio iuris. Qñq; agit̃ iuriſdictio extẽ-
di ad diuerſam cãm non ſuppoſitã p̃tãti iudicis ex nã̃ cauſæ,
& poteſt dici ꝙ procedat doctrina Bar. an ſit prorogabilis, an
nõ: vel ſi ius poteſt dicere, ꝙ ſi dat̃ ſolus exceſſus in quãtitate,
ꝓcedit recõuẽtio. Si in ſola qualitate, idẽ: vt in laico recõuen
to corã clerico: ſed ibi prorogatio ꝓprie ẽ ſolius exercitij. Si in
quãtitate, & qualitate, nõ: ut in crĩali, & libertatis q̃one dixi s̃.
Ex his tertia deciditur dubitatio, an procedat recõuẽtio cleri-
ci corã ſeculari. Hoc latius examinaui s̃. de iud. at ſi clerici. Ho
ſtiẽ. hic tenet in ciuili ꝓcedere recõuẽtionẽ: in crĩali, ſi agit̃ ad
degradationẽ, nõ ꝓcedit, q̃a illã iudex laic⁹ examinare nõ p̃t:
imo nec clericus electus cõfirmat⁹, ſ̃m quoſdã, de ele. trãſmiſ-
ſam. Et ſic p̃t intelligi de iud. at ſi clerici. & c. cũ nõ ab hoĩe. &
c. clerici. Si đ crimine agit̃ crĩaliter, & agit̃ ad pęnã corporalẽ:

uel cri-

ceptionẽ teſtium lite non ꝯteſtata. C. qũo, & qñ iu. in auth. at
qui ſemel. So. an procedat̃ ad ſñiam lite non ꝯteſtata ꝑpter
multitudinẽ caſuum, q reperiunt̃. Aliqui fuerunt in opi. ꝙ ad
ſñiam diffinitiuam poſſet procedi lite non cõteſtata, vt Mar.
Ioan. fuit in opi. ꝯria, vt fuit no. ſ. c. j. Et hæc opinio approbat̃
hic. Sit ergo rł̃a, ꝙ ad diffinitiuam, vel receptionẽ teſtiũ rł̃r
non proceditur lite non cõteſtata. Ponit gl. hic multos caſus:
lege eam per te, quia clara eſt. Inquantum excipit cãm matri
monij, & electionis, hoc hodie intellige vt in cle. diſpendio
ſam. de iudic. Inquantum excipitur caſus de abſentia actoris,
But. aſſignabat cãm, quia ad diffinitiuam proceditur, eo quia
non eſt prouiſum de remedio miſſionis: quia reus nihil petit
ab actore, ſed tantum ſe abſolui a iudice, vt dicit But. in d. au
thẽ. & in auth. at q ſemel. C. qũo & qñ iudex. Sed dic de hoc vt
dixi ſ. eo. tuę. & alias rõnes videbis in c. cum cãm. j. de dolo. In
quantum excipit repetentem vſuras, ponderat ergo glo. quia
excluditur iur̃o. Vnde quia tunc iudex ſupplet ex officio, non
exigitur litis conteſtatio, quia cã non agitatur cũ parte. Idem
dicunt quidam, vbicunque aliquis iurat aliquid tale illicitũ,
puta non repetere rem raptam ab eccleſia: cum enim ſit ea
dem ratio, ergo &c. de ꝯſti. tranſlato. ff. ad legem Aquil. illud.
Inquantum excipit caſum c. interpoſita. illud procedit, quan
do appellatur ab interlocutoria, ĩ cuius cognitione; ſicut nec
probatione, non exigitur litis conteſtatio. Et idem eſt, quãdo
appellatur a diffinitiua, C. de temp. appel. l. fin. quod dic, vt di
cam plene de app. per tuas. Reducendo iſtos caſus ad aliquas
regulas. Prima ſit hæc, ꝙ vbi non dirigitur ius agendi contra
tertiam perſonam, ſed ſolum iudici concluditur, licèt in hoc
tangatur vtilitas, & præiudicium tertij, lis non eſt conteſtãda:
quia certa perſona non eſt, cum qua agatur, & cum qua lis
conteſtetur. In hac concluditur caſus auth. at qui ſemel. & ca
ſus de dolo. cauſam. & de iureiur. ad noſtram. & j. eod. §. ſunt
& alij. & authen. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. Item caſus
l. iij. fini. regund. & l. pen. §. cum autem. ff. ad Treb. & caſus ca.
xxiiij. q. ij. ſane. Inno. dicit per illum caſum idem in quacunq;
ſpirituali, in qua agitur ſine alicuius incõmodo. Idem not. de
lib. ob. c. j. Scđa rł̃a, ꝙ in ſententijs interlocutorijs, & q̃ diffini
tiuas ſequuntur, & ſentẽtijs cenſuræ pro earum examinatio
ne, & prolatione non exigitur litis conteſtatio, & procedi po
teſt ad ſententiam lite non conteſtata. Et idem eſt in emergẽ
tibus, vt dicit ſequens glo. quod dic, vt de offic. delega. pruden
tiam. §. ſexta. In hoc concluditur quod dicit tex. de offic. iudic.
c. ij. In hoc concluditur caſus c. ſane. alleg. in gl. & de offi. ordi.
quamuis. lib. vj. quem addunt Doc. ad gl. & innouatorum lite
pendente, de conſti. cum M. vt lite pen. per totum. Item caſus
in vniuerſalibus actionibus poſt diffinitiuam ſententiam, C.
de peti. hære. l. j. & l. hæreditas. & l. hæreditatem. & l. filia. Ter
tia regula in omnibus cauſis ſummarijs notorijs, & in quibus
non eſt neceſſaria libelli oblatio, de quibus de lib. obla. c. j. Et
nota bene hoc ultimum, quod ponit hic Ioan. And. in omni
bus his non eſt neceſſaria litis conteſtatio. In hac comprehen
ditur cauſa matrimonialis, vſuraria, de iudi. diſpendioſam, &
ſpiritualis, vt no. de libel. obla. c. j. & quando agitur de tranſa
cta, vel finita, de lit. conteſt. c. j. lib. vj. Et concluditur de teſti.
veniens. ſ. Et in hac poſſent etiam comprehendi quæſtiones
incidentes. Aliam regulam ponit Innocen. quando ius agen
di dirigitur ad commodũ publicum: quia ibi iudex poteſt ex
officio ſupplere, de ele. cum nobis olim. & procedit ex officio,
iij. q. ij. quia ea. Et in hoc concluditur caſus, quando agitur de
iuribus eccleſiarum, licet raro, niſi cauſa ſubſit, iudex non ꝓ
cedit ex officio. Et vide quod no. de iureiur. ad noſtram. Et qñ
alibi examinantur teſtes, de teſti. conſtitutus. Cæteri poſſunt
dici caſus ſpeciales, ad quos cum Docto. vltra prędicta addo
duos in alienatione facta ab excommunicato de bonis eccle
ſiæ lite pendente, vel facta ei interdictione bonorum, de dolo.
veritatis. Item quando ſententia fertur contra clericum de
maleficijs ſuis ſe gloriantem, de exceſ. præla. quam ſit. Item in
caſu de homi. pro humani. lib. vj. De alijs remittit Ioan. And.
ad Summam, eodem tit. & de iudicijs. diſpendioſam, &c.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtes quando poſſunt produci, recipi, & examinari lite non conteſtata.*

2 *Teſtes vt poſſint virtute examinis affuturi audiri, quatuor requiruntur. nu. 4. vide quintum modum. nu. 8.*

3 *Iudiciarius ordo non debet ſeruari in rebus etiam grauis pręiudicij, quando res celeritatem deſiderat.*

4 *Teſtes alterius iuriſdictionis coram quo iudice ſint examinandi.*

5 *Teſtis abſentiam fore diutinam qualiter iudex æſtimabit.*

6 *Senes qui dicantur, & à quibus videantur exempti.*

7 *Teſtes valitudinarij qui dicantur, & qui comprehendantur appellatione valitudinariorum.*

9 *Teſtes audiendi virtute examinis affuturi poſſunt quocunque die etiam ſolenni audiri.*

10 *Teſtium receptio an alio caſu admittatur, quàm propter impedimentum teſtes concernens.*

11 *Teſtes vbi propter periculum mortis audiuntur virtute examinis futuri, an indiſtincte requiratur, quòd producens illum denuntiet aduerſario valetudinem.*

12 *Abſens quis dicatur.*

13 *Teſtes poſſunt lite non conteſtata recipi, & audiri, vbi timetur de variatione ex temporis longinquitate, & an talis receptio poſſit fieri ante litem cœptam. nu. 14.*

15 *Teſtibus receptis & auditis vigore futuri examinis, an neceſsitas conueniendi intra annum habeat locum.*

16 *Sententia vigore futuri examinis facti non valet, niſi lite conteſtata producantur atteſtationes.*

17 *Teſtium affuturorum dicta, quod intra annum ſint lite conteſtata producenda, quale ſit tempus anni, & quando currere incipiat.*

18 *Teſtium affuturorum dicta quod non valeant in fauorem producentis propter ſolennitatem omiſſam.*

19 *Teſtes affuturos auditos vbi quis non produxit intra annum, an præſumatur hoc fraude feciſſe.*

20 *Teſtium probandorum vel reprobandorum facultas, an poſſit aliquo tempore perire.*

21 *Probandi onus in quem tranſeat, vbi dicitur, pecuniam in vtilitatem eccleſiæ aut minoris verſam, ſeu non verſam.*

1 Niſi forte. ¶ † Hic ponitur primus caſus exceptus.
hoc dicit, Vbi timetur de morte, vel ad
uerſa valetudine teſtium, ſolennitate hic poſita ſeruata, exa
minantur teſtes lite non conteſt. hoc dicit. Et primo ponit ſo
lennitatem requiſitam. Secũdo, quid ſi illa non ſeruetur, ibi,
atteſtationes. ¶ Nota duos caſus in quibus poſſunt recipi te
ſtes lite non conteſtata. Primus, quãdo de abſentia diutina. i.
longa timet̃. Scđs, qñ timet̃ de morte ex aliqua cã proxima.

¶ † Secundo

2 ¶†Secundo no. requiſita ad hanc receptionē. Primo requiri
tur, ꝙ agatur ciuiliter. Secundo, ꝙ aliquod periculum timeat̃
in perſonam teſtium. Tertio requiritur, ꝙ pars ſit contumax,
in cuius præiudicium teſtes recipiũtur, vel ꝙ ſit abſens abſq;
malitia, ita quod conueniri non poſſit. Quarto, ꝙ actor, ſi
vult cõſeruare receptionē teſtium, requiritur, ꝙ cõueniat in-
tra annum aduerſarium a tempore, quo conueniri poterit,
vel ꝙ denuntiauerit receptionem teſtium: & alia ſunt clara.
3 ¶†Nota hic caſum, in quo proceditur ad ea, quæ ſunt grauis
præiudicij ꝯ non verum ꝯtumacē, qñ res celeritatē deſiderat.
4 †Quæro primo, an ꝑꝑ abſentiã liceat recipere teſtes, qñ dica
tur abſens teſtis. Vin. dicit, ꝙ non ſufficit abſentia a loco, vbi
iudicium exercetur, vel a loco domicilij ſui, ſm Pet. & Abba.
Ideo ſi eſt Romæ ſm Vinc. & Hiſpanus eſt producens in teſtē,
ſi de Hiſpania ſe transferat in Angliam, non eſt locus huic re-
ceptioni, qa hęc nõ eſt abſentia diutina a loco iudicij: vnde lis
cõteſtabit, & mittet̃ ad illos. Quod eſt verum, ſm Vin. niſi de
loco domicilij ſe abſentarent ad partes orientales, vel tam re
motiſſimas, ꝙ lite non conteſt. non reperirentur. Sentit ꝑ hoc
Vin. ꝙ teſtes ſint examinandi demum per iudicem cauſæ, vel
de eius commiſſione, etiam imminente periculo: vnde iudex
rei erit iudex teſtium, niſi aliud habeat in cõmiſſione. In hoc
puto, ꝙ bene: ſed certe poſſet eſſe tm̃ periculum, ꝙ liceret iu-
dici in loco, quo degunt, eos examinare, ne facultas pereat ꝓ-
bandi. Ad hoc ff. de incen. rui. nau. l. ne quid. Secũdo ſentit, ꝙ
ſi teſtes, ſe abſentant a loco domicilij proprij, & non ſint de
loco iudicis, ꝙ diutina ſola abſentia non ſufficit. Certe puto
ꝯ, quia ꝙ abſens peregrinat̃, dr̃ in periculo mortis, ff. de dona.
cau. mor. l. mortis cauſa. cum legibus ſeq. quãdo abſentia ma
xime eſt per mare, vel loca inſidioſa, vel qñ nõ eſt breuis. Ad
hoc quod no. de offi. ord. paſtoralis. §. j. hoc aũt periculũ pon
derat tex. Per quod concluditur, ꝙ ſiue abſint a loco domici-
lij, ſiue abſint a loco iudicij: & dr̃ diutina abſentia ad iudicis
5 arbitriũ, arg. ff. de offi. dele. de cauſis. ¶†Quæro ij. qualiter iu-
dex æſtimabit abſentiam fore diutinã. Dicit Inno. ꝙ variè æſti
mabit eam iudex ſecundũ varietatē negotiorũ: quia ſi debitũ
ſit in longũ diem, vel ſub conditione, quæ multũ põt differri,
non reputabit abſentē, etiã ſi diu abfuturus ſit, cum credibile
ſit ꝙ poſſit redire anteq̃ dies, vel conditio exiſtat: & ꝯ, ſi iam
citatus ſit aduerſarius, & differt̃ litis conteſta. quia poſſibile
eſt, ꝙ in proximo fiet lit. cõteſt. & ſic præſumitur, etiam ſi bre-
ui tempore ſit abfuturus teſtis, recipiet̃, & hoc arbitrio boni
iudicis, & diſcreti cõmittit̃, ſecundũ Inno. Dicit tamen Hoſt.
ꝙ primo caſu putat teſtem recipi debere, quia nõ tam ꝓpter
morã teſtis permittit̃ receptio teſtis, q̃ ꝑꝑ mortis periculum,
qa plura imminent in ꝑegrinatione, q̃ in domo, &c. Ex his pa
tet qd dicẽdũ, ſi teſtis exiſtẽs ĩ loco iudicij abſentauit ſe diuti-
ne. ſ. ad locũ ꝓprij domicilij, de loco iudicij, vbi erat exñeꝰ: &
ſatis puto ꝙ ſi ibi interfuit vt teſtis, ad actũ maxime rogatus,
cũ ibi videatur conſenſiſſe actui teſtificandi, ꝙ ꝑ iudicē actus
poſſet compelli ad teſtificandum, ex quo ibi reperitur, abſq;
quod alibi fiat remiſſio pro receptione teſtium: & tunc ſatis
puto poſſe teſtem recipi hac forma, tum propter dilationem,
tum propter periculum mortis. Si ibi non interfuerũt actui,
de quo teſtificari poſſunt, credo, ꝙ ibi non poſſunt inuiti cõ-
pelli ad teſtificandum, quia non ſunt ſubiecti iudici: ſed ſi vel-
lent, ſatis adhuc puto procedere hãc decreta. & eius practicã:
quod no. Niſi dicatur, ꝙ ex quo interfuerunt actui teſtifi-
candi, videantur, maxime ſi ſunt rogati, ex hac diſpoſitio-
ne iuris ſubmiſſos iuriſdictioni cuiuſq; iudicis, coram quo
cauſa illa veniat tractãda: quod placet plus. Per quæ patet, ꝙ
ſine alia remiſſione, vel commiſſione, licèt iudiciũ alibi dicte-
tur, poterit iudex teſtes examinare ꝑꝑ periculum abſque alia
commiſſione, arg. ff. de incen. rui. nau. l. ne quid. Item & in ta-
libus habetur etiam reſpectus ad periculum obliuionis, C. de
teſtam. hac conſultiſſima. §. actum humani. ſecundum Hoſt.
Ad hoc l. peregre. ff. de acqui. poſſ. & quod no. de accu. ſuper
his. & in gloſſ. de probatio. tertio loco. Dicunt tñ domini de
Rota, ſua cõcluſione lxxxvij. ꝙ poterit iudex appellationis ab
interlocutoria recipere teſtes in cã appellationis ꝓpter peri-
culum, etiam ſuper principali, & valebit receptio, etiam ſi ꝓ-
nuntietur male appellatum, ſi fuerit facta appellatione pen-
6 dente. ¶† Quæro, qui dicantur ſenes? Quidam, ꝙ ſenes dican
tur ſeptuagenarij, qui a tutelis excuſant̃, C. qui æta. excu. poſſ.
l. vna. ſm Vin. 4. q. 3. §. item inuiti. Alij centenarios, per l. fi. de
ſac. ſan. ec. & l. ſi vſusfructus. ff. qui. mo. vſusfru. ami. Abb. ꝙ ſe-
ptuagenarij, & ante ſeptuageſimum annũ: quia ſeptuagena-
rij, & ſi poſſent, non compellerentur inuiti, ff. de teſti. l. inuiti.
& qa non cogunt̃ ad munera publica authoritate tm̃, C. qui
æta. excuſa. poſſ. l. j. li. x. Inſt. de excu. tut. §. itē inuiti. ff. de iur. im
mu. l. 3. A muneribus aũt publicis authoritate, & vtilitate ex-
cuſat̃ qs poſt lx. annos. C. qui ætate excu. poſ. l. j. li. x. Qd̃ quo ad
hunc caſum, qui ſenes dicant̃, relinquit̃ arbitrio iudicãtis. Nã
aliquis eſt ſenior in quinquaginta annos, q̃ alius in lx. & ſatis
põt timeri de morte poſt quinquageſimũ annũ, ſm naturam
cõis curſus: quia minima pars hoĩm hanc vitam attingit: & le
ges, q̃ dicũt ſeptuagenarios tm̃ excuſari muneribus, nõ faciũt,
qa ibi non habetur reſpectus ad mortis periculũ. Hoſt. dicit, ꝙ
de ſeptuagenarijs poteſt intelligi, qui licèt nõ cõpellant̃, pñt
volentes, nec debent expectare compulſionē, maxime cũ ap-
propinquant morti, timere debent peccatum veritatis occul
tandę, de cri. fal. c. j. & ſic nullũ contrariũ, ſm eum. Ad quod
7 id, quod no. de teſt. ſi qui. in gl. j. ſm eũ. ¶†Quæro, qui cõpre-
hendant̃ appellatione valetudinariorũ. Dic, id eſt, infirmi, a
valeo vales, per ꝯriũ, qa in his infirmitas valet ꝯ naturã. Poſ-
ſet dici, ꝙ intelligatur de ſe abſentantibus. Inno. intelligit de
infirmis ꝑꝑ debilitatem corporis, non ꝑꝑ febres acutas: quia
8 de illis ſ. dixi. ¶†Quæro, q̃ poſſet eſſe alia legitima cã. Dic, qa
transfretare vult, vel ingredi bellum campeſtre, vt in l. 2. 3. &
4. ff. de dona. cau. mor. Ad hoc quod not. glo. de offi. or. paſto-
9 ralis. ¶†Quæro, an tales quocunq; die poſſint examinari? Dic
ꝙ ſic, etiam in ſolennibus ferijs, in Spe. de ferijs. §. 2. ver. quid
ſi. Et interrogatoria faciet iudex ſecundum quod ſibi videbit̃,
ſm Vin. qñ aduerſarius abſens eſt. Dicit etiam Vin. ꝙ nõ cre-
10 dit per hanc receptionem præſcriptionem interrumpi. †Quę
ro, an alio caſu admittatur receptio teſtium, q̃ propter impe-
dimentum teſtes cõcernens? Dicit Inn. ꝙ ſic, vt ſi actor aliquo
impedimento ad præſens agere non põt, vt quia debitũ eſt
conditionale, vel in diē, vel ex alterius arbitrio pendens, ĩ. de
teſt. ſignificauit. ff. ad leg. Aquil. l. in lege Aquil. Idem ſi impe-
diat lit. conteſt. per ſuas exceptiones. Idem ſi dignitas vacet, li-
cèt ſit in contrariũ ne ſe. va. c. vlti. Sed ibi ſoluitur, ſm Innoc.
Idē dicit Hoſt. ſi præſens eſſet, & potēs, & malitioſus tyrãnus,
quem non audet conuenire actor, nec receptionē denuntia-
re, ſubueniet iudex actori ſic iuſte timenti, arg. de ap. ſi iuſtus.
conſiderata perſonarũ, & negotij qualitate, & alijs circunſtan
tijs: & recipiet teſtes quãto cautius poterit, & diligenter ſubſti
nebit vices rei ĩ ipſorũ examinatione, reſeruãdo ſibi exceptio
nes in perſonas, & dicta, ſm Hoſt. Quid ſi non põt conuenire
intra annũ abſque periculo mortis, vt dixi ſ. in tyranno? Dic,
ꝙ annus ſibi nõ currit, ſm Hoſt. dummodo hæc ꝓteſtet̃, de of-
11 fi. or. paſtoralis. §. fi. & no. ſ. de reſcri. c. j. & c. fin. aũt. ¶†Quęro,
an exigatur indiſtincte hæc denuntiatio? Dic ꝙ exigitur, quan
do fit receptio cõtra abſentem, qui hoc potuit ignorare: ſecus
ſi ꝯ præſentem, qui ad eã debuit citari, & videre ipſos iurare,
12 de teſt. c. ij. ¶†Quæro, quis dicatur abſens? Dic, ꝙ qui non eſt
in ciuitate, in Auth. de teſti. §. j. ſm Innocē. Hoſt. dicit, ꝙ qui in
Anglia eſt, mouetur vt vadat, vel mittat Bononiam pro hac
cã, de fid. inſtr. conſtitutus. ſm Hoſt. Tu dic, ꝙ abſens dr̃, q eſt
in loco, ita ꝙ de facili conueniri non poteſt, vt quia eſt extra
locũ fori, vbi poſſit conueniri: & litera dicit, & c. conſtitutus.
loquitur de receptione per viam ordinariam, vbi non timet̃
periculũ: & eſt caſus, in quo ꝯ non verum contumacē, vel ap-
parenter verũ, procedit̃ ad receptionē teſtium. De quo ꝑ Bar.
in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. & dicam de eo, qui mit. in poſ.
c. fi. Et dicit Hoſt. ꝙ ſufficit, ꝙ denuntietur extra iudicium. Ad
gl. an in criminalibus procedatur ad receptionē teſtium lite
non conteſt. in caſibus §. ſunt & alij. gl. ꝙ non, per literã a con
trario, & remtitit de modo procedẽdi in criminali: & hoc, qa
in eis nõ eſt burſale intereſſe, ſicut in ciuilibus, ſm Abba. ſm
Inn. eſt rõ, quia teſtes recipi non debent, niſi præcedat accuſa
tio, q̃ hēt fieri ꝑ pręſentē, & de præſenti, 2. q. 7. c. 2. & c. præſcri-
pta. ſm Inn. Vin. dixit, alternatiue tamen, ꝙ in criminali pote-
rant recipi teſtes, de quorum morre timetur porrecta accuſa-
tione: qa iam tractatur de pęna talionis. Sed dicit Io. An. verũ
hoc poſt inſcriptionē, alle. de accu. licet. Vbi aũt agitur ciuili
ter, ēt de crimine, planum ꝙ procedit decreta. quæ loquitur
13 indiſtincte, ſecundum Inno. ¶†No. glo. in verbo, ſubtrahatur,
& tex. quē allegat, ꝙ vbi timet̃ de variatione ex tp̄is longinq-
tate, pñt hoc modo recipi teſtes, arg. ff. ad le. Cor. l. 3. §. duæ. di-
xi ſ. tex. poſt Hoſt. hoc tñ hēt exiſtimare iudex ex qualitate per
ſonę, & negotij qualitate. Quid enim ſi negotium eſſet valde
graue, & notabile, & nõ intricatũ, nõ præſumitur, ꝙ ex longo
tp̄e recedat a memoria, vt de ſen. excom. cum illorum. ad fi. &
14 dixi de reſcr. ab excommunicato. ¶† Quæro, an hæc receptio
poſſit fieri ante litem cęptam cõtra reum? tex. dicit, qñ eſt cõ-
uēta. Glo. dicit idē, ſi eſt conuenienda. Vel hic verbũ, cõuenta,
reſpicit actũ citationis, licet etiam non ſit libellus porrectus.
15 ¶†Quæro, an neceſſitas cõueniendi intra annum hēat locũ,
ſiue ꝯ cõtumacē fuerit facta receptio, ſiue nõ. Gl. dicit illã ne-
ceſſariã, qñ fuit facta receptio in abſentem nõ contumacem:
aliàs non eſſet neceſſaria cõuentio intra annũ: & hoc, qa con
tumax iam cõuētus eſt, ſm Hoſt. ¶Op. cũ gl. timet̃ ꝙ receptio
fiat ēt non ſubſiſtente timore mortis, de teſti. c. ſignificauit. So
16 lu. Loquit̃ de alia receptione ibi in cã publicationis. †Quęro,
an ex dictis teſtibus procedat̃ ad ſñiam. Gl. dicit, ꝙ nõ, niſi lite
cõte. producant̃ atteſtationes. Vnde in hoc valebit, qa tenebit
receptio lit. non cõte. ſed vt ex eis ad ſñiam ꝓcedat̃, requiritur
alia

alia productio:licet ſecus ſit in §.ſeq. ſm glo. Forte poſſet di
ci,ꝙ ſi tempore,quo iudicium inchoatur,viuant teſtes, ita ꝙ
poſſunt examinari, & ſic euentus docuerit ceſſationem peri-
culi, ꝙ nō teneat receptio,vt ex illis poſſit procedi ad ſnīam,
ex quo ceſſauit periculum.Item quia ceſſat cā,quia nō perijt
facultas probādi.& ad hoc l.fi.C.de teſti.& j. de teſtibus.p̄ſen-
tata.& quia euentus declarat periculum non vere fuiſſe. Ad
17 hoc l.cum quidam.ff.de acq.hæred. ¶†Quæro,quale ſit tem
pus huius anni? Gl.quod vtilis a principio:quia curſus nō in-
cipit niſi a tpe, quo agere potuit. Alleg.iura ad hoc qđ not.
18 de ferijs.c.fi.in gl.2.ſecundum Io.And. ¶†Quæro,omiſſa ſolē
nitate hac,ꝙ non conuenerit intra annū,&c. quod non vale-
ret teſtimonium,an dato ꝙ non valeat pro producente,q ne-
gligens eſt in obſeruatione formę, valeat pro alio, ſi aliquid
pro eo dixerint,cū teſtes dicere debeant pro vtraq; parte. Gl.
dicit, ꝙ valebunt pro alia parte. Quod nota,quia vbi actus
communis per alterum exercetur, licèt omittantur requiſita
p̄ exercentē,non vitiatur pro commoditate alterius,maxime
qn̄ ſolennitas exigitur poſt actum. Facit,ꝙ ſi appellatio non
ſit intimata contra aliquem, vbi debet intimari,ꝙ impediat
deuolutionem ad incommodum appellantis, ſed non ad in-
commodum appellati. Ad quod vide quod no.Comp.de ele.
c.j.lib.vj.& gl.de elec.cle.cauſam.in verbo deuolutā. & quod
ibi no.Io.& Pau. Idem no.Inno. & Hoſtien.de teſti.c.ij.in fin.
19 ¶†Quæro,qualiter probabitur fraus.Dic,ꝙ eo ꝙ non conue
nit intra annum,vel proteſtatur,præſumitur fraus.Et dicit gl.
ꝙ eſt præſumptio iuris,& de iure,quę non admittit probatio
nem in contrarium:licet ſecus ſit in præſumptione iuris. De
quo dic,vt de ſpō.is,qui.ad hoc 50.diſt.ferrum.& ff.quod me-
tus cau.l.non eſt veriſimile. Quod intellige,niſi probatio ali-
qua legitima cauſa temperetur excludente temporis curſu,
vt dicit glo.in verbo,intra annum. Hoſt,dicit præſumptionē
eſſe iuris tantum. Certe etiam ſi probaretur, non iuuaret:qa.
20 ſuper fraude litera ſe nō fundat, vt patet ex verbo,forte.† Op.
ꝙ ſit impoſſibile,ꝙ pereat facultas probandi, vel reprobandi
teſtes.Nam qn̄cunque producent, apparebit facultas repro-
bandi. Sol.facultas reprobandi dicta ex ſerie dictorum nō po
teſt perire:ſed facultas reprobandi nō ex ſerie dictorū,ſed in
p̄ſonas, vel in dicta per alios teſtes,poſſet perire, illo differēte
conuenire morte,vel abſentia teſtium,vel inimicitia ſuperue
niente,vel lapſu memoriæ, vel alia cauſa. Alle.gloſa iura, &
21 eſt clara. ¶†Quæro,quæ ſunt aliæ exceptiones,quæ poſſunt
perire. Gl.dicit,puta elidentes negotium principale, vt pacti,
& ſimilia,vt Macedoniani,Velleiani,vel ꝙ pecunia nō ſit ver
ſa in vtilitatem eccleſiæ. Nota,innuit,ꝙ incumbat onus pro-
bandi dicēti non verſum. Sed de hoc dic, vt x.q.ij. hoc ius. de
poſi.c.j.cū ſi.& in auth.hoc ius.C.de ſac.ſan.eccl.Ant.de But.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia poteſt ferri lite etiam non conteſtata, & teſtes recipi,vbi agitur etiam de matrimonio carnali,vel ſpirituali.*
2 *Mora eſt in ſpiritualibus,& temporalibus eccleſiæ periculoſa.*
3 *Contumacia vera requiritur in his, quæ ſunt grauis præiudicij.*
4 *Iudex non poteſt ad ſententiam diffinitiuam & teſtium receptionem procedere etiam lite non conteſtata,duobus caſibus.*
5 *Dictio,aliud,eſt apta notare diuerſitatem facti,& aliquando qualitatis.*
6 *Citatio peremptoria non requiritur,vbi contra præſentem proceditur.*
7 *Dictio,tunc,quandoque reſpicit finem.*
8 *Citari quomodo poſſit ſe occultans,vel malitioſe impediens,ne citetur.*

1 §.Porro. ¶†Hic proſequitur aliquos caſus, in quibus
proceditur lite non conteſtata,diuidendo ſm
rerum intellectū, licet aliter alij intelligāt,qđ infra declarabi
tur.Hic excipiuntur duo caſus a regula ſupra poſita,ſ.in caſu
matrimonij carnalis, & ſpiritualis:& diuitur in duas. Primo
tam in carnali,quā in ſpirituali deciditur quid iuris,quando
reus eſt contumax vere. Secundo quid iuris,quando abſens
eſt,vel cum culpa,vel ſine culpa,non tamen malitioſe.Secun
da ibi,ſi vero.Illa ſubdiuiditur, & ſubdiuidā ibi,quia illum §.
2 legam per ſe. ¶ †Nota moram in ſpiritualibus & tempora-
libus eccleſiæ periculoſam, ſimiliter in cauſa matrimoniali:
3 & habentur duæ cauſæ celeritatem deſiderantes. ¶†No.ij. ꝙ
in his,quæ ſunt grauis præiudicij, exigitur vera contumacia,
quæ concluditur tripliciter.Primo,quando citatio perſonali-
ter apprehendit citatum, vt quia tranſiuit in eius notitiam,
vel malitioſe ſe occultat,ne ad eum veniat citatio, vel quia p̄
potentiam impedit,ne poſſit ad eum tranſire notitia.Ad hoc
quod no.in l.ex conſenſu.ff.de appel.& in cle.ſi autem.de do-
4 lo,& cōtu. ¶†Nota duos caſus ſpeciales,in quibus ad ſenten
tiam diffinitiuam,& receptionem teſtium proceditur lite nō
conteſtata in cauſa matrimonij carnalis, & in cauſa matri-
monij ſpiritualis. Et nota duo requiſita, vt ad ſententiā poſ-
ſit procedi. Primo exigitur vera contumacia:& hic exigitur
etiam quo ad actum: receptionis teſtium.Secūdo requiritur,
ꝙ liqueat de cauſa altero ex his ceſſante non proceditur ad
diffinitiuam ſententiam in talibus cauſis. ¶Oppo.j.ꝙ non ali
ter procedatur, vt ſupra:imo eodem modo,quia vtrobique li
te non conteſta.recipiuntur teſtes.Dic,ꝙ aliud quam in regu
la ſupra poſita:& ſic reſpicit principium.Vel aliter,quam p̄-
ximo caſu, quia ibi habetur diſtinctio perſonarū teſtium, an
ſint impediti, vel ſenes:hic indifferenter admittuntur. Vel
aliud etiam quo ad modum procedendi,quia ibi ex illa rece
ptione nō proceditur ad ſentētiam, niſi producantur lite nō
conteſta.hic ſic.Item ibi receptio non durat, hic ſic,etiā poſt
5 annum. ¶ †Nota de dictione,aliud, quia eſt apta notare di-
uerſitatem facti,& aliquando qualitatis: vide de reſcri.ſedes.
6 ¶†Oppo.quòd ſufficiat citatio non peremptoria, de procu-
rato.querelam. proficit quo ad condemnationem expenſa-
rum,vt infra,& no.C.de iud-ſancimus.non quo ad ea,q̄ ſunt
magni præiudicij, vt receptionis teſtium,& ſententiæ,vt hic.
Sufficit etiam quo ad iuriſdictionis præuentionem, de foro
compe.propoſuiſti. & perpetuationem,de offic.delega.licèt.
ſecundum Ioan. Andre. Hodie autem non exigitur perem-
ptoria,vt in clemen.fin.de verborum ſignifi. in verſi. citatio-
nem.iuncta clemen.de iudi.diſpendioſam.in cauſa matrimo
nij,vel electionis.Sed forte illud ſeruabitur, quando procedi-
tur in præſentem,nec decre.corrigatur. ¶Ad gloſſ.opp.quòd
contrarietur hic,ver.ſi vero. Quidam dicunt,vt glo. quòd hic
agitur de electo,nondum confirmato,& qui nondum conſen
ſit: quaſi dicat,ibi de confirmato, vel qui iam conſenſit.Cer-
te & ibi tangitur de electo, qui nondum conſenſit. Innocen.
& Hoſtien. dicunt hunc §.poſſe intelligi, quando agitur de
electione electi non confirmati, & quando agitur de electio-
ne confirmati, & quando agitur de electione etiam conſe-
crati,vt ſimpliciter loquitur, dummodo contendatur de fę-
dere matrimonij:& ſolum differt hic §.a verſi.ſi vero.&,ſi nau
tem:quia hic loquitur de modo procedendi in abſentem cō
tumaciter,in §.ſeq. quando proceditur in abſentem non con
tumaciter,licèt ex culpa,vel negligenti abſentia, dummodo
non malitioſa.Et hoc probat aperte litera ibi, ſi vero abſens
aliter ſit.Et hoc eſt tenendum,quicquid alij ſomnient.Et pro
cedit ſecundum gloſſ.ſequen. ſiue agatur de vitio electionis
reſpectu perſonæ electi,ſiue reſpectu formæ. Quęro,an in ele
ctionibus ad particularia beneficia procedat, quod hic dici-
tur? Gl,quòd ſic, licèt loqui videatur de prælatis: quia ibi lędi
tur eccleſia ex longa mora.Idem Innocen.& Hoſt.alle.de ele-
ctio.cum eccleſia. de cler. non reſi.cap.pe. de dolo.c. finem.
7 ¶†Oppo.quòd ſupefluant ablatiui ibi, his caſibus,quia ſuffi-
ciebat aduerbium, Tunc,ſupra poſitum. Gloſſ.fatetur.alleg.
Docto.pro gloſſ.lxxix.diſtin.c.vlti.xj.q.j.volumus.in fin.ſecun-
dum Ioan.And.dic quòd verbum,Tunc, reſpicit finem:qua-
ſi dicat,tunc procedi poterit ad diffinitiuam ſententiam quā-
do agitur de electione, vel matrimonio: ſed quando,dic in il
lis caſibus,ſcilicet qui ſequuntur, quando datur vera contu-
macia. Et ſic verbum etiam huiuſmodi non reſpicit præce-
dentia,ſcilicet matrimonij, vel electionis,ſed ſequentia,ſcili-
cet quando eſt abſens malitioſe, vel citationem receperit,vel
8 per potentiam reſiſtit quominus recipiat. ¶†Quæro, quali-
ter citabitur ſe occultans,vel malitioſe impediens ne citetur?
Dic, quòd habebitur p̄ citato denūtiatione publice facta ad
domum ſuam,de cle.non reſidenti.tuæ.Item ſufficit,quòd ad
eccleſiam ſuam,vt dicunt iura prædicta:& tunc etiam cōclu-
detur vera contumacia. Hæc vera dicit Ioan.And. niſi quan-
do citatio ſit authoritate Papæ: quia ſufficit, quòd fiat in pa-
latio papali, vel in audientia literarum Papæ publica, ipſo tn̄
ſpecialiter, & ex certa ſcientia hoc mandante: & poſtea affi-
gatur in ianuis maioris eccleſiæ illius loci, vbi degit Papa
cum curia:& tunc ſic arctat citatum,ac ſi perſonaliter ad ip-
ſum veniſſet, etiam ſi fieret extra dies ſolennes, quibus Papa
facere conſueuit generales proceſſus, vt patet in extrauag.
rem nouam,quæ incipit,dudum. vide clem.j.de foro compe.
Alios modos vide de dolo.c.j.& vlti.Pondera hanc gloſſ.quę,
quando perſona non poteſt citari, dicit ſufficere quòd cite-
tur ad domum,vel ad eccleſiam. Tutum eſt,ꝙ fieret ad vtrū-
que,ſicut in intimatione,in cle.de ele.cauſam. ſufficit tamen
alterum,& maxime ſi fiat ad domū. De quo dicam de dolo,
cauſam.& de eo,qui mit.in poſ.c.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Contumax non verus abſens qualiter conueniatur.4.*
2 *Matrimonium ſpirituale dicitur inter eccleſiam, & quemcunque prælatum.*
3 *Matrimonium contrahitur in electum, & eccleſiam ante confirmationis actum.*
5 *In abſentem,vt licite procedi poſſit,quæ requirantur.*
6 *Contumax an poſſit ſuo beneficio priuari ex ſola abſentia.*
7 *Beneficio ſuo vt quis poſſit priuari ratione contumaciæ, quæ exigantur.*
*Monitio qualis eſſe debeat,vt quis poſſit puniri ratione contumaciæ.*
8 *In abſentem actorem electioni ſe opponentem quomodo procedatur.*

9 In

9 *In abſentem cauſata cauſa procedendi non ex ſola abſentia, ſed ex crimine,*
*vel alia cauſa, quomodo procedi debeat.*

1 **§. Sin vero.** ¶†In hoc §. proſequitur modum pro-
cedendi in cauſa matrimoniali carnali,
vel ſpirituali, contra noo verum contumacem abſentem
cum culpa, ſiue ſine culpa: & Primo loquitur de ſprituali
contracto. Secundo de ſpirituali ꝯhendo, ibi, qđ ſi forſan. Ter-
tio de carnali, vſq; ibi: ſi aũt expediã. vſq; ad §. quòd ſi forſan.
2 ¶†Not. j. ꝙ matrimonium ſpirituale dr̃ inter eccleſiã, & quẽ-
cũq; p̄latũ: & ſic ẽt inter inferiores ab epõ. De quo dic, vt de
3 poſtu. præla. c. fi. ad hoc glo. de elec. ne pro defectu. ¶Nota ij.
ꝙ matrimoniũ ꝯhiť inter electũ, & eccleſiã añ actũ ꝯfirmatio-
nis: & ſic in ſolo ꝯſenſu eligentium, & electi: & hoc eſt verũ.
Ad hoc tex. optimus ſ̃. de elec. cũ inter canonicos, ɋcɋd ſenſe-
rit gl. de ele. cũ in cunctis. & c. noſti. & de tranſla. præl. inter cor
poralia, vbi de hoc. & vide gl. plenam de ele. ſi electo. lib. vj. per
quæ patet, ꝙ expoſitio gl. inquantum dicit, ꝙ maxime ſtat pro
prie, fuit & hoc tenuit Gofr. & Gul. Na. Et inquantum exponi
tur pro tm̃, male dicit, ɋa licèt confirmatio plus firmet vincu
lum, non tñ perficit iam perfectum: ſicut dicimus in copula
poſt matrimonium. De quo de tranſla. prel. inter corporalia.
4 & c. licet. Idem ſecundũ Hoſt. ¶†Venio ad gl. ſacris canonib⁹.
Hæc eſt difficilis gloſſ. & intricata: diuidiť in duas principales
partes. In prima agitur de modo procedendi in abſentẽ præla
tũ, vel electũ, iure agendi cauſato ex ſola abſentia. Scđo ibi, ſi
vero ꝯ prelatũ, vſq; ad fi. gl. agiť de modo procedendi ꝯ prela
tum iure agendi cauſato ex crimine, vel alia cã. Prima ſubdiui
tur, quia primo dicit quid iuris, qñ agitur ꝯ prælatum electũ
& confirmatum. Secunda quid iuris, qñ agitur ꝯ electum tm̃,
ibi, de his vero. Prima pars ſubdiuiditur in tres caſus, & eſt cla-
5 ra. ¶†Quæro ad literę declarationem, quæ ſint tempora in
canonibus diffinita, & quæ requiruntur, vt in abſentem poſ-
ſit ꝓcedi? Dic, ꝙ tex. poteſt dupľr intelligi: vno modo vt loqua
tur de tempore, & modo agendi cauſato ex ſola abſentia: ſecũ
do de tempore, & modo agendi cauſato ex crimine, vel alia
cauſa. Si agitur de modo procedendi in abſentem iuris agen-
di cauſato ex ſola abſentia, dicit glo. ꝙ variare videntur iura
de tp̄e. Item an aliqua monitio ſit neceſſaria, vel nõ, etiã ſunt
opiniones & dubitationes: vnde concludit gl. tres caſus. Qñq;
prælatus eſt abſens in certo loco, vt in ſtudio, vel alio loco, ita
ꝙ non latitat. Qñque agitur de proceſſu in abſentem reũ qñ
eſt abſens non in certo loco. Quandoque agitur de proceſſu
in abſentem actorem, vel ſe matrimonio opponentẽ. Primo
caſu moneri debet per p̄latũ illius eccleſiæ, vt veniat ad reſidẽ
dum in eccleſia ſua. Tempus aũt, quo expectari dẽt, erit arbi-
trarium, quo commodè venire poſſit ad reſidendũ: quod ar-
bitrabiť iudex ſm locorũ diſtantiã, & temporis qualitatẽ: & ſi
non fecerit, poterit ꝯ eum procedi ad priuationẽ, niſi oſtẽdat
cãm rationabilem, quare nõ venit, de cle. non reſi. intra qua-
tuor. & c. fi. cum ſimi. Quæ vera dicit gl. etiam dato ꝙ a princi
pio fuerit abſens de licentia prælati vſque ad certum tp̄s ſibi
præfixum, & ſic lapſum tempus, vel ante ex cã reuocetur: ɋa
non poterit priuari, niſi ſibi ſtatuto termino vt reuertatur, &
eo monitio: & ſi aliter priuaretur, non valeret. Alle. ad hoc, ɋa
monito, vel citatio exigitur pro ſolennitate antequam proce
dať ad ſñiam, vt patet ff. de re iud. contumacia. de conſti. eccle
ſia. ij. q. j. per totum. 24. q. 4. de illicita. ¶Plura dicit hic glo. Pri-
mo abſentem poſſe citari a iudice beneficij. De hoc dic vt in
c. Romana. §. ꝯhentes. de fo. compe. Secundo dicit abſentem
intercedentibus his, de quibus hic, poſſe beneficio priuari ex
ſola abſentia. Hic ſunt duo videnda. Primũ, an ex abſentia ſo-
la poſſit beneficio priuari. Secundo, quæ exigãtur vt poſſit pri
6 uari. †Ad primum Inn. hic dicit, ꝙ ſi eſt abſens ex neceſſaria
cã, puta infirmitatis, ſemper expectabitur, & non priuabitur,
ij. q. j. præſentium. Et dicit, ꝙ ſi procedatur ad priuationem, &
poſtea veniat docẽs de impedimento, recuperabit primũ be-
neficiũ ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, ff.
ex qui. cau. maio. l. ſi cui. §. j. ff. de dãno infec. l. ſi finita. § ſi forte.
de re iudi. cũ Bertoldus. Vt tñ detur legitima cã abſentię, exigi
tur licentia prælati, de cle. non reſi. relarũ. de quo de elec. licet
canon. lib. 6. ſuper pe. glo. Et an hæc poſſit cõſuetudo, vide de
cle. nõ reſi. ex tuæ. ſuper gl. 4. Si eſt abſens per annũ ſine cã legi
tima, & rationabili, ſubtraheñť ei expenſæ authoritate ſupe-
rioris: & monebiť per ſubditos, vel archiep̄m, vt reſideat, vel
redeat, alias ſi non redierit, alius poneť loco eius authoritate
ſupioris, in Auth. quomodo oportet epi. §. & illud. & in Aut.
de ſanc. epi. §. interdicimus. colla. 9. Si eſt abſens malitioſe, &
fraudulenter, ſi ꝓpoſito citationis edicto, intra ſex menſes nõ
veniat, ſpoliať, & priuať ſua eccleſia, & aliàs punieť, ẽt lite nõ
cõteſtata, de cle. nõ reſid. ex tuæ. Credo primũ membrum pro
cedere, ɋa ſi eſt abſens, & impeditus legitima cã, nõ priuetur,
maxime ſi abſens eſſet in caſibus priuilegiatis a iure, de qui-
bus de cler. non reſiden. c. j. lib. 6. Et hoc tenet Innoc. per capi.
præalleg. præſentium. Si eſt abſens voluntaria cauſa, & non le
gitima, ſi beneficium requirit reſidentiam, ſola abſentia ꝑdit
redditus beneficiorũ a iure: ſi non requirit reſidentiã, non pri
uatur. Beneficio aũt non priuabitur, niſi requirat reſidẽtiam:
7 & vltra hoc exigitur monitio, vt dicit gl. †Ad ſm dicit gl. ꝙ exi-
git monitionẽ, vt priuari poſſet, qñ eſt abſens, & ĩ certo loco.
¶Hic plura videnda ſunt. Primo, dato ꝙ exigať monitio, qua-
lis eſſe debeat. Secũdo, ex quo fieri debeat. Tertio, an fieri de-
beat de neceſſitate. Quarto, intra ɋ̃tum tp̄s debeat expectari.
¶Ad primũ qualis exigatur monitio: Si ſit perſonalis, planũ:
& vr̃ ꝙ eſſe debeat, ɋa hic agitur de his, quę ſunt grauis præiu-
dicij. Ad hoc qđ not. Inno. de eo, qui mit. in poſ. c. fi. Inno. hic
vr̃ ſentire ſufficere abſentem malitioſe citari ꝑ edictum: imo
idem tenet in c. j. qui ma. accu. poſ. & de cleri. non reſi. ex tuæ.
& de eo, qui mit. in poſ. c. fi. quia ex eo quod abeſt ab eccleſia,
videtur malitioſe abeſſe. Et hoc placet in doloſe abſente: qđ
in dubio prę́ſumitur. Aduertendum tñ, ꝙ oportet talem mo-
nitionem ad concludendum delictum non reſidentiæ fore
trinam, vbi non eſt ab initio terminus ſtatutus: quia ibi moni
tio exigitur, vt cadat quis in pœnam: & iura requirentia tri-
nã, ſeruanda ſunt vt loquuñť, & tunc non ſufficit vna ꝓ omni
bus: quia iura exigere videntur trinam ſtudioſe, vt in notitiã
facilius tranſeant, vt no. Io. And. de cle. non reſi. ex tuæ. & in
addi. ad Spe. in tit. de cle. non reſiden. Ad hoc gl. de vita, & ho-
neſt. cle. c. j. Eo tñ monito, vel tempore ſtatuto lapſo, ſi pro ſo
lennitate priuationis tantum exigeretur monitio, puto ꝙ ſuf-
ficeret vna peremptoria pro omnibus: quia hæc non ordina-
tur ad cauſandum delictum non reſidentiæ. Dixi prædicta ꝓ-
cedere, qñ doloſe eſt abſens, vt ſufficiat reqſitio ad domum:
ſed ſi doloſe non eſt abſens, ſed culpa, & hoc cõſtat, debet per
ſonaliter requiri, ſi ſcitur vbi eſt: ſi neſcitur vbi eſt, ſufficit ꝙ re
quiratur ad domũ, vt ſtatim dicetur. In dubio ſi dubitatur an
malitioſe ſit abſens, ſufficit ꝙ reqratur ad eccleſiã, & domũ.
Tutius tñ eſt, ꝙ perſonaliter requiratur, vt ſentit gl. & ſentit
Frede. ſuo conſilio ciiij. Sed eſt dubium, cuius exigatur moni-
tio? Glo. ꝙ exigitur monitio prælati, & illius, qui habet pote-
ſtatem inſtituendi, & deſtituendi. Innocen. dicit eum monen
dũ ꝑ ſubditos, vel epiſcopum: & ſic inferioris de eccleſia ſuf-
ficiat monitio: alleg. Auth. quomodo oportet epiſcopum. §.
illud. & in Auth. de ſan. epi. §. interdicimus. Dic, monitionem
per quam denegentur reditus, facere poſſunt ſubditi, illam ẽt
per quam cõicatur delictum non reſidentiæ fore, quod & in
feriores facere poſſunt. illam vero, per quam procedatur ad
priuationem, facere debet ſuperior prælatus, ad quẽ ſpectat
poteſtas inſtituendi, & deſtituendi, de cle. non reſid. ex tuæ. &
c. qualiter. Quarto dicit gl. monitionem neceſſariã, vbi de vo-
luntate prælati abeſt, dato ꝙ abſentia ſit tp̄e limitata. Dic, ſi re
uocatur ante perfectam abſentiam, vel tẽpus abſentiæ, quod
facere poteſt epiſcopus, vel prælatus ex cauſa, ſm Inn. & Hoſt.
de iureiur. breui. & in tantum, vt ſi non redeat, poſſit priuari,
xj. q. iij. ſi autem nobis. & c. abſit. vij. q. j. quia frater. xvj. q. j. qui
vera. & c. vos autem. exigitur citatio, & monitio: imo ſentiũt,
ꝙ tunc non ſufficeret citatio ad domum, ſed ad eum tranſ-
mittenda eſt citatio, ex quo abſens eſt in loco certo. Et puto,
ꝙ bene dicant, ſi abeſt ab initio de licentia ſui prælati. Si non
eſt tempus abſentiæ tempore certo tacitè, vel expreſsè limita-
tum, & hoc caſu exigitur requiſitio ſm Inn. & Hoſt. & adhuc
exigo ad perſonam. Si eſt abſentia certo tempore limitata, qđ
eſſe cenſeť, eo ꝙ mittitur ad conciliũ, & finitũ eſt conciliũ, &
finita eſt cã abſentiæ, vel lapſus eſt termin⁹ expreſſus datus ad
abſentiam: & tunc poſt arbitrarium terminum, intra quẽ cõ-
mode redire potuerit, vagari cenſetur, ff. ex quib. cau. ma. l. ſi
cui. §. j. & tunc videtur aliquibus monitionem non neceſſa-
riam, vel expectationem ſex menſium, quo ad hoc vt ipſius be
neficium dari poſſit, vij. q. j. præſentium. Tũ ſi probat poſtea
ſe legitime impeditum fuiſſe, recuperat beneficium ex gene-
rali clauſula, vt ibi habeatur humanitatis ratio, 4. q. v. ɋſquis.
ff. qui ſat. cog. l. 2. & per totum. & hoc dicunt aliq. Alia eſt opi.
ꝙ debeat moneri, & expectari per ſex menſes, nec debet ei ob-
eſſe, ꝙ bonum habuit initium abſentiæ. & c. præſentium. loq-
tur ſecundum antiqua tp̄a, ſm q̃ minus tp̄s dabatur: hodie da
tur maius. Et hoc vr̃ velle hic glo. quod placet Hoſt. in d. c. ex
tuæ. Io. An. concordat opi. hic, & in d. c. ex tuæ. Vt qñ abſens
eſt tp̄e limitato ſine comminatione de priuãdo, procedat ſm
dictum, vt exigatur noua monitio. Si aũt adeſt ibi commina-
tio de priuando, ſi non reuertatur ad certum tempus, vt quia
dicat, & monemus vt finito tẽpore reuertaris, alioquin proce
demus ad priuationẽ: tũc dicit, ꝙ non exigatur alia monitio,
ſecundum eum. Et idem notare videtur in c. ex parte. j. ſuper
ma. gl. de cle. non reſi. Io. de Ligna. non placet opi. Io. And. ɋa
termini præfixio cum ordinetur ad finem, ne propter abſen-
tiã priuetur, iam ſi haberet effectum monitionis, oparet ꝯ̃rios
effectus: ɋa idem terminus eſſet cã priuationis, & nõ priuatio
nis, ꝯ l. Titio cũ morieť. ff. de vſufruc. & l. in munerationibus.
de ſo-

de ſo. Sed hæc ratio modicū valet: quia terminus inquantum conſideratur reſpectu pendentiæ, bñ ordinat̄ ad nõ priuãdū: ſed inquantū conſiderat̄ in lapſu, ordinari põt ad priuãdum. Simile dixi de reſcrip. ab excõicato. Puto, ꝙ ſi agit̄ de cõuincẽdo delicto nõ reſidentiæ, ſola termini ſtatuitio, & lapſus abſq; alia monitione habeat conuincere negligentiã, vt delictū nõ reſidẽdi. Et non exigo hic aliã cõminationẽ ad hoc, q̃a delictū negatiuū ꝯuincit̄ ex lapſu termini tacitè, vel expreſsè aſſignati, vt no. de præben. extirpandæ. §. qui vero. & multo fortius ſi adeſt cõminatio, ſiue ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis. Si autẽ agit̄ de monitionis effectu, vt neceſſario ad actū priuationis: tūc fateor, ꝙ ſola monitio, vel ſtatuitio termini cū lapſu non operat̄ hoc, vt poſſit ad ſñiam ꝓcedere: quia q̃q̃ etiã non reſidere ſit notoriū, tñ ad actū ſñiæ exigitur citatio, vel monitio: & tūc vt poſſit ꝓcedere ad actū ſñiæ, exigit̄ cõminatio: & tūc exigo, ꝙ monitio ſit iudicialis, & talis cõminatio: al's non video, ꝙ poſſit hr̄e vim citatiõis. Ad hoc de ap. ſæpe. de elec. cle. cãm. & forte ꝙ nec ſit iudicialis, poterit hr̄e vim monitionis: quia non poteſt fieri citatio ad cãm, cauſa non præparata, & antequã cã procedendi ſubſit de præſenti, de iudi. nõ queãdmodū. de ſen. excõ. Romana. §. caueant. lib. vj. Hoc verū, ſi ſic haberet monitio in principio abſentiæ: ſed ſi poſtq̃ eſt abſens moneret̄ iudicialiter, illa bene hẽret cum cõminatione vim peremptorij, dūmodo præcederẽt tres monitiones: quia illa tunc hẽt vim conuictionis delicti, & citationis propter monitionẽ. Nec ob. ꝙ tales monitiones, ẽt cū cõminatione, nõ habeãt vim peremptorij, vt no. Io. An. poſt Compo. de reſcri. cauſam. quia id verū, qñ cõminatio fit ad vlteriora procedẽdū, vt iuris fuerit, vel q̃tū de iure poterit. ſecus ſi fiat cõminatio de ꝓcedendo ad ſñiam vel priuationẽ, vt no. Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. & no. in c. conſuluit. de offi. dele. De citatione aūt ad ſñiam an habeat vim peremptorij, vide de accu. ad petitionẽ. poſt Inn. Hoc dicit verū Frede. de Senis ſuo conſilio ciiij. niſi conſtitutio emanet vltra ius ſynodalis, in qua præcipiatur oĩbus clericis, & prælatis vt reſideant, aliàs eis nõ reſidentibus mandat eos priuari, vel priuet: q̃a tūc ex ꝯſtõne p̄cipiẽte vt reſideãt, vñr moniti vt reſideãt a ꝯſtitutione, & ſic nõ exigit̄ alia monitio. Nec ob. ꝙ hæc monitio non ſit trina, vt eẽ dẽt, 24. q. 3. de illicita. quia hoc non exigitur in monitione iuris, & præcepti: alle. de ſenten. excom. a nobis. de loca. c. j. de cõſti. c. ij. lib. vj. de vi. & hone. cle. clemen. ij. Alleg. dictū Hoſt ne cle. vel. mo. c. ij. Item quia talis conſtitutio debet intelligi, vt aliquid addat & nõ ſit ſuperflua, vel ſolum iuris innouatiua, vnde voluit lex lege mortua ſupplere negligentiam epiſcoporum negligentiū in monendo. Nec ob. ꝙ vbi cõſtitutio priuat ipſo iure, licèt non exigitur ſententia hominis, tñ exigitur declaratio. In declaratione aūt exigitur citatio, vel monitio, de verbo. ſignifi. in his. de homi. c. j. lib. vj. & de hære. c. pe. eo. li. & no. de offi. ord. ordinarij. li. vj. & de cenſi. c. fi. eo. li. quia ad ſententiã priuationis exigitur bene citatio, vel monitio. ſed non ad conuincendū delictum non reſidentiæ: & bene dicit. Non ob. ꝙ vbi cõſtitutio imponit pęnam ex facto negatiuo, ſed nõ adijcitur tp̄s exigitur monitio, vt no. in d. c. extirpãdæ. q̃a illud verū in conſtitutionibus, quæ non habẽt in ſe monitionẽ, vel præceptum: hic præcipit vt reſideãt, & ſi non reſideãt, mandat priuari: ideo vt aliquid operetur, habet vim monitionis. Facit quod no. Pau. de Lia. in cle. quia contingit. de religi. do. Citandus tñ erit ad priuationem, vt aſſignet cãm quare non debeat priuari. Et hoc voluit ibi Fred. inquantū voluit cauſæ cognitionẽ procedere debere, an eſſet priuandus, vel nõ. Et hoc de quarto. Quinto glo. dicit, ꝙ in abſente in certo loco tp̄s expectationis erit arbitrariū: & hoc eſt tp̄s hoc caſu a canonibus diffinitū. Inn. hic recitat aliquos dicere, ꝙ vltra tp̄s arbitrariū habet vj. menſes, per c. ex tuę. de cle. non reſi. & maxime qñ a principio abeſt de voluntate prælati: quia non debet ei nocere ꝙ ſit abſens legitime a principio. Ad c. præſentiū. vij. q. j. rñdet, ꝙ loq̄tur ſm antiqua tp̄a, ſm quæ minus dabatur tp̄s. Ioã. An. reſidere vr̄, ꝙ vltra hoc tp̄s debeat hr̄e vj. menſes, qñ nõ eſt appoſita pęna, vel cõminatio de procedendo ad pœnã: aliàs aūt non expectabitur vltra tempus comminationis, ſm eum. Certe ſatis æquum eſt, quod dixit gl. vt maius tempus exigat̄, qñ neſcitur vbi ſit. Et ſic temperetur c. ex tuę. de cle. nõ reſi. Secundus caſus, qñ quis eſt abſens a beneficio, & agitur priuari ꝓp ſolã abſentiã, & abſens eſt in loco, de quo ignoratur. Glo. dicit, ꝙ cum tales perſonalirer citari non poſſunt, citabuntur per edictum trinæ citationis apud eorum eccleſias, vt reuertant̄ ad reſidẽdum: & habebunt a termino citationis vj. menſes. Nec ob. ſi dicatur, ſecundum hoc erit melioris cõditionis abſens, & ſe occultans, q̃ abſens, & ſe non occultans: nam primus habebit vj. menſes per c. ex tuæ. ſecundus autẽ habebit ſolum tempus arbitrarium: & ſic habebūt qñq; minus, qñq; ſex menſes. Sed dicit gloſſa, ꝙ hoc ideo eſt, quia ex quo neſcitur vbi ſint, poſſibile eſt ꝙ valde ſint remoti, vel impediti, nec de facili poſſunt ꝑ cõſanguneos reuocari: & ideo eis magis ſubuenitur, vt expectent̄ per ſex menſes: & quia vt dicūt Doc. iſti non poſſūnt hr̄e tempus arbitrarium, ex quo ignoratur locus vbi ſint: & non poſſunt hr̄e tempus arbitrarium, quia deficit terminus a quo debet trahi menſura, ideo oportet aliud tempus determinari. Ad hoc de ele. c. cupientes. j. rñſo. lib. vj. Hoc in prælatis confirmatis: in non confirmatis vero expectãbunt̄ per ſex menſes, vel minus, ſm quod viſum fuerit iudici, vt lr̄a dicit. Sed dic hodie, vt de ele. q̃ ſit. li. vj. quia hodie habet illud tp̄s. Si tñ & illud iudex viderit moderandū, requirendo vt ꝯſentiat, ſatis puto ꝙ & illud poterit moderari. Et hæc ſufficiant de ſecundo caſu principali. Adde caſum alium, quid iuris, qñ agit̄ de proceſſu in abſentẽ confirmatū non ꝯſecratum ex ſola negligentia conſecrandi: & tunc dic, ꝙ expectabitur ꝑ tp̄s, de quo 100. di. qm̃. & per totum, de tranſla. præla. inter. &
8 de elec. cum in cunctis. ¶ † Venio ad tertiū, quid iuris de proceſſu in abſentem actorẽ. Glo. dicit hic, quidã dũt, ꝙ expectabitur ſe epponens electioni per annum: aliàs poterit cõfirmari, ff. de mu. & hono. l. reus. Dicit gl. ꝙ non credit tm̃ expectandū, imo ſuperior ei p̄figit certum terminum, intra quem compareat, & ꝓſequat̄ intentionẽ ſuã, alias priuabit illū, de accu. licet. Sed in ep̄atu dic, ꝙ dant̄ tres menſes, in Auth. de ſan. epiſ. §. ſi quis aūt. Glo. ꝯcludit, ꝙ hęc conſiſtunt in arbitrio iudicis. Nec obſtat de dolo. cum olim. vt ibi no. gl. pen. Et de hac mã
9 dic hodie, vt de elec. c. fi. lib. vj. ¶ † Venio ad ſecundã partẽ principalẽ gl. qñ procedi debet in abſentẽ cauſata cã procedendi, nõ ex ſola abſentia, ſed ex crimine, vel alia cã. Dicit gl. ꝙ tunc citabitur, vt veniat ad ſe defendẽdū: ſi nõ venit, excõicabit̄, & expectabit̄ per annū: poſt annū ꝓcedat̄ ꝯ eū, ſm q̄d hr̄ xj. q. iij. rurſus. & erit proceſſus vt priuet̄, vel ſit priuatus, ſm diuerſitatẽ opi. de quibus ibi. Quod dic, vt declaraui in c. j. ſ. de iud. Inno. hic dicere vr̄, ꝙ refert, an agat̄ ad priuationẽ ꝓp crimẽ: q̃a tunc quãtūcunq; ſit contumax, ſuper crimine non fert̄ ſñia, iij. q. ix. decernimus. Sic in matrimonio carnali dr̄ hic, in quo nõ fert̄ ſñia, qñ nõ agit̄ de fędere matrimonij, ſed de delicto, vt ſ. c. j. ſed ꝓcedet̄ ad excõicationẽ, & poſtea ad priuationẽ ex perſeuerantia excõicationis, vt dr̄ ibi: & ſic ꝓp ꝯtumaciam, & non ꝓp delictū. Vel priuabitur ex delicto, quaſi habeat̄ pro cõfeſſo, ſm aliam opi. maxime qñ ꝯtumacia ꝑdurare ordinat̄ ad p̄ſumendum ꝯ delinquentẽ, vt in hæreſi, de hęre. excõicamus. Qñq; agit̄ de priuatione ipſius nõ immediate ex crimine, ſed ꝓp alium defectum, licèt deſcendentẽ ex crimine, ſiue ſit electus, & non ꝯfirmatus, ſiue ſit ꝯfirmatus, & nõ ꝯſecratus, ſiue ſit ẽt ꝯſecratus, vt ſi aliquis fuit in pacifica poſſeſſione ep̄atus ẽt cõſecratus, & mõ dicatur non electus, ſed intruſus vel ꝑ potentiam, vel ſymoniam, vel dolum: ſi hic fuerit contumax, ꝓcedet̄ ꝯ eū lite non conteſtata ad teſtium receptionẽ, & ſententiã. Ad quod j. dr̄ de matrimonio carnali: quia ẽt ſi ſit cõſummatum, agitur ad eius indagationem lite non conteſtata, ſm Innó. & hæc verba repetit Inn. in duobus locis in gl. in verbo, alicuius. & in gl. in verbo, diffinit̄. Allegat ẽt ad hoc vltimum id, quod habetur de carnali, j. qui ma. accu. poſ. perlatum. & dicit, ꝙ vbi proponit̄ aliq̄d ꝯ famam, vel perſonam, ſi eſt confirmatus, & nõ ꝯſecratus, tp̄s a canonibus diffinitū erit tẽpus, quo dẽt cõſecrari vel ordinari, & vlterius non expectabit̄. De quibus tp̄ibus, de elec. cum in cunctis. Si eſt tm̃ electus, expectabit̄ vſq; ad tp̄s, quo dẽt cõſentire, aliàs priuabit̄: & conſenſit, expectabit̄ tempus, quo debet confirmari: & ex tunc procedetur, ante non. Ad hoc allegat̄ Hoſt. de tranſla. præla. c. ij. & erit in conſecrato tp̄s ſex menſium a tempore conſenſus numerãdū, iuſto impedimento ceſſante: & ſi fuerit conſecratus, nec ibi, nec alibi conſecrabitur, 100. diſt. c. j. Ibi tñ loqui vr̄ de confirmato, de quo dic, vt in d. c. cum in cunctis. ſm Io. And. Hoc tñ placet, inquantum dicit expectari tempora iſta, qñ nõ eſt vere contumaciter abſens, ſed abſens volūtarie, vel culpa: quia ſi eſt ꝯtumaciter uere abſens, ſtatim poteſt procedi, vt in p̄cedẽti §. Sed an habeat locū hic §. in ſolis prælatis, dicit Inn. ꝙ ſic, & procedit non ſolum in epiſcopis, ſed in prælatis inferioribus, qui ſunt ſponſi, vel qui habent curam animarum, cum ibi cã aſſignata ſubſit periculum animarū. In alijs autẽ clericis nõ idem, ſed ꝓcedit̄ ꝯ eos, vt habes de cle. non reſi. ex tuæ. Alij dicunt, & melius, idẽ de cuiuſcunq; electione clerici agat̄: q̃a & per longam moram clericorum in ſpiritualibus defectū patitur eccleſia, de eo, q mit. in poſ. eum, qui. de elec. ſtatuimus. lib. vj. ¶ Notat hic Innoc. ꝙ late ſaltem dr̄ eſſe matrimoniū inter prælatos inferiores: & quod quilibet præſidẽs curæ põt dici latè prælatus, de quo dixi de iudi. c. ij.

*SVMMARIVM.*

1 *In abſentem non contumacem, quando agitur de matrimonio ſpirituali contrahendo, quomodo procedatur.*

2 *Electus abſens antequàm contra eum procedatur ſuper vitio electionis, expectari debet ſpatio ſex menſium.*

3 *De matrimonio ſpirituali contrahendo agi dicitur, antequam electus ſit confirmatus.*

4 *Electus habet ſex menſes ad conſentiendum electioni de eo factæ. nu. 5.*

*Electus*

6 *Electus habet ſex menſes ad conſentiendum electioni de eo factæ.*
7 *Dilationes ſunt hodie arbitrariæ.*

1 **§.Quod ſi forſan.** ¶ † Hic agitur de proceſſu in abſentem non contumacem,
2 quando agitur de matrimonio ſpirituali contrahendo.†No.
electum abſentem,antequam contra eum procedatur ſuper
3 uitio electionis,expectari per ſpacium ſex menſium. ¶ † No-
ta ſecundo,quòd in ſpirituali matrimonio agi dicitur de con
trahendo,antequàm electus ſit confirmtaus, uel antequàm
4 conſenſit.¶†Not.tempus datum electo ad conſentiendum,
quia eſt ſex menſium, niſi aliud tempus iudex arbitraretur,
quia illud bene poteſt arctare. De his temporibus dic hodie,
5 ut de ele.c.j.& c.quam ſit.& c.cupientes. lib.6. ¶ † Quæro, a
quo tempore computabuntur iſti ſex menſes? Dixit Vincen.
quòd a die electionis,ſi ſciuit,uel a die factæ primæ monitio-
nis.Hoſtien.dicit,quòd a tempore pręſentatæ electionis:quia
non eſt neceſſe,ꝙ electus citetur, ut ueniat petiturus confir-
mationem: ſed tantum per ſex menſes expectabitur propter
6 eius electionem:quod hic ſatis innuitur.¶†Quæro, an proce
dat hic §.ſiue agatur de priuatione iuris ex ſola abſentia, uel
negligentia non conſentiendi,an etiam quando agitur de pri
uatione electi reſpectu alterius defectus,ꝗ opponitur formæ,
uel perſonæ.Dic,quòd poteſt intelligi, quando agitur de pri-
uatione ex ſola abſentia,& negligentia non conſentiendi: &
tunc dic,ꝙ computabitur tempus,ut ſ.eſt dictum.¶Poteſt ſe-
cundo intelligi, quando agitur de priuatione iuris ratione al
terius obiecti, quod opponitur contra electum, & citatur ut
reſpondeat:nam hoc caſu,ſi per ſex menſes comparere diſtu
lerit,procedetur ſuper eo,quod opponitur,ſiue ſit lis cõteſta-
ta,ſiue non:& non obſtat quòd non ſit abſens per contuma-
ciam,ſecundum Inno.Dicit Hoſtien. quòd non uidet quali-
ter poſſet dici contumax citatus,ut reſpondeat,qui non venit
intra ſex menſes,imo eſt contumax,& proceditur contra eũ,
ut hic,& de cle.non reſi. ex tuæ. Hæc eſt mens literæ, ut mihi
uidetur,ſi abſens eſt electus non malitioſe,nõ obſtante quòd
non ſit uerus contumax, & etiam ꝙ ſit impeditus, quo caſu
non eſt contumax uere,licèt apparẽter,ex quo eſt citatus, vel
dato quod non ſit inuentus,quibus caſibus nõ procederetur
ad illa,quę ſunt magni præiudicij,ut dicã j.de eo, qui mit. in
poſ.cau.rei ſer.c.fi.dico,quòd tunc procedetur,expectato tan
to tempore,quo ex ſola abſentia poſſet priuari: quia cũ alia
via ueniret priuandus, non fit ei præiudicium, ſi nunc ſuper
cauſa procedatur,imo dicitur ſecum mitius agi: & puto ꝙ iu
dex poterit eligere quam viam uelit, uel priuare ratione ab-
ſentiæ,uel procedere ad cauſam, quæ opponitur, & per ele-
ctionem unius altera per hoc non tolletur,niſi ueniret pendẽ
te iudicio: quia re integra purgaret moram,argu. ff. de in in-
teg.reſt.l.fi.unde in confirmato expectabitur tempus de con-
ſecrando:in cõſecrato expectabitur tempus, de quo in §.p̄ce-
denti.In electo expectabitur tempus,quo conſentire arctat̃:&
ſic utrobiq; computabitur tempus, vt ſ. Per quæ puto quod
ſi lite conteſtata,& eo vero contumace exiſtente,ſaltem appa
renter,qđ eſt, eo quod abſentat ſe iudicio cępto, procedetur
nullo tempore expectato,lite etiam non conteſtata: & eo ve-
ro contumace,qđ eſt in caſibus præcedentis §.procedetur cõ
tra eum nullo tempore expectato,lite nõ conteſtata:& eo ve
ro non contumace,nec apparẽter, expectabitur per tempus,
quia tunc grauatur in procedendo, vbi procedi non debet,
releuatur in temporis interuallo.Ad hoc ff. de iureiurando.l.
7 eum,qui.& hęc eſt ipſa veritas.† Vltimo Doct.hic dicunt per
literam,quòd dilationes arbitrarię ſunt,alleg.de iud.nonnun
quam.de procu.dilectus.

*SVMMARIVM.*

1 *In abſentem non uere contumacem quomodo procedatur lite non conteſtata in cauſa matrimonij carnalis.*
2 *Ad ſententiam non proceditur in cauſa matrimonij carnalis contra non culpabiliter abſentem abſque malitia.*
3 *In abſentem quare ad ſententiam non proceditur lite non conteſtata.*
4 *Exceptionis finis ad elidendam actionem.*
5 *Contumax dici non poteſt, qui eſt egritudine, & captiuitate detentus.*
6 *Ad ſententiam diffinitiuam procedi non debet lite non conteſtata.*
7 *Ad ſententiam diffinitiuam quomodo poteſt procedi lite non conteſtata in cauſa carnalis matrimonij.*
8 *In cauſa matrimonij carnalis dirimendi quas exceptiones habeat uir, ubi probatum eſt,quòd coniuges ſunt in quinto gradu.*
9 *De morte alicuius quando veriſimiliter dicatur præſumi.*
*Matrimonium quando poteſt licite contrahi per alterum coniugum.*
10 *Ad ſententiam diffinitiuam an poſſit procedi,ſi citatio non tranſiuerit in notitiam citati.*
*Citatio quando non requiritur,ut tranſeat in notitiam citati, ut ex ea poſſit procedi ad ſententiam.*
11 *Vxor quibus caſibus priuatur exactione debiti ſine culpa.*

1 **§.Si autem.** ¶†Hic agitur de modo procedendi in nõ vere contumacem lite non conteſtata in
matrimonio carnali.Primo ponit dictum. Secundo illius aſſi
gnat cauſam,ibi,ei quidem.Tertio tollit obiectum,ibi,nequa
2 quam.¶†Nota,quod in cauſa matrimoniali ad ſententiam nõ
proceditur diffinitiuam contra non culpabiliter abſentem,
vel culpabiliter abſq; malitia: & ſic ad hoc vt procedatur ad
ſententiam in cauſa matrimoniali, non ſufficit præſumpta,
aut ficta contumacia, ſed exigitur uera, aut apparens vera.
3 ¶†Nota caſum,quare ad ſententiam diffinitiuam non proce
ditur in abſentem lite non cõteſtata,ne contingat tolli ius ab
4 ſentis,qđ veriſimiliter melius defendit agens. ¶†Nota finem
exceptionis,quia eſt elidere actionem.¶Nota,ꝙ licèt quis nõ
debeat iure ſuo priuari ſine culpa,& cauſa,priuatur tamen ſi-
5 ne culpa cũ cauſa.¶†Nota, ꝙ egritudo, & captiuitas excuſat
quem a vera contumacia.Item abſentia, vnde citari non poſ-
6 ſit,uel inueniri. ¶†Opp. ꝙ non proceditur ad diffinitiuam li-
te non conteſtata,vt ſ.c.j.So.Ibi quando agitur ad ſeparatio-
7 nem thori:hic quando agitur pro fœdere coniugij.¶†Opp.ſe-
cundo,ꝙ procedi poſſit ad ſententiam lite non conteſtata, vt
ſ. §. porro.Subeſt enim hic cauſa, quæ ibi, ſcilicet fornicatio-
nis timor.Dic,quod illa cauſa eſt impulſiua,qua aſſiſtente nõ
ſemper aſſiſtit diſpoſitio:ſed cauſa finalis fuit vera contuma-
cia ibi,quæ hic ceſſat.Vel vtrunq; ſcilicet vera contumacia,&
periculũ fornicationis illud ibi inducit, altero ceſſante, ceſſat
diſpoſitio. Concludit ergo hic Hoſti. quòd vbi agitur contra
contumacem,ſiue agatur de matrimonio dirimendo, ſiue ꝯ-
trahendo,ad ſententiam proceditur lite non conteſtata,vt pa
tet ſ.§.porro.Nec credo hoc immutatũ ꝑ cle. diſpendioſam.
niſi in hoc,ꝗa ibi ante exigebatur perẽptorium,modo nõ exi-
gitur.Sed an exigatur malitioſa abſentia,vel culpoſa:dic ſi agi
tur de matrimonio contrahẽdo,& non eſt contumax. Si agi-
tur de dirimendo contracto ex ſola abſentia, ſerua qđ not.de
ſpon.de illis.Si agit̃ de contrahendo impediẽdo ex altero im-
pedimento, qđ allegetur, etiam p̄t ſeruari qđ habetur in d.c.
de illis.& tempore illo lapſo p̄t procedi ad ſententiam, etiam
ſi non ſit culpabiliter abſens, vt ſ.§.præcedenti.Si agit̃ de con-
tracto dirimendo, ſi abſens eſt ex culpa,dicit Hoſt. ꝙ p̄t proce
di ad ſententiam diffinitiuã,arg.a contrario literæ ibi, cum ſi-
ne culpa.Sed ei obuiat ibi,ſed non malitioſa:ꝗa ſufficit quod
non ſit abſens malitioſe,q̃q̃ culpa poſſit imputari.Sed ꝓ Hoſ.
facit tex.in c.j.qui ma.accu.poſ.& in c.perlatũ. qui fi. ſint leg.
Hæc pars eſt vera,& ibi dum dicit,non malitioſa, ſubaudiunt
Doc.nec culpabili: vt ꝗa abfuit aliqua ꝓbabili cauſa, vt cauſa
ſtudiorum,vel iuit ad nundinas,vel viſitauit amicum, vel iuit
vltra mare,puta in peregrinatione:nã propria tunc voluntate
abfuit,ſed ꝓbabili. Secus ſi culpabili, ꝗa nihil ꝓbabile habe-
bat: quæ in dubio probabilis præſumitur.Fortius procedi p̄t
ſi abſit malitioſe, uel quando ei poteſt aliquid imputari, vel
aliquo modo citari poſſit: quo caſu poteſt procedi contra ip-
ſum,ex quo aliquid imputari p̄t:ſed ſi nihil imputari p̄t, non
proceditur contra ipſum,nec mulier contrahere poteſt ex ſo-
la abſentia:nec obſtat quod priuetur ſine culpa,&c. quia ſol-
ue vt in litera.In dubio aũt ſi non apparet an culpabiliter, vel
doloſe ſit abſens,præſumitur abeſſe ex dolo, ꝗa obligatus eſt
eſſe cũ vxore,vt no.ꝗ ma.acc.poſ.c.j.ad hoc qui fi.ſint leg. ꝑla-
tũ.& qđ no.de eo,qui mi.in poſ.c.fi.ſecundum Inn.qđ no.Tu
dic,ꝙ ſi culpa incipit ad dolo,licet ad aliũ finem cõmiſſo pro
cedit,poſſit,vel nõ poſſit inueniri,vt in c.1.qui mat.accu. poſ.
ſi a propria voluntate non doloſa, licet ſit culpa non eſſendo
cũ vxore,non proceditur,niſi cum diſtinctione,an poſſit cita-
8 ri,vel non.Primum teneretur in practica.¶† Quæro, quas ex-
ceptiones poterat habere vir?Dic forte contra teſtes ad repro
bandas perſonas teſtium vel dicta: vel probabit quartum gra
dum,vbi illi probarunt quintum:vel forte probabit ſecum di
9 ſpẽſatum.¶†Quæro cũ gl.quando dicatur veriſimiliter præ-
ſumi de morte.Dicit gl.ꝑ famam,vel ꝗa ſenex erat, vel in acie
fuit,& nõ redijt:tunc ſi contrahat mulier,ab adulterio excuſa
tur,34.q.2.cũ per bellicã.vel ſi recepit literas illorum, cum ꝗ-
bus militauit,C.de rep.auth.hodie.Recitat alios dicere,ꝙ cõ-
trahere non debet, niſi ſit certa de morte, vt j. de ſecun.nup.
dominus.& de ſpon.in præſentia.Sed dicit̃ ſatis certa per hu-
iuſmodi præſumptiones,ex quo aliquo tempore, vt per annũ
expectauit. Nota gl.quod vbi exigitur probatio certa, ſufficit
probatio præſumpta præſumptione violenta. De hoc quali-
ter mors probetur,dixi plene in d.c.in præſentia.& Bar. in l.2.
10 ff.quemadmo.teſt.ape.¶†Oppo. ſecundo, quòd ad ſententiã
procedi poſſit,ẽt ſi non trãſiuerit citatio in notitiam citati,de
dolo.cauſam.& c.fi.Gl.allegat pro & contra, an exigat̃ ꝙ edi-
ctum tranſeat in notitiã citati.Concludit, ꝙ regulariter nõ eſt
neceſſariũ,imo ſufficit ſi requiſitus nõ inuenitur,de dolo,cau-
ſam.cum ſi. Fallit in caſu iſto, in quo exigitur vel quod tran-
ſiuerit in notitiam citati, vel malitioſè ſit abſens, & hic eſt
gloſſa.Dic, & eſt de mente Innocentij hic, ſi agitur de fine

miſſionis ex primo, tunc non exigitur quod ſit perſonaliter ci
tatus, nec exigitur malitioſa abſentia: ſufficit ꝙ requiſitus nõ
inueniatur,& non defendatur, quia in talibus ſufficit ficta cõ-
tumacia : imo ſufficit non defendi. Et ſic loquitur c. cauſam.
cum ſimil. Si agitur proceſſu ad ſententiam diffinitiuam, ibi
exigitur regulariter vera contumacia, vel apparens vera. Ideo
exigit, qđ ſit perſonaliter citatus, quia tunc apparens eſt vera
contumacia, vt patet ff.de app. ex conſenſu. & patet ex not.in
clemen. ſi autem. de dolo & contumacia. & facit quod not.in
l.3.§.prætor.ff.de dam.infe. Sufficit etiam, ꝙ aliter concludat
vera contumacia, quæ colligitur alijs tribus caſibus. Primus,
quando ſe occultat,& latitat. Ad hoc ſ.§.porro.ff. ex qui.cau.
in poſ.ea.l.Fulcinius.per totã l. Item quando impedit, ne cita-
tio ad eũ veniat, quo caſu citatio ad domũ ꝯcludat eum verũ
cõtumacẽ, vt notabiliter tex.dicit ſ.§. porro. Itẽ quãdo abeſt,
iudicio iã cum eo cepto, vel vbi obligatus eſt ad eſſendum in
certo loco, qa præſumitur malitioſe abeſſe: aliàs nõ pt proce-
di ad diffinitiuã: certe imo pſumitur tunc ex culpa, vt hic eſt
caſus in abſente ꝓpria voluntate, niſi intelligat ex aliqua cau
ſa ꝓbabili, quæ excludit malitiam, qa in dubio pſumitur. Fal-
lit in matrimoniali, in qua ſufficit, ꝙ ſit culpabiliter abſens,
vt in c.1.qui ma.accuſ. poſ. Ad hoc 11. q.3.certum. vbi habes
tres modos verę contumacię vel non veniendo, quãdo eſt in-
uentus, vel non parendo, vel illicentiatus recedendo. ¶Opp.
ꝙ ad ſententiam poſſit ꝓcedi, dato ꝙ malitioſe nõ ſit abſens,
vt qui fi.ſint legi.c.perlatum. Sol. Non dicit ibi ſententiam te
nere: ſed dato ꝙ lata ſit, qa in facie eccleſiæ ſeparati ſunt, be-
ne tribuit color ad ſm matrimonium, vt proles ꝓdita legiti-
ma efficiatur, vt ibi innuitur. Itẽ ibi abeſt ſine cauſa, & ſic ma-
litioſe præſumitur abſens, vel ſaltem culpabiliter. ¶Opp. ad
idem qui ma.accuſ.poſ.c.j. Dic, ꝙ illa per iſtam corrigitur. Itẽ
ibi fuit abſens culpa ſua pp delictum, qđ cõmiſerat,& ſufficit,
ꝙ culpabiliter abſit: vel ſm Hoſt. ſufficit, qđ lapſo anno ex cã
contra talem adhibita diligentia, de qua in dicta decre.perla-
tum. quod innuit litera hic: vel in breui tu tene mediam ſolu
tionem. Inn.dicit, ꝙ ibi,& in c.1.& c. perlatum. fuerunt mali-
tioſe abſentes, quo caſu ſufficit citatio ad domũ: alias non ſuf
ficeret in his quę ſunt grandis prçiudicij, vt no.de eo, qui mit.
in poſ.c.fin. Tene mediam, qa ſufficit culpabilis abſentia, ma
xime quando trahit originem a dolo, vel delicto, ne delictum
præſtet immunitatem:& in dubio, ſi aliud non apparet, mali
tioſa præſumitur, vt dicit Inn. ſi mulier neſcit vbi ſit, vt d. c.1.
de cle.non reſi.ex tuæ.& idem ibi no. quia obligatur ad eſſen-
11 dum cum ea. ¶†Vltimo gl.ponit caſus, quibus mulier priua-
tur exactione debiti ſine culpa, ſed non ſine cauſa: dic vt in
ea, quia eſt clara, &c.

*SVMMARIVM.*


1 *Ad teſtium receptionem quomodo poteſt procedi lite nõ conteſtata, duobus caſibus hic expreſsis.*
2 *In cauſa inquiſitionis non proceditur lite non conteſtata, quando ad inſtigationem alterius proceditur per viam querelę.*
3 *Iudex vbicunque ex officio procedit, an ibi ſit lis conteſtanda.*
4 *Inquirere de iuribus eccleſiæ an poſſit inferior à Papa.*
5 *Teſtium ad ęternam rei memoriam publicatio quando habeat locum.*


1 §.Sunt & alij. ¶†Ponit duos caſus, in quibus poteſt
procedi ad receptionẽ teſtium lite nõ
conteſtata. ¶Nota iſtos duos caſus, in quibus ad receptionẽ
2 teſtium proceditur lite non conteſtata. ¶†Opp.primo, ꝙ in
cauſa inquiſitionis non procedatur lite nõ conteſtata, vt not.
j.de purg.can.c.cũ dilecti. Dicit Hoſt. ꝙ in inquiſitione, in qua
proceditur ex mero,& puro officio, procedit quod hic, quia
tunc non eſt perſona, cum qua lis conteſtetur. quãdo autem
ad inſtigationem alterius proceditur per viam querelæ impe-
trata inquiſitione, dicit, ꝙ neceſſaria eſt litis conteſtatio, vt ibi
not. Idem dicit Inn. litem conteſtandam, quando inquiritur
aliquo ſpecialiter proſequente, vt not. de teſti. cum olim. ad
fin. magnæ glo. maxime quando agitur de aliquo iure alteri
dando, vel accreſcendo. Ad hoc glo. pro & contra de re iudic.
cum I.& A. in verbo, lit.conteſt. Hoc tenet Goffre. hic in Sum-
ma. Spec. in tit. de inquiſi.§.j. verſi. ſed ſi igitur. opi. recitatis cõ
cordat opi. ꝙ in generali inquiſitione, ſiue abſit proſecutor,
ſiue non, non fit litis conteſtatio. Sic loquitur de re iudi. cum
I.& A. in ſpeciali, ſi proſecutor inquiſitionis nõ eſt, nulla fit cõ
teſtatio, vt hic: fit tamen quædam quaſi conteſtatio, quæ eſt
inter famam,& reſponſionem factam traditis capitulis ſecun
dum formam c. qualiter. ad illa iuncta reſponſione, vt dicit
Hoſt. de accuſ.c.qualiter. Si ſit inſtigator, ſi eſt tantum aſſiſtẽs,
vel ibi poſitus per iudicem vt iuuet, cum eo lis non eſt conte-
ſtanda: ſi ſit proſecutor ſpecialis impetrans,& aſſumens in-
quiſitionis telam, cum hac eſt lis conteſtanda, vt dixit hic
3 Innoc.& Hoſtien. vbi ſupra. ¶†Quæro, an vbicunque proce-
dat iudex ex officio, ibi lis non ſit conteſtanda. Dicit Inno-
cen. hic, quòd verbum, exceſſus, hic late patet, quod com-
prehendat quando agitur ex officio iudicis pro iuriſdictio-
nibus, vel iuribus eccleſiæ, quæ male occupata, uel detenta di
cuntur, j.de teſt.cum olim.2.q.7.quapropter.de ſim.licet He-
4 li.de accu.qualiter. †Nota hoc dictum Inn. ꝙ pro iuribus ec-
cleſiarum, ubi male tenẽtur, põt agi officio iudicis,& iudex
inquirere. Sic declara dictũ Inn.ſ.in prin.c.qui dicit, ꝙ pro iu-
ribus eccleſiarum non poteſt procedi ad inquiſitionẽ, niſi ex
magna cã: qa eſt magna cauſa, eo ꝙ male tenentur. Et ſic tem
pera dictum indiſtinctum, qđ ponit de iureiur. ad noſtrã. vbi
dicit non poſſe inferiorem a Papa inquirere de iuribus eccle
ſiæ.& vide qđ ſcripſi ſ.de poſtul.præla. bonæ. Dicit etiã Hoſt.
hunc §.locũ hre, qñ inquiritur de electione, vel electo, iudice
procedente ex officio, de elect.cũ dilecti. ubi dicit Ber. hunc §.
intelligi,& locũ habere his caſibus. Ad hoc de elec. cũ nobis
olim.& no.in c.j.de poſtu.pła.lib.6.per Inn.& dixi de libel. ob
5 la.c.j.& ſ.eo.in prin. †Quæro, qñ habeat locũ publicatio hęc.
Dic, qñ aliqs timet, ne ſibi fiat in poſterũ controuerſia ſuper
aliquo, tunc põt petere a iudice, ut teſtes, qui interfuerunt ne
gotio, publicentur, id eſt eorum dicta redigantur in publicã
formam ad ęternam rei memoriam. j. de teſt. ſignificauit. in
Aut.de teſt.§.pen. Et hoc caſu recipiunt oẽs teſtes, ſiue ſenes,
ſiue iuuenes, ſiue debiles,& ſtatim publicantur. Et in hoc eſt
differentia inter hanc receptionem,& illam, de qua pmiſit in
prin.ca. quia ibi recipiunt tantũ ſenes, uel de quorũ abſentia
timet:& illi nõ ſtatim publicantur, ut ibi not. Itẽ illa in acto-
re, hic §.in reo. Itẽ ibi nõ ualet ultra annũ, niſi fiat denũtiatio:
hic valet perpetuo,& ſine denũtiatione. Itẽ hic recipiuntur te
ſtes pſentibus his, ꝯ quos recipiuntur, uel ab initio citatis, ibi
non:& ſic citati nõ fuerunt. Differt hęc ab illa, de qua ſ.§.por
ro. Quod per te videas, ſecundum Ioan.And.

*SVMMARIVM.*


1 *In abſentem quibus caſibus non proceditur ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata.*
2 *In contumacem proceditur in actione reali per miſſionem in poſſeſſionem.*
3 *Contumacia quomodo purgari poſſit aduerſus miſſum in poſſeſſionem.*
4 *Poſſeſſionem rei nactus cauſa contumaciæ veræ, illius efficitur poſſeſſor ſolo anni lapſu.*
5 *Actiones reales, perſonales, & mistæ, quæ ſint.*
6 *Cautionem de iudicio ſiſti non præſtat, qui non eſt contumax.*
7 *Poſſeſſionem rei qui perdidit cauſa contumaciæ; quomodo uideatur ſibi reſeruata defenſio pro eadem recuperanda.*
8 *Contumax quando debeat cauere ad purgandum contumaciam.*
9 *Contumax in purganda contumacia de quibus expenſis ſatisfacere debeat.*
10 *In poſſeſſione recuperanda perdita ratione contumaciæ, ubi uenit intra annum, an ſit vocandus actor.*
11 *Poſſeſſione recuperata, quam quis perdiderat ratione contumaciæ, ſi iterato ſit reus contumax, quomodo aduerſus eum procedatur.*
12 *Excommunicationis exceptione nunquid repellatur reus a petitione recuperandæ poſſeſſionis perditæ ratione contumaciæ.*
13 *Contumax, qui poſſeſſionem rei perdidit ratione contumaciæ, ſi veniat poſt annum, non ſatisfacit de expenſis.*
14 *In actionibus realibus, an exigatur ſummaria cognitio.*
15 *Citatio trina an ad actum miſſionis in poſſeſſionem exigatur.*
16 *Contumax vbi priuatur poſſeſſione ratione contumaciæ, ſi non veniat intra annum, a quo tempore incipiat annus.*
17 *Ad poſſeſſionem recuperandam nunquid compellatur is, contra quem eſt facta miſſio.*
18 *Contumax an indiſtincte audiatur cum cautione de iudicio ſiſti.*
19 *Cautionem, quam quis habeat præſtare, vbi ſatiſdare tenetur, etiam ſi ſit contumax.*
20 *In poſſeſſionem miſſus an dicatur poſſeſſor incommutabilis poſt lapſum anni, vel exigatur ſecundum decretum. nu. 21.*
21 *In poſſeſſionem rei miſſus an efficiatur verus poſſeſſor ante annum.*
*Decretum ſecundum an exigatur in reali poſſeſſione poſt anni lapſum.*
22 *Actio hypothecaria an quo ad effectum miſſionis æquiparetur realibus, an vero perſonalibus.*


1 §.In alijs. ¶†Hic agitur de modo procedendi in abſen
tem lite non conteſtata in caſibus, in quibus
non poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam. Et primo loq
tur de conuento proprio nomine. Secundo de cõuento noĩe
alieno in reali. Tertio loquitur de conuento in perſonali. Se-
2 cunda ibi, qđ ſi. Tertia ibi, ſi autem. ¶†Nota modum proce-
dendi in contumacem in reali, quia proceditur ad miſſionẽ
in poſſeſſionem. Et nota effectum,& finẽ miſſionis, ut tedio af
3 fectus ueniat reſponſurus. ¶†Nota modũ purgãdi contuma-
ciam competentem miſſo, quia dẽt uenire intra annũ,& prę-
ſtare debet cautionem de iudicio ſiſti,& offerre ſatisfactionẽ
4 expẽſarũ,& poſtea poſſeſſionem recuperabit. †Nota effectũ
miſſionis lapſo anno, qa actor ſolo lapſu anni efficitur uerus
poſſeſſor. Et no. effectũ, ꝙ efficiatur poſſeſſor, quia efficitur de
poſſeſſore petitor,& ſolum ſibi reſeruatur quæſtio ſuper pro-
prietate, nec amplius auditur de poſſeſſione, niſi probet de

proprie-

proprietate. Et ſic in eũ transfundit onus probandi in ꝓprieta
te. ¶ No. arg. pro & cõtra, ꝙ miſſus in reali ſtatim efficit verus
poſſeſſor: ibi recuperabit. & ꝙ nõ efficit, niſi lapſu anni: ibi, cõ
ſtituat. Similiter eſt arg. ꝓ & ↄ̃, ꝙ ſolo lapſu anni efficiatur ue
rus poſſeſſor, & nõ efficiat niſi miniſterio iudicis: ibi, ↄſtituat.
5 †Opp ꝙ nõ perfecte diſtinxerit Papa, quia dixit de perſonali-
bus, & realibus, & nõ dixit de miſtis, q̃ eſt tertia ſpecies actio-
nũ: ſicut fami. erciſ. cõi diuidundo, finiũ regundorũ. Inſtit. de
act. §. quędã. So. Inquantum dant ad rẽ, ſequunt nãm realiũ:
inquãtũ dantur ad perſonales præſtationes, ſequunt naturã
perſonalium circa miſſionem, ff. fa. erci. itẽ Labeo. §. familiæ.
De interdictis aũt, quæ ſunt perſonalia in rẽ ſcripta, dic ꝙ imi-
tant naturã realiũ. Ad hoc qđ not. de fo. cõpe. ex parte. Idẽ đt
Io. An. de actione ꝙ met⁹ cauſa: qa licet perſonalis ſit, tamen
eſt in rẽ ſcripta, ff. qđ met. cau. l. metum. §. nolẽti. & l. licet cum
tui. §. licet. & l. ſi cũ exceptione. §. aliquãdo. & l. pen. §. diu⁹. ſm
Goffr. De hypothecaria glo. ſunt cõtrariæ. Glo. in l. 3. §. ult. de
acquir. poſ. dicit idẽ qđ in reali. gl. in l. ſi quis emptionis. §. fi. di
cit idẽ qđ in perſonali. Dy. dixit, ꝙ ſi ſit miſſio ↄ̃ debitorem,
idẽ qđ in perſonali: ſi ↄ̃ tertiũ, idẽ qđ in reali. Puto, qđ quo ad
miſſionem idẽ, qđ in reali, ↄ̃ quẽcũq; agatur: ſed lapſo anno
quis ſit effectus, dicã ſuper gl. vlt. in §. fi. & tãgit Cy. in d. l. ſi qs
emptionis. & in l. cum proponas. C. de bo. auth. iudic. poſ. vbi
6 per gl. †Opp. tales cautiones indiſtincte non p̃ſtãdas, ff. qui ſa-
tisd. cog. l. ſciendũ. in Auth. de ſan. epiſ. §. ſi uero ꝓ cauſa. Sol.
Ibi loquitur de nõ cõtumacibus, hic de cõtumacibus, contra
quos eſt facta miſſio, in quibus non procedit diſtinctio illa.
7 †Opp ꝙ nõ reſeruet defenſio, ſed ſolũ ius agẽdi, ex quo aduer
ſarius miſſus efficit poſſeſſor, & poſſeſſor nõ uendicat, Inſt. de
act. in prin. ff. uti poſ. l. j. §. j. de iud. examinata. So. Dic, defenſio
ne, id eſt impugnatione. Sic 8. di. quo iure agis. i. defendis. Hẽt
ergo neceſſe agere, ex quo poſſeſſionẽ amiſit, ff. de rei uẽd. l. fi.
Vel forte ideo dixit, quia ſi adhuc detinet, de ꝓprietate poſſet
fidẽ facere, & cõtumax detẽtationẽ haberet, C. de p̃ſcrip. 10.
an. ſi quis emptionis. §. fi. j̃. de ord. cog. cũ dilectus. uer. vñ ver⁹.
8 ff. ad exhi. l. 3. §. ibidẽ. †Quæro, qñ ſit exhibẽda cautio hæc. Dic
ꝙ ante ingreſſum iudicij, ut C. de iud. ſancimus. j̃. đ app. repre
hẽſibilis. Nec credit Vin. locum habere quadrimeſtre, qđ dat
9 iudicatis ad executionẽ: de quo s̃. de of. del. quęrẽti. †Quæro,
de quibus expenſis ſatisfaciat. Dic ꝙ de factis ante miſſionẽ,
vel citationẽ. Idẽ ſi poſt occaſionẽ cõtumaciæ, de procu. audi
tis. ſm Hoſt. An aũt minor euitet condemnationem expenſa-
rum, uide in Spe. de primo, & ſcđo decre. §. reſtat. uer. ꝗd ſi nõ
10 reperiant. in 4. col. †Quęro, an uocandus ſit actor tẽpore recu
perationis poſſeſſionis. Io. An. remittit ad Specu. de primo de
cre. §. iam de effectu. verſi. ꝗd ſi ipſe iudex. ad fi. ubi đt, ꝙ ſi nõ
offert cautionẽ, vocãdus eſt actor: ſi offert cautionẽ, nõ eſt uo
candus de neceſſitate: quia uel cautio erit legitima, & habet
intentũ: vel cautio non erit legitima, & habebit ꝓ nõ cauto:
& lapſu anni efficit uerus poſſeſſor, C. ſi per uim, vel alio mõ.
l. fi. Et per hoc in uer. ſeq. dicit ꝓuiſum, qñ miſſus eſt ↄtumax,
uel longinque abſens: quia is, ↄ̃ quẽ eſt facta miſſio, habet ſa-
tisfacere de expẽſis, & cautionẽ idoneã p̃ſtare, & ſibi reſtituet
poſſeſſio. Ad hoc de ſen. excõ. ſacro. de offi. ord. paſtoralis. §. j.
16. q. 3. §. poteſt. l. fi. C. de anna. exce. Sed melius eſt, ꝙ uocet, ꝗa
põt cõtendere ſuꝑ expẽſis, uel quãtitate expẽſarũ, de eo, ꝗ mit.
11 in poſ. cũ veniſſent. Ad hoc qđ no. de app. qua frõte. †Quid ſi
recuperata poſſeſſione reus iterato ſit contumax, uide in Spe.
12 in loco præalleg. & uide quod no. de do. & contu. c. j. †Nunqd
ab hac petitione reus repellat exceptione excõicationis: dic
ut in Spe. de contuma. §. fi. uer. ſed pone, reus. De hoc dicã j̃. đ
except. cum inter. & per Bar. in l. de pupillo. §. fi. ff. de no. oper.
13 nunc. †Quæro, an ueniens poſt annũ debeat ſatisfacere de ex
penſis. Vinc. ꝙ non, quia ſatis eſt ꝙ poſſeſſionẽ amiſit, & fact⁹
eſt de poſſeſſore petitor, de iud. at ſi clerici. Et hoc placet Ioã.
An. licet Hoſt. ↄ̃ in Summa huius ti. §. j. uerſi. ſed quid in illo.
14 †Quæro, an in reali exigat ſummaria cognitio. Dic, opi. ſunt.
Vr̃ ꝙ nõ, ꝗa hic nõ exigit. Accur. ꝙ ſic, interrogatus cõſulẽdo.
Odof. cõtrariũ. De quo in Spe. de primo & ſcđo decre. §. j. uer
ſi. ſed nunquid p̃cedat. in 5. col. Spe. & Ioan. An. in add. tenent
qđ exigit: quia dato ꝙ hic nõ dicat, ſuppleri debet. Sic & non
dicit in perſonali, in §. in alijs. & tñ ſupplet: & hoc propter p̃iu
dicium, quod fit, ꝗa lapſu anni efficit uerus poſſeſſor, & incõ-
mutabilis: quod eſſet abſurdum ſine cauſæ cognitione fieri.
15 †Quæro, an ad actum miſſionis exigat trina citatio, vel cum
ſolennitate edicti perẽptorij. Dic, ꝙ licet non exigatur quo ad
condemnationem expenſarum, exigitur tñ quo ad actũ miſ-
ſionis, ut no. gl. in l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infec. Et patet
ex his, q̃ no. Cy. in l. cum proponas. & ibi Bar. C. de bo. autho.
iud. poſ. & no. gl. in c. quoniam contra falſam. de prob. in ver.
dilationes. in fi. uer. Idẽ de excõicatione dicit. Ad quod de ſen.
excõ. ſacro. 24. q. 3. de illicita. & ff. de re iud. l. contumacia. Idẽ
Bar. in l. ↄſentaneũ. C. qũo & qñ iud. allegat l. præſenti. §. ſed ſi
hoc. C. de ijs, qui ad ecc. cõfu. licet Butr. ↄ̃, in d. l. conſentaneũ.

cum hoc non reperiat, niſi in diffinitiuis. Tene primũ. Hoc te-
net Bar. in l. 4. §. Iulianus. ff. de dã. infec. allẽ. expreſſum in l. con
ſentaneũ. C. qũo, & qñ iud. Et hæc đt vera, ſiue hæc miſſio fiat
ante litis conteſtationẽ, ſiue poſt. Nõ obſtat ſi dicat, poſt litẽ
conteſtatam omnis dilatio eſt peremptoria, ff. de fer. l. fi. quia
illud eſt uerum in dilationibus probatorijs: in expectatorijs
aũt, uel citatorijs ſemper debet adijci peremptorium, ad hoc
ut ꝓcedat ad diffinitiuã, vel miſſionem, ff. de iud. ad perempto
riũ. & d. l. conſentaneũ. Secus dicit in citationibus, quæ fiunt
ad alias interlocutorias, quia illæ in dubio cenſentur perem-
ptoriæ, ut ad uidendum iurare teſtes, C. de teſt. ſi quãdo. vel ad
aliã interlocutoriã, ſm Bar. Si tñ ſit citatus perẽptorie ad ha-
bẽdũ delictũ cõtumaciæ, an exigatur alia citatio ad actũ miſ-
ſionis: Bar. dicit ꝙ nõ, ſi additũ eſt iſtud, Et perẽptorie: quia ꝑ
illud verbũ ſatis vr̃ comminari ſe proceſſurum ad miſſionẽ, ꝑ
l. cõſentaneũ. C. qũo, & qñ iu. Quod forte nõ eſt quo ad diffi-
nitiuã. Tutius tñ eſt, ꝙ quo ad miſſionẽ iudex comminatur,
alias procedetur ↄ̃ te, nõ obſtãte tua cõtumacia, ff. de iudic. ad
perẽptoriũ. & de of. dele. cõſuluit. ubi hr̃ de primo. Ad hoc qđ
16 no. in l. 3. ff. de re iud. †Quæro, a quo tꝑe computatur annus.
Quidam ꝙ a tẽpore, quo uẽtũ eſt in poſſeſ. ff. de pig. actio. l. nõ
eſt mirũ. & a tempore miſſionis, ſi nõ admittat, vt no. in Spec.
de primo & ſecundo decre. §. iam de effectu. uer. ultimo quæ-
ro. in 11. col. Ad hoc tenet hic Egi. ſm Io. An. Contrarium te-
net Spe. in ti. de ſcđo decre. §. uidendum. uer. hoc quoq; notã-
dum. in 6. co. ubi tenet qđ a tẽpore decreti primi hoc tempus
cõputatur pro eo, j̃. de dolo. contingit. Io. An. allegat ibi in ad
di. plene pro & cõtra: & ꝙ a tẽpore miſſionis, allegat §. in alijs.
vbi non ſit mẽtio de decreto, ſed miſſione, de offi. ord. paſtora
lis. in fi. de eo, qui mit. in poſ. c. j. & 2. de ver. ſig. dilecto. C. de p̃.
ſcrip. trig. an. ſi quis. in fi. Itẽ quia in pęnis, &c. ut in regula, in
pęnis. de re. iur. lib. 6. facere vr̃ differẽtiã, ſed ꝑfecte nõ firmat,
an decretũ interponat de tertio mittẽdo: & ꝗa nõ efficit ſtatĩ
poſſeſſor, tempus currit a tẽpore miſſionis: an dicat, ↄſtituo te
poſſeſſorẽ, uel iubeo: & tunc dicit, ꝙ licet adhuc nõ efficiatur
poſſeſſor ante miſſionẽ, ut not. Io. An. in addi. Spe. de ſecundo
decre. §. 2. ſuꝑ ſcđa forma, per l. cum poſtulaſſem. ff. de dam. in
fec. hoc tñ faciet iudicis authoritas, & voluntas, ut ſicut curre
ret decẽniũ appellationis interponendæ a tẽpore pronuntia-
tionis, ſic currit a tꝑe ꝓnuntiationis, licet non ſtatim actor poſ
ſeſſionẽ nãciſcatur. Dico, ꝙ ſi inter decretũ, & miſſionẽ nõ ſit
dare mediũ, caſus non hẽt dubiũ: ſi eſt dare mediũ, & hoc cõ
tingit propter culpã rei, a tꝑe decreti currit annus, de dolo. cõ
tingit. Si hoc cõtingit culpa actoris, & nõ currit niſi a tꝑe miſ-
ſionis, non obſtat ꝙ hãc culpã nõ poſſit allegare reus, q̃ ſibi ↄ-
modum affert reſpectu perceptionis fructuum, ut dicit Ioan.
An. in dicta addi. quia ex hoc reus nõ lucrat fructus: ꝗa & eos
habet regulariter reus, etiam ſi ille ſit immiſſus. Si neuter eſt
in culpa, ſatis eſt bñ diſtinguendũ, vt dicit Io. An. Et hæc ſuffi-
ciant de hoc pũcto. Et ĩ hac parte ↄcordat p̃miſſis qđ no. Spe.
in ti. de primo decre. §. iã de effectu. uerſi. ultimo q̃ro. in pe. co.
17 †Nũquid aũt intra annũ cõpellat is, ↄ̃ quẽ eſt facta miſſio, ad
recuperãdã poſſeſſionẽ, ſcribitur per Io. An. poſt Archi. de eo,
qui mit. in poſ. cã rei ſer. ſuꝑ rubrica, ibi, ↄcludit ꝙ cõpelli nõ
põt. & ibi remittit ad Spe. de primo decre. §. 2. ver. porro. in 6.
co. Et idẽ firmat, licet aliqui Legiſtæ ↄ̃dixerint in addi. Spe. in
ti. eo. tractat etiã, an ſi cõtra plures ſit facta miſſio, audiatur re
cuperans unus pro rata ſua uolẽs ſatisfacere pro rata expenſa
18 rum. Et cõcludit ꝙ nõ: ponit in prægalle. rubrica. †Quæro, an
indiſtincte audiatur cũ cautione de iudicio ſiſti. Dic ꝙ ſi eſt ↄ-
tumax in non ueniendo, uel nõ ſiſtẽdo ſe in iudicio, auditur
refectis expenſis, & cautione p̃ſtita de iudicio ſiſti: ſi eſt contu
max in nõ cauẽdo, uel aliꝗd nõ p̃ſtando, uel ſoluẽdo ad man-
datũ iudicis, nõ auditur refectis expenſis, niſi actu caueat, uel
ſatisfaciat, ubi ſatisfacere habet: ut ſic in eo, in quo fuit contu
max, per ius directe ↄ̃riũ purget cõtumaciã, ſm Iac. de Are. ut
l. ſi finita. §. videamus. & §. ſeq. ff. de dã. infec. Sic dicit Io. An. in
addi. Spe. in tit. de primo decre. §. reſtat. uer. generaliter aũt. ad
fi. §. porro. Pro hoc eſt caſus in l. ſi pecuniæ. ff. ut leg. no. cauea.
& eſt caſus j̃. de verb. ſign. ex parte. Iõ dicit Bar. in l. conſenta-
neum. C. qũo, & qñ iu. ꝙ ſi poſt ſentẽtiam fiat miſſio, quia nõ
paret iudicatis, nõ diſcedetur de poſſeſſione donec ſatisfece-
rit, ꝗa propter contumaciã nõ ſatisfaciẽdi eſt facta miſſio: qđ
not. Venio ad gl. quęro, qđ tediũ fiat reo, & cõtra quẽ facta eſt
miſſio. Gl. dicit, ꝙ tedium erit, ꝗa actor miſſus in poſſeſſionem
expellet reũ de poſſeſſione, & erit poſſeſſor, & ꝑcipiet fructus,
j̃. đ ſequeſ. poſ. c. 2. & 3. & ſi reus venit intra annũ, recuperabit
poſſeſſionẽ cũ fructibus, deductis expẽſis, ut j̃. ſequitur. In per-
ſonali actione tediũ erit, ꝗa cũ cultura ſpectet ad ↄtumacẽ, il
le immiſſus erit cũ eo in agro, vt cuſtodiat fructus, ne ille con-
ſumat illos, ff. ut in poſ. le. l. is, cui. §. qui legatorum. de quo gl.
remittit de dolo, & contu. cõtingit. Scđm hoc ergo gl. tenet, ꝙ
miſſus in poſſeſſionẽ in reali ſtatim efficiatur uerus poſſeſſor:
qđ an ſit uerũ, infra examinabit. Sed tenendo hãc opi. q̃ tenet

Butr.in l.conſentaneum.C.quomodo,& quando iud. & gloſ.
ibi,& in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dã.infec.& ĩ l.ſi quis emptio
nis.ad fi.C.de præſcri.trigin.anno. Eſt dubium de ratione di-
uerſitatis.Dñt hic quidã,ꝙ in reali dico me ius hr̃e in re,ĩ qua
miſſum ſum:qđ nõ eſt in ꝑſonali, ſm Gof. Aliã rõnẽ aſſignat
Roſ.vt dicit Spe.in ti.de pri.decr.§.iã de effectu. ver. ſed uerũ.
in uer.ſed q̃ eſt rõ.qa miſſio in ꝑſonali eſt extraordinaria , qa
agit̃ ꝯ obligatũ,in quo,ſi poſſibile foret,facienda eſt miſſio,&
oportet ꝙ ad res deſcẽdat,in quibus hẽt ius agẽdi: ſed in reali
ius agẽdi dirigit̃ in finẽ cõſequẽdæ rei, & ſic fælicius operatur
miſſio,ut in finẽ ſibi deſtinatũ,de or.cog.c.fi. Circa dubia gl.
Inn.remittit ad ea quæ no.de verbo.ſig.dilecto. Io. An.remit-
tit ad Sũmã de ꝯtumacia.§.itẽ punit̃ contumax.& ſeq.Inquã-
tũ aũt dicit gl.ꝙ mittat̃ ĩ poſſeſſionẽ,ut inferat tediũ, declarat
hoc Spe.in tit.de primo decr.§.reſtat.ver. porro in immobili.
qa ſi intrabit camerã,& intrabit miſſus ſir̃, & in re mobili fa-
ciat tediũ:quia ſi eſt miſſus in poſſeſſionẽ equi, cũ dñs illũ uo
let ad aquã ducere,miſſus poterit illum deuiare, & eũ ad aliã
aquã ducere ſaniorẽ,cũ ipſe habeat equi cuſtodiã . Item ſi ſit
miſſus in poſſeſſionẽ libri,cũ dñs volet legere in tit. de treuga
& pace,miſſus voluet ad tit.đ rapto.vel de ſagitarijs,vel đ iniu
rijs:hoc tenet in re immobili.In re aũt mobili đt Spe.in tit.de
primo decr.§.iã de effectu.uer.ſed utrũ.ꝙ miſſus expellet illũ
de poſſeſſione,ff.ut in poſ.le.l.is,cui.§.relegatorũ.uer. in cæte
ris.ubi Io.An.dicit eſſe caſum , vt ſicut ibi cuſtodit fructus ne
diſſipent̃,ſic & res mobiles.Dicit ibi Spe.ꝙ in Bononia ſeque
ſtrant̃,qñ inter ciues,& ſcholares eſt q̃ſtio,ſiue agat̃ reali, ſiue
perſonali:ſed illud,qa de ſcholariũ formidat̃ receſſu,ff.qui ſa-
tiſ.cog.l.fideiuſſor.§.fi.tñ concludere vr̃ ibi,& in eo.§. ver.por
ro.ꝙ nõ expellet̃ de poſſeſſione,ſed tm̃ fiet miſſio , niſi ſubſit
19 ſuſpicio,ꝑ ꝑdicta.†Quærit gl.q̃ cautionẽ habeat ꝑſtare. Gloſ.
dicit,ꝙ cũ ſimpl̃r loquat̃ de cautione, intelligit̃ ſine pignori-
bus,uel fideiuſſoribus:& ſic ſufficiet nuda, C.de uer.ſig.l. ſan-
cimus.ſed nõ eſt verũ,imo ſufficientẽ preſtare dẽt,q̃ intelligit̃
cũ fideiuſſoribus,vel pignoribus,ff.mãdati.l.ſi mãdato.§.ulti.
& l.cũ ergo.§.adijci.ff.de fideiu.ad hoc decre. ad hoc. j. de ſe-
que.poſ.quæ in hoc ſupplet iſtam.Hoſt. dicit ſufficere iurato
riam:qđ dic,vt de uer.ſig.ex pte.de dolo.c.j.Hoſt.Idem Pet. &
Abb.de dolo,put.de ſolu.Odoardus. Idẽ Spe.in tit. de primo
20 decre.§.iã de effectu.uer.ultimo.†Oppo.ꝙ lr̃a ſibi cõtradicat,
inq̃tũ dicit,ꝙ ueniẽs intra annũ recuperat poſſeſſionẽ refectis
expẽſis,& ꝑſtita cautione.Per qđ ſentit ꝙ ſi recuperat,illã ꝑdi-
dit,& ſic miſſus poſſidet intra annũ:j.dicit, ꝙ lapſu anni effici
tur poſſeſſor,nõ ergo fuit ante poſſeſſor.Duplex eſt opi. Vna,
ꝙ miſſus ante annũ efficit̃ uerus poſſeſſor in reali : & pro hac
parte facit tex.inq̃tũ dicit ꝙ eã intra annũ recuperat:& qđ lr̃a
in fine dicit,ꝙ lapſu anni efficit̃ uerus poſſeſſor , debet intelli-
gi.i.incõmutabilis poſſeſſor:qa ibi añ annũ audit̃ de poſſeſſio-
ne,refectis expẽſis,& ꝑſtita cautione:poſt annũ irrecuperabi-
liter illã perdit,niſi doceat de ꝓprietate: & ſic efficit̃ incõmu-
tabilis poſſeſſor.Similiter eſt ſecũda opi.Hoſt.ꝙ miſſus in poſ-
ſeſſionẽ in reali efficit̃ uerus poſſeſſor demũ lapſu anni. Et qđ
lr̃a dicit,ꝙ recuperat poſſeſſionẽ añ annũ,dic.i.detentationẽ.
Vł,recuperat.i.retinet poſſeſſionẽ,quã nõdũ amiſit.Simile 3.
q.5.quia ſuſpecti.Vin.tenet, ꝙ ſi miſſus detinuit detẽtationẽ
intra annũ,poſt annũ efficit̃ verus poſſeſſor abſq; decreto : ſi
nõ retinuit,exigitur ſm decretũ,ut efficiatur verus poſſeſſor,
de reſt.ſpol.ſæpe.& hoc ꝓbat,ſm eũ,lr̃a decre.cũ cõtingat. de
dolo.ubi đt,cõſtituat̃.Gof.ibi ꝯdicit, ſpãle in caſu illo in odiũ
illius,qui impedit actorẽ,ut ipſo lapſu anni nõ efficiatur ver⁹
poſſeſſor:& dicit,ꝙ credit utroq; caſu eũ effici verũ poſſeſſo-
rẽ.Quod ẽt placet Inn.Vide an exigat̃ in reali ſm decretũ,exa
21 minabit̃ in d.c.cõtingit.†Nãqđ aũt efficiat̃ ver⁹ poſſeſſor miſ-
ſus ante annũ,vel poſt demũ,ſunt opi.ut uides.Hęc dubitatio
eſt ẽt inter Legiſtas.Io.& M.in l.ſi qs emptionis.§.fi.dñt, ꝙ nõ
eſt poſſeſſor ante annũ in reali,poſt annũ demũ efficit̃ poſſeſ-
ſor,lapſu anni irreuocabilis. Bul.đt, ꝙ demũ lapſo anno effici
tur ver⁹ poſſeſſor,& ante ẽ detẽtor.Pro primo facit l. ſi a quo.
ff.de dã.infec.Pro ſcđo facit d.l.ſi qs emptionis.§.fi.Et has opi.
recitat gl.C.ubi in rẽ ac.l.2.dic vt ibi.Gl. vacillat in l.ſi finita.§.
ſi plures.ff.de dã.ĩfe.In vna parte ſentit, ꝙ miſſus efficiat̃ verus
poſſeſſor intra annũ: in alia ſentit,ꝙ demũ lapſu anni. Cy. ni-
hil firmat,nec in l.ij.nec in l.ſi qs emptionis.§.fi.Bu.in l.cõſen
taneũ. tenet opi. ꝙ ſtatim efficiat̃ uerus poſſeſſor, lapſu anni
incõmutabilis. Idem tenet in l.ſi quis emptionis.§.fi.& illã đt
uerã opi.gl.tenet opin.Bul.j.de dolo,& cõt.ꝯtingit.& idẽ Doc.
in §.ſeq.Spe.tenet primã opi.Io.& Azo. ĩ Spe. de primo decr.
§.iã de effectu.uer.6.& uer.ſed utrũ.alle.ſ.đ offi. or.paſtoralis.
§.fi.ubi intra annũ recuperat poſſeſſionem.Barto.nullibi hoc
decidit clare,ſed de vno loco remittit ad aliũ,in l.ſi finita. §.ſi
plures.ſentit opi. Bul. ibi dicit ꝙ nõ efficitur uerus poſſeſſor
ante annũ,& iõ nõ lucrat̃ fructus.Cõis tñ opi.Canoniſtarum
eſt,ꝙ nõ poſſideat ĩtra annũ, ſed poſt annũ efficiat̃ verus poſ-
ſeſſor.Et hæc fuit opi. Ber. & Hug. & quaſi omnium Canoni-
ſtarũ,vt dicit Spec.in d.uerſi.utrũ.& hoc teneatis . ¶ Quærit
gl.an in reali,exigatur ſecundum decretum.Dicit gl. quod ali
qui dicunt ꝙ ſic,ꝑꝑ uerbũ,cõſtituat̃,qđ eſt futuri, & notat mi
niſterium iudicis,ut dixi in ſimili de fo.compe.ſi diligenti. Di
cit gl.uerius eſſe,ꝙ in realibus nõ hẽt locũ ſm decretũ,niſi for
te qs ad cautelã impetret : qa ſolus trãſcurſus anni conſtituit
quẽ verũ poſſeſſorẽ,de offi.or.paſtoralis.de do.& cont. cõtin-
git.Et hoc tangit hic Inn.qđ in ꝑſonali, & qđ in reali : qđ exa-
minabitur de dolo.cõtingit.Remanet tñ,ꝙ ĩ reali nõ exigitur
ſm decretum.Idẽ tenet gl.in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dã.infe.
tenẽdo quãcunq; opi.ſiue ꝙ ſtatim efficiat̃ verus poſſeſſor, ſi-
ue lapſu anni.Et hoc cõiter tenet̃, & hoc cõiter examinat̃,ple
22 nius in d c.cõtingit.†Sed eſt dubiũ,qđ de hypothecaria, an il
la quo ad effectum miſſionis æquiparet̃ realibus,an perſona-
libus.Gl.ſunt ꝯriæ.Vna,ꝙ æquiparat̃ perſonalibus, vt đt gl.in
l.ſi quis emptionis.§.fi.Alia,qđ æquiparat̃ realibus. Et hoc đt
gl.in l.3.§.genera.ff.de acqui.poſ.Dic concor.ut gl. q̃ đt,ꝙ ęq-
paret̃ realibus,habet locũ qñ fit miſſio ꝯ tertiũ poſſeſſorem .
Illa,q̃ dicit, ꝙ ęqparet̃ ꝑſonalibus , ꝓcedat qñ fit miſſio cõtra
principalem debitorẽ.Pet.idẽ,qđ in perſonalibus ꝓcedat, qñ
fit miſſio:nec operetur plus,uel tãtũ miſſio,quãtũ operaretur
diffinitiua:nã per diffinitiuã nõ haberet niſi poſſeſſionẽ.Ia.de
Are.& Cy.dñt,ꝙ idẽ qđ in realibus : & dñt ꝙ lapſus anni ope-
rabit̃ vt nõ audiat̃,niſi ꝓbet indebitũ:de quo j.§.fi. Hãc opin.
tenet Bar.in l.5.§.genera.ff.de acqui.poſ. & dicit, ꝙ ſi fiat miſ-
ſio in hypothecaria ſuꝑ re hypotecata , ꝙ ſi debitor intra an-
nũ offerat cautionẽ cũ refectione expenſarũ,nõ poterit debi
tor reuocare poſſeſſionẽ,ſi incontinenti offerat miſſus proba
re hypothecã.Et dicit,ꝙ eſt dictũ Spe.in ti.de cõtuma.§.ſequi
tur.uer.ſed pone.Dicit tñ hoc uerũ , qñ cõſtat de hypotheca,
& de debito.Nec ob.l. ſi quis emptionis.§.fi.qa ibi non cauſat
dñium ab eo . ꝯ quẽ eſt facta miſſio : quo caſu forte eſſet idẽ.
Opi.oẽs circa primũ dubiũ recitat Io.An.in addi.Spe.in ti.de
contu.§.ſequitur.uer.ſed nunqđ in hypothecaria.& ultra hoc
cõcludit differẽtiã,an miſſio fiat ꝯ tertiũ,an ꝯ debitorẽ : quia
qñ ꝯ debitorem,lapſu anni grauabit̃ probare indebitum. Si ꝯ
extraneũ,tũc arctabit̃ extraneus ꝓbare de dñio,ſi uult poſt an
nũ recuperare.Et ſi dicat̃,ad qđ prodeſt ꝓbare rẽ nũc eẽ ſuã,ſi
erat in bonis debitoris tp̃e obligationis.Dicit, ꝙ valet debito
re nõ excuſſo,in auth.hoc ſi debitor.C.de pig.qa tũc effectua-
liter obtinebit,ille nõ ꝓbante ſe dñm, vt retineat rẽ abſq; exe-
cutione,ubi oporteret ꝙ prius excuteret,ſi non eẽt miſſus : ꝓ-
derit tñ aduerſario probanti ſe dñm,quia non datur hypothe-
caria ex ꝓbõne rẽ fuiſſe ĩ bonis ꝯ illũ, q ẽ dñs,ſicut nec Publi-
ciana,ff.de pig.l.ab eo.& no.in l.rem alienã.ff.de pig.ac. opor
tebit enim ꝙ de nouo excutiat,ſi uult obtinere in hypotheca
ria contra dñm nõ probantem : ſi tñ probat ſe dñm aduerſa-
rij,non proficiet creditori probare rẽ fuiſſe in bonis , l. ab eo.
ff.de pig.& no.in l.ſi rem alienam.ff.de pig.act. ubi per Barto.
Proficeret eñ probare rem fuiſſe in bonis, qñ agit̃ ꝯ tertiũ nõ
poſſidentem:ſicut in Publiciana dicimus.ff.de Pub.l.ſiue au-
tem.ff.de rei uend.l.a Titio.

*SVMMARIVM.*

1 *In abſentem contumacem quomodo lite non conteſta. procedatur in reali, quando poſſidens conuenitur nomine alieno.*

2 *Sententia lata contra obedientiarium nunquid præiudicet domino.*

3 *Poſſidens nomine alieno,quod poſſit in iudicio conueniri, & ſtatim ille debeat nominare dominum.*

4 *Poſſidens nomine alieno,quòd debeat ſtatim dominum, nomine cuius poſſidet,nominare in iudicio.*

5 *Actio ex quo datur contra poſſidentem nomine alieno,an ſi dicatur quòd nomine alieno poſſideat,habeat probare.*

6 *Poſſidens nomine alieno,an poſſit variare,vbi prius nominauit dominum in iudicio.*

7 *Poſſidens nomine alieno ſi in iudicio conueniatur, ex quo ſe incontinenti offert liti, & non nominat dominum,poteſt variare.*

8 *Sententia lata contra poſſeſſorem nomine alieno, per quam eius contumacia ablata eſt ei poſſeſſio,an noceat domino.*

9 *Poſſidens nomine alieno,ſi conueniatur in iudicio, ad quid inuentus eſt modus procedendi,vt nominet dominum.*

10 *Sententia lata contra poſſidentem ciuiliter,non præiudicat posſidenti naturaliter.*

11 *Actio,vel exceptio,quę competit contra posſidentem nomine alieno,pro cuius exoneratione ſufficit nominare dominum, an procedat in detentore ſimplici,& commodatario,ac depoſitario.*

12 *Aduerſus poſſesſionis detentorem quomodo procedatur.*

13 *Dilationes omnes ſunt arbitrariæ.*

14 *Lis quando habetur pro quaſi conteſtata,& qualis ſit eius effectus.27.*

15 *Posſidens nomine alieno,ubi in iudicio conuenitur, & nominat dominum, quomodo procedatur aduerſus dominum uenientem in iudicio.*

16 *Procurator datus ad adminiſtrandum,uel ad negotia,ſi in iudicio conueniatur, an posſit nominare dominum in iudicio, ut ab inſtãtia abſoluatur, vel ut inſtruat dominum,& conſulat.*

17 *Damnũ inferens mãdato alterius,vterque tenetur,ubi conſtat de mandato.*

*Sententia*

18 *Sententia ſuper damno illato mandato domini, quomodo exequatur aduerſus dominum.*

19 *Clericus ſi conueniatur in foro ſeculari ex damno illato nomine clerici, vel ratione quod conuentus eſt is, qui nomine clerici poſſidebat, & poſſidens clericum nominauit eſſe dominum poſſeſſionis, an poſſit declinare forum.*

20 *Præſcriptio an dicatur interrupta a die, qua poſſeſſor nominauit dominum, vel per quaſi litis conteſtationem. nu. 27.*

21 *Super damno illato, quod credatur ſolo ſacramento domini poſſeſſionis, an procedat, quomodocunque quis poſſideat.*

22 *Poſſidens nomine alieno, vbi liberatur ab inſtantia iudicij, ex quo nominat dominum, an iure mobili habeat locum dicta nominatio.*

23 *Poſſidens aliquo reſpectu nomine alieno habens ius in re, an poſſit dominum in iudicio nominare, vt videatur abſolui poſſe a iudicij inſtantia totali.*

24 *Creditor conuentus ſuper pignore an poſſit nominare dominum in iudicio.*

25 *Poſſidens nomine alieno, ex quo conuenitur in iudicio, nominat dominum, per quem debeat intimatio fieri ipſi domino.*

26 *Poſſidens nomine alieno ſi conueniatur in iudicio, quo tempore debeat nominare dominum, vt liberetur ab inſtantia iudicij.*

28 *Clauſula, Summarie, & de plano: vbi quis procedit, qualis eſſe debeat cognitio, vt licitè poſſit ad ſententiam procedi.*

29 *Iuramentum calumniæ ſemel preſtitum per actorem, an ſufficiat, vt amplius iurare non teneatur.*

30 *Iuramentum calumniæ ſemel coram primo iudice præſtitum, an iteretur iudice variato.*

31 *Iuramentum calumniæ, an quis præſtare arctetur in actione mutata, vel accumulata, etiam ſi ſit inſtantia mutata.*

32 *Iurare de calumnia an debeat is, contra quem agitur, nominans dominum in iudicio.*

33 *Poſſeſſione priuatus ratione contumaciæ, ꝙ quis poſſit audiri de poſſeſſione intra annum, vel proprietate poſt annum, an procedat indiſtincte, vbi quis poſſidet nomine proprio, vel alieno.*

34 *Poſſeſſione priuatus ratione contumaciæ vſq; ad quantum tempus audiatur reus de proprietate poſt annum.*

1 §.Quod ſi ſuper. †Hic agitur de modo procedē-
di in abſentē, & contumacē lite
non conteſtata in reali, qñ conuenit̄ poſſidēs nomine alieno.
¶Nota practicā procedendi ante litis conteſtationē in reali,
qñ conuenit̄ qs nomine alieno: qa ſi cōuentus poſſidēs noīe
alieno vult iudiciū intrare, dēt nominare dominū in iudicio,
& ſtatim antequā ſuſcipiat iudiciū. Secundo dēt hoc intima-
ri domino, cuius nomine poſſidet̄. Tertio dēt ſtatui ei termi-
nus, vt veniat ad ſuſcipiendū iudiciū in ſe, vel mittat procura-
torē ſufficientē. Quarto, eo nō veniente citabit̄ legitimis edi-
ctis: & ſic exigit̄ trina citatio, vel peremptoriū. Quinto, exami
nabitur negotiū ſummarie. Sexto fiet miſſio in poſſeſſionem.
Et ſic habemus 6. requiſita. ¶Vltimo nota duos effectus ex ta
li modo procedendi, qa conuento detinente nomine alieno,
& dño in iudicio nominato quo ad interrumpendam p̄ſcri-
ptionē lis habet pro quaſi conteſtata, & hēt illa quaſi conte-
ſtatio ſolū effectū interruptionis p̄ſcriptionis. Secundus eſt ef-
fectus, qa miſſus ſic ſeruatis ſolennitatibus efficiet̄ ſtatim ve-
rus poſſeſſor, & hoc operabit̄ hæc quaſi cōteſtatio, & hæc cō-
tumacia. ¶Venio ad examinandū §. & recipio Doc. dicta ante
quam deſcendā ad gl. primo dicit hic nominationem proce-
dere, ſi agit̄ ſup rebus: qd ſi cōueniat̄ ſup iuribus, an hēat locū
nominatio? Inn. hic ꝙ ſic. Vñ dr̄, ꝙ ſi agit̄ pro obediētia, p̄t cō-
uentus nominare dominū in iudicio: & ſic qñ ēt agitur ꝯ poſ
ſeſſoriū. Idē no. in c. intra quatuor. de maio. & obe. Et hoc ve-
rū, dicit Bar. maxime ſi adherēt iura in rebus immobilibus, qa
de eis vt immobilibus iudicat̄, l. ſi aliena. §. j. ff. de vſucap. & ff.
2 cōia p̄di. l. j. ¶† Nunqd aūt ſnīa lata ꝯ obediētiarium p̄iudicet
domino, examinabit̄ de re iud. q̄uis. & c. ſuborta. de quo de re
3 iud. ſæpe. & c. cū ſup. ¶†Secundo in quibus actionibus locum
hēat nominatio in iudicio: dic in reali, vt hic, ſiue ſit ſtricta rei
vendicatio, ſiue Publiciana, ſiue ēt cōfeſſoria ꝓ iuribus incor-
poralibus. Idē Gul. de Cu. in miſta, vt ff. de peti. hære. l. nec illā.
§. ſi quis abſentis. alias eſt ſub l. ēt. Et hoc tenet Bart. in l. 2. C.
vbi in rem actio. inquātū dat̄ cōtra poſſeſſorē. Inquātū aūt ſa-
pit naturā perſonalis p̄ſtationis, qa dat̄ ꝯtra obligatū, ē ſecus,
& idē tunc qđ in pſonali. In actione perſonali in rē ſcripta, vt
eſt poſſeſſoriū recuperādæ, an detur facultas nominādi dñm
in iudicio, gl. in l. 2. C. vbi in rē actio. dicit ꝙ nō, qa text. loqtur
de cōuento actione in rē. Gul. de Cu. tenet cōtra per aut. qua
in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. ſed illa nihil facit. Glo. in l.
locū. §. j ff. de tab. exhi. tenet ꝙ hoc bñficiū hēt locum: qđ ſatis
placet Bar. ſi ex hoc nō introducitur legū correctio: & hoc ex
rōnis indētitate. Opi. ꝙ nō hēat locū, tenuit gl. 12. q. 2. quicun
que. Idē Spe. in ti. de primo decre. §. reſtat. verſ. hoc etiam not.
vbi examinat materiā iſtius §. Allegat 16. q. 1. in canonibus. de
fo. comp. cū ſit. & c. ſi clericus. & c. cōqueſtus. & no. hic in glo.
ſecus: & tenuit Cy. in dicta l. 2. Gul. de Cu. in l. 2. tenet ꝙ hēat
locū, qa cōtra detētorē nō p̄t cōpetere poſſeſſoriū, ex quo nō
poſſit præiudicari domino, C. de agric. & cen. l. q pro colono:
Allegat pro caſu ff. uti poſſi. l. ſi duo. §. creditores. quia ſpoliās
ſuo nomine poſſidet: ſecus ſi alieno poſſidet. Et ſic loquit̄, qñ
cōuenit̄ noīe ꝓprio, & vult nominare actorē, quē forte ſpolia
uit. Credo, ꝙ ſi agat̄ ſtricto interdicto recuperādæ, qđ dat̄ ꝯtra
ſpoliātē, nō habet locū, inquantū datur contra mādantē, nec
inquātū datur ꝯ ratū habētē: qa oīa illa iura loquunt̄, qñ con
uenit̄ noīe ꝓprio, etiā ſi cōueniret̄ pro ſola detentatione, quā
hēt noīe ꝓprio. Idē de cōdictione ex decre. ſæpe. qa dat̄ ꝯ poſ-
ſidētē nomine proprio, & alteri in vitiū ſuccedentem: ſecus ſi
agit̄ cōdictione ex decre. ſæpe. Inquātū ſuccedēs in vitiū deti-
neret nomine alieno, poſſent cōpetere hęc remedia. Si agitur
retinendæ ꝯ tenētē forte naturalē noīe alieno, & turbantē ex
illa detentione, ſatis puto locū hr̄e nominationē. Idē ſi agitur
4 adipiſcendæ, vt dicta l. locū. §. j. ff. de tabu. exhi. ¶†Si quærit̄, an
habeat locū hoc remediū, qñ quis cōuenit̄ actione mere pſo-
nali: dic ꝙ non, niſi in rem ſit actio ſcripta. Et hoc verū, loquē
do ſtricte de hoc remedio: bñ tñ p̄t illū, ad quem principaliter
ſpectat, in iudiciū noīare, vt eū inſtruat ſuper defenſionibus
5 ſuis, ſm Bar. in dicta l. 2. † Quæro, quia dat̄ contra poſſidentē
nomine alieno, an ſi dicatur ꝙ poſſideat nomine alieno, hēat
probare, an ſtatim audiat̄, ꝙ dicat ſe noīe alieno poſſidere. Di
cit Ioan. An. Ia. de Are. tenuiſſe, ꝙ cū declinatorie excipiat, qa
alias vt detentor cogebatur iudicium ſubire, ff. de rei ven. l. of-
ficiū. & l. qui reſtituere. & in exceptionibus reus eſt actor quo
ad onus probandi, l. j. ff. de excep. & l. in exceptionibus. ff. de ꝓ-
ba. & cogetur probare. Idē Cy. in d. l. 2. in 2. q. Idē Bu. Bar. ibi di
cit, ꝙ eo ꝙ nominat dominum in iudicio, ſe exonerat, ut cōtra
eū actio non ſit dirigenda, per hæc iura: & quia nuda volunta
te poteſt ſe conſtituere noīe alieno poſſidere, ff. de acqui. poſ.
l. qđ meo. & no de reſti. ſpo. cū veniſſent. Pōt tñ actor volens
hr̄e remedium l. fi. ff. de rei ven. vt poſſeſſio ad ſe trāſferat̄, ſi ꝯ-
uincat illum de mēdacio, aſſumere in ſe onus probandi, & ꝓ-
bare illū ꝓprio noīe poſſidere. Quod nota, quia extendit illā l.
fi. & pœnam eius de poſſidente ex toto negante ſe poſſidere,
6 ad poſſidētem negāte ſe tm̄ noīe proprio poſſidere. †Quæro,
an poſſidēs noīe alieno poſſit uariare, vbi prius nominauit do
minum in iudicio, poſtea vult aſſumere in ſe, & dicere ſe no-
mine proprio poſſidere. Dicit Io. An. Ia. de Are. dixiſſe ꝙ ſic, ff.
de noxa. l. electio. §. ſi is. ff. de interr. actio. l. de ętate. §. fi. & l. ſeq.
Cy. dicit p eadē iura, ꝙ ante litē cōteſtatā pōt variare, poſt nō.
Idem Bu. Spe. in ti. de primo decre. §. reſtat. ver. quid ſi nomi-
nās. tenet ꝙ ſi variat, dicēdo ſe noīe alieno poſſidere, & poſtea
ꝓprio, tāquam conuictus de mēdacio efficit̄ de poſſeſſore pe-
titor, per l. fi. ff. de rei ven. Sed idē dicit, ſi nominat dñm in iudi
cio, & dicit dñs cōparens, ꝙ non poſſidet nomine ſuo. Quod
no. quia cōfirmat opi. Bar. Puto tñ ecōuerſo, ꝙ ſi primo dixe-
rit ſe poſſidere, ꝙ poſſit ante lit. cōte. pœnitere, & dicere ſe no
mine alieno poſſidere, ff. de rei uend. l. is, qui ſe. ff. de peti. hr̄di.
7 l. qui ſe liti. †Quæro, quid ſi non nominat, ſed incotinēti ſe liti
offert, an poſſit: Dicūt quidā ꝙ pōt, qa nō arctat̄ ad nominan-
dū dñm in iudicio, nec dēt. & ꝓbāt per lr̄am l. 2 quæ d̄t, pōt: &
ſi hr̄, debet, exponitur pro pōt, ff. de offi. proconſul. l. ſolet. Idē
Spe. in ti. de primo decre. §. reſtat. verſi. hoc etiam notandum.
8 ¶†Sed quid ſi non nominet dominū, & cōtra eū ꝓcedat̄, & in
eius contumaciam auferatur ei poſſeſſio, an hoc p̄iudicabit
domino, q uere poſſidet circa poſſeſſionē, uel ꝓprietatē. Dicit
Inn. ꝙ non, C. ſi per uim, uel alio modo. l. fi. Sed q litē ſuſcepit,
tenebit ad intereſſe ante litem cōte. p actionem de dolo: poſt
lit. cōte. condemnabitur ad ipam rem, cū habeatur pro poſſeſ
ſore, ſi actor reū nō poſſidere ignorabat, ff. đ rei ven. l. is, qui ſe
obtulit. & l. ſeq. ff. ſi uſuſf. pe. l. fi. Si uero ſciebat eum nō poſſi-
dere, decipitur a ſe ipſo: vel melius ad æſtimationē cōdēnabi
tur ſe offerens, uel quanti in lite fuerit iuratū, vel ad intereſſe,
ff. de pe. hære. l. qui ſe liti. Nō credo, ꝙ hic habeat locum iura-
mētum in litem, ex quo dolo non reſtituit, licet dolo litigaue
rit, ſed alterū ex alteris remedijs. Nec ob. ſi dicatur, eiecto co-
lono, dominus perdit poſſeſſionē, ff. de acqui. poſ. l. 3. §. qđ ſer-
uus. igitur & ſaltē poſſeſſionē amittit dominus, ſi poſſeſſio p
iudicē eſt ablata: & fortius, qa nō uitioſe aufert̄, qa plus debet
tur in d.l.2.ꝙ requiratur,vt ſupra dixi,ꝙ recuſet ſine cauſa re-
ſpondere,& ꝙ iudex pronunciet eum haberi pro confeſſo cõ
tumacem in reſpondendo,vel pronunciet eum ſine rationa-
bili cauſa recuſare.Vnde oportet iudicem patefacere eius de
lictum,antequam habeatur pro cõfeſſo,ff.de iure fiſci. l.eius,
qui delatorem.Et dicit Bar.ꝙ ſi talis decedat ante hanc denũ
tiationem,ad eius hæredem non tranſibit pœna, vt habeatur
pro confeſſo, vt d.l.eius,qui delatorem. ſm Bar. Hæc vera in-
quantum ſic eſt contumax ad reſpondendum poſitioni. Per
contumaciam autem ad reſpondendum libello non habebi
tur pro confeſſo,vt lite non conte. c.1.Poſſet forte haberi pro
confeſſo,ſi iuberetur vt reſpondeat, vel ſibi libellus deſtinare
tur cum præcepto reſpondendi, & comminatione vt niſi rñ-
deat,habebitur pro cõfeſſo.Et eſſet ex hoc practica vtilis,ſem
per poſſe procedi in abſentem ad ſententiam diffinitiuã abſ-
que conteſtatione,& eſſet hic conteſtatio ex ficta cõfeſſione,
22 ſicut in vera dixi,de lit.conteſt.c.1. ¶†Quæro,aliquis interro-
gatus an poſſideat,rñdet ſe non poſſidere,cũ poſſideat: an ex
hoc mendacio puniatur.Reſpondet glo. ꝙ ſi actor hoc ꝓba-
uit,ſ.ꝙ poſſideat,vbi reſpondet ſe non poſſidere,res,quæ peti
tur,eſt illi auferenda, & debet dari actori, quãuis non probet
rem ſuam eſſe,in pœnam mendacij,ff.de rei ven.l.vlti.Hęc ve
ra dicit ibi gl.qñ agitur reali: ſecus ſi ageretur perſonali ad rẽ
tradendam,quia hæc pœna non eſt à iure impoſita.Item hæc
vera, ſi in negatione perſiſtit vſque ad aſſumptum onus pro-
bandi:tunc releuatur ab hac pœna, ff. de iureiur. l.ſi duo.pa-
troni.& l.eum qui.Item hoc verum, niſi conuentus remedio
illius legis incontinenti ſe offerat paratũ probare dñium: qa
tunc impedit tranſlationem poſſeſſionis, ſicut in alijs poſſeſ-
ſorijs dicimus,quibus obſtat dñij exceptio, vt l.3. §.ibidem. ff.
ad exhib.& l.ſi is,à quo.vt in poſ.leg.& l.3.§.cauſa.ff.ad Carb.
glo.tenet ꝯ,in auth. item ſi poſſeſſor. C.qui pot.in pig.hab.&
hoc in pœnam mendacij.Et eſt caſus, in quo agenti poſſeſſo-
rio adipiſcendæ non obſtat exceptio dñij,quanq; incontinen-
23 ti offeratur probatio:quod eſt notandũ. ¶†Quæro,an ad in-
terrogationẽ aduerſarij compellatur reſpondere.Glo.dicit ꝙ
non:ſi tamen reſpondeat, præiudicabit reſponſio, ff.eod.l.ſi
ſententiæ.de dolo,& contu.prout. Hæc vera ſecundum Goff.
quando fit interrogatio, quæ fit ante lit.conteſta. ſed ad poſi-
tionem bene tenetur reſpondere, ſecundum Goffr. Aſſignat
cauſam, quia interrogatio non fit per iurm, ſed poſitio ſic.

Contrarium dixi ſupra poſt But. Ideo dico idem in poſitione, quod in interrogatione. Nam ĩterrogatio, & poſitio licèt fiat per partem, i. materia, ſuper qua interrogatur, pars non arctatur ad rñdendum, niſi præcedēte iuſſu iudicis. Ideo habet ſtylus curiæ, ꝙ pars non arctatur ad rñdendum poſitionibus, niſi ſint datæ in ſcriptis, vt ponendo confiteantur: & ſic æqualitas hic inde ſeruetur, de mut. peti. prudentia. C. de fruc. & lit. expen. l. fin. & in regula, non licet. de reg. iur. lib. 6. In interrogationibus autem ante litem conteſtatam etiam de practica curiæ illæ non dantur in ſcriptis, ſed iudex ad inſtantiam partis interrogat, ſecundum Dominos de Rota, ſua cõcluſione 31. fatentur, ꝙ ſi non data in ſcriptis poſitione ad illam volunta-
24 riè reſpondeat, ꝙ præiudicabit ſibi confeſſio. ¶†Vltimo an ſufficiat quæcunque reſponſio? Glo. dicit ꝙ non; imò debet facere illum certum cui reſpondet, ff. eod. l. de ætate. §. nihil. aliàs dicit Io. And. ꝙ fiet interpretatio contra eum, de dolo, & contu. dilecti. Remittit Hoſtien. ad Summam, de iudic. §. quæ ſunt neceſſaria. vſque ad §. illum autem. Antonius de Butr.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurat de calumnia per alium epiſcopus per illum agens.*
2 *Epiſcopus quòd habeat priuilegium in litigando.*
3 *Iuramentum habet per ſe epiſcopus præſtare, & non per alium, vbi eligit per ſe litigare.*
4 *Iuramentum non præſtat epiſcopus tactis Euangelijs duobus caſibus.*
5 *Iuramentum calumniæ præſtare recuſans in quo puniatur.*
6 *Epiſcopus quomodo non compellatur per alium litigare, etiam in foro ſeculari.*
7 *Iuramentum calumniæ an ſit ſemper à litigatoribus præſtandum.*
8 *Iurare cogitur epiſcopus tactis ſcripturis, niſi appareat iure oppoſitum.*
9 *Iurare de veritate dicenda an poſſit procurator.*
10 *Iuramentum veritatis de quibus poſſit quis præſtare ſalua conſcientia.*
11 *Teſtis non reddens cauſas concludentes certam ſui dicti ſcientiam, an & in quibus probibet.*
12 *Iurare non compellitur epiſcopus per ſe, vbi per alium elegit litigare.*
13 *Iurare recuſans an cadat à cauſa ipſo iure, an vero per ſententiam.*
14 *Lex quando vtitur verbis futuri temporis, non eſt latæ ſententiæ.*
15 *Inſtantia iudicij an pereat, ſi iudex nolit ferre ſententiam contra recuſantem iurare de calumnia.*
16 *Iuramentum calumniæ in quibus cauſis præſtetur.*
17 *Iuramentum calumniæ an præſtetur in recuſatione iudicis.*
18 *Iuramentum an præſtetur in cauſa denuntiationis.*
19 *Iurare an debeam de calumnia, ſi emi rem à Titio, quæ eſt Sempronij.*
20 *Iuramentum calumniæ an ſit præſtandum in cauſa appellationis.*
21 *Iuramentum calumniæ ſi ſit præſtitum ante litem conteſtatam, non eſt iterandum poſt litem conteſtatam.*
22 *Iuramentum calumniæ an poſſit peti præſtari propè finem ſententiæ.*
23 *Appellare poteſt, qui pro confeſſo habetur.*
25 *Iurans nunquam iurare, etiam de calumnia, ſi non iuret, incidit in pęnas, vt pro confeſſo habeatur.*
26 *Iurare de calumnia ſi vtraque pars recuſat, non habet locum pęna hic expreſſa.*
27 *Iuramentum calumniæ recuſans tutor pręſtare, non nocet pupillo. Idem in pręlato, & ſyndico. num. 28.*

## CAP. VII.

1 CVm in cauſa. ¶†Epiſcopus per alium agens cauſam pecuniariam, per illum iurat de calumnia, ſi per ſe agat, iurat ꝑpoſitis, ſed non tactis euangelijs. Secundo ponit
2 pœnam non iurantis, & ſunt duæ partes, quæ patent. ¶†Nota ſpeciale priuilegium epiſcopi: quia in cauſa etiam propria poteſt eligere per alium litigare, & per illum præſtat iuramẽtum calumniæ: quia ſufficit illum iurare. Et ut aliquod ſit priuilegium epiſcopi, iurabit procurator ſuus, nec iurabit in animam domini, intelligendo in cauſa eccleſiæ. Ad quod facit, quia ſi conſtituit ſyndicum, & actorem, nulla hic induceretur ſpecialitas in epiſcopo. ¶Nota, ꝙ epiſcopus poteſt eligere litigare per ſe, & per alium, & ſua eſt electio: non compellitur er
3 go per alium litigare. ¶†Nota, ꝙ vbi epiſcopus eligit per ſe litigare, habet pręſtare iuramentum per ſe, & non per alium.
4 ¶†Nota duos caſus, in quibus non præſtat epiſcopus iuramẽtum, tactis, ſed tantum propoſitis euangelijs iurando de ca-
5 lumnia, ſed & teſtificando. ¶†Not. pœnas contumacium in
6 pręſtando iuramentum calumniæ. ¶†Opp. ꝙ compellatur epiſcopus ad litigandum per alium, C. de procur. l. pen. 5. q. 3. c. fin. 9. q. 3. cum ſcimus. Solu. Dicit Ioan. Andr. quòd quidam dicunt epiſcopum litigantem in foro ſeculari compelli ad litigandum per alium. In foro eccleſiaſtico eſt eius electio, an velit litigare per ſe, an per alium, vt hic. Alij dicunt illam corrigi ſecundum Hoſtien. Vel dic, quòd inquantum illa iura dicunt, debet per alium litigare: dic debet, id eſt poteſt. Simile 26. diſt. c. fin. 74. diſt. quicunque. ff. de iudi. l. & poſt. ſecundum
7 Phil. ¶†Opp. ꝙ iuramentum calumniæ ſemper ſit præſtandum, ſ. eo. cæterum. C. eo. l. 2. Cuius contrarium innuit litera, ibi, cum pręſtandum fuerit. Solu. Dicit Io. And. illud non pręſtandum tempore iſto in omnibus cauſis, vt ſ. c. 2. & ſic litera bene ſtat. Vel reſpicit ſtatum litis, quia non eſt præſtandũ ante litis conteſta. Item quia licet non remittatur epiſcopo, remittitur tamen parentibus, & patronis: quia non eſt veriſimile eos calumniari ↄ̃ ſuos liberos, & libertos, ff. qui ſatiſd. cogã. l. de die. §. vlti. ff. de iureiur. l. iuſiurandũ & ad pecunias. §. qui iuſiurandum. ſm Phil. Licèt hoc ultimum non placeat Frãc. Idem tenet But. ꝙ remittatur, in l. 2. in princ. de iura. calumn. Idem Cy. ĩ d. l. 2. §. ſed quia. qa. §. ille, qui dicit ꝙ nõ põt remitti, loquitur de remiſſione hominis, non de remiſſione iuris. Et idem Bar. in d. l. 2. in princ. qui ſequuntur in hoc Accurſiũ. Aliqui tenent ↄ̃rium, vt Franc. quia ſi non remittitur epiſcopo, qui pater eſt, de reſtit. ſpolia. conquerente. cum concor. in gl. 2. nec patri, vel patrono. Et tenuit hic Hoſt. Phil. & Tan. ut no. Hoſt. eo. tit. in Summa. §. 1. aliàs 2. ĩ fi. Primum tenet Azo, & Accur. quia ius vetus non reperitur in hoc correctum: &
8 hoc tenet Io. And. in addi. Spec. eo. titu. §. 2. verſi. & no. ¶†Oppo. ꝙ epiſcopus debeat iurare tactis ſcripturis, ſicut & alij, j. q. 7. quoties. de iureiur. ego N. Sol. Regula eſt, ꝙ epiſcopus, & q. cunque iurando debet tangere ſacramenta, & ſic corporaliter iurare: cuius formam vide plenè per glo. in cle. j. de hære. niſi appareat in iure expreſſum oppoſitum, vt no. gl. de ele. vt circa. lib. 6. in verbo, coram. in fi. ¶Venio ad quæſtiones. Primo quæro, an poſſit procurator, vel alius adminiſtrator iurare de veritate dicenda. Secundo, de quibus quis poſſit ſalua
9 conſcientia pręſtare iuramentum veritatis. ¶† Ad primum dic, ꝙ quidã ſunt procuratores habentes mãdatum ab homine: quidã adminiſtratores habentes adminiſtrationẽ vniuerſalem ab hoĩe, vel à iure authoritate iudicis. Primi, vt procuratores, licet poſſint præſtare iuꝛm calumniæ, non pręſtant iuramentum de veritate dicenda, eo ꝙ ſimpliciter ſunt conſtituti. Sed dicendũ, ꝙ aut hñt ſpeciale mandatum ad iurãdum in animam committentium, & poſſunt iurare. Non tñ reſpõdebit per ſe aliquid, ſed ſm quod cõmittetur ab illis, qui mandant, de teſti. pręſentium. lib. 6. Si non habet mandatũ ſpeciale ad iurandum in aĩam, dic ꝙ quoddam eſt iuramentum calum. & hoc poteſt pręſtare procurator, prout in animam ſuã pręſtat abſque alio mandato ſpeciali: quia habet iurare de credulitate: & quis de ſuo, & alieno facto credere põt. Quoddam eſt iuramentum veritatis: & ĩ his, de quibus poteſt informatus eſſe circa litem, vt de quantitate expenſarum, vel pro decidenda lite de facto, de quo eſt informatus, poteſt iurare de veritate. In deciſorijs autem, de quibus non eſt informatus, vt pendentibus ab alieno facto, poteſt, & compellitur, ſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum: vel ſi habet adminiſtrationem, vel ſit conſtitutus in rem ſuam, ff. de iureiur. l. iuſiurãdum quod. ff. de procu. l. procurator. quamuis illę ll. loquantur tñ in deferente, non in faciente. In alijs autem procuratoribus habentibus ſimplex mandatum, quidam dicunt ꝙ non poſſunt pręſtare iuramentũ veritatis: quia in talibus non excuſat credulitas, niſi adſit veritas. Nam poſſibile eſt, ꝙ illud, de quo ego quæro, ſciat dominus, & non procurator. Ad hoc de reſcrip. ab excommunicato. & ſic diuerſimodè rñdebunt, arg. ff. de in lit. iuran. l. videamus. in prin. In alijs vr̃, ꝙ volentes admittuntur, ſed non compelluntur, vt in tutoribus, vt d. l. videamus. quia qñ voluntariè recipiunt, eſt veriſimile, ꝙ ſint de veritate informati ſuſcipiendo veritatis iuꝛm, arg. de procur. in noſtra. ideo non cõpellitur, ne cogat anceps periurũ incurrere, vt d. l. videamus. Sed dicit Inn. ꝙ ibi non admittuntur volentes ꝑꝑ defectum pupilli, qui iurare non poteſt. Per quę dicit, ꝙ licet procurator pręſtet iuramentum de calumnia, nihilominus dñs iurabit de veritate, C. de procur. l. vlti. ff. de procur. l. ſi actor. quamuis illud loquatur de iuramento calumnię. Sed dicit Hoſt. ꝙ hęc non eſt ſufficiens reſponſio ad virũ & vxorem, vt d. l. videamus. & adoleſcentes, de quibus non eſt dubium ꝙ iurare poſſunt, vt auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vẽ. 22. q. 5. paruuli. & c. pueri. quapropter Hoſt. concludere vr̃, ꝙ voluntarij admittuntur ratione prædicta, quia pręſumuntur informati: tñ poſtea reſtringit ad habentes ſpeciale mandatum, alle. 100. diſt. optatum. 17. q. 4. aliàs 3. metuentes. Quoddam eſt iuramentum affectionis: & hoc à procuratore non pręſtatur, quia non põt ſcire affectionem ipſius, cuius nomine pręſtat iuramentũ. Si loquimur de adminiſtratoribus habentibus mandatũ à iure, vel iudicis authoritate, vt ſunt tutores, actores, & ſyndici, tales bene poſſunt iurare de veritate dicenda, C. de iudi. l. properandũ. §. 1. C. de reb. credi. l. pen. C. de iura. calum. l. 2. §. quod obſeruari. ff. de noxa. quoties. §. eos. & §. prętor ait. & hoc in iuramento veritatis: quo ad iuꝛm affectionis, & illud à prędictis non pręſtatur, niſi in caſibus ff. de in
10 litem iuran. l. videamus. in prin. vſque ad §. de fure. ¶†Ad ſecundum, de quibus ſit pręſtandum iuramentum: dicit Inno. ꝙ iurat non tantum de his, quę vidit, ſed etiam de his, quę indubitanter nouit. Ac ſi dicat Innoc. quòd ita poſſum bona conſcientia confiteri quę indubitanter noui, vel quę firmiter credo,

credo,ſicut ea,quæ vidi:quia non vidi Chr̃m crucifigi,tñ hoc
firmiter credo.Itē non vidi Conſtantinū,vel Iuſtinianū Impe
ratorem,& tñ bene noui.Spec.ad hoc,ꝙ fides eſt ſpes,& expe
ctatio futuræ beatitudinis:quia de futura beatitudine nō po-
teſt eſſe certitudo ſcientiæ, ſed credulitatis tm̃. Sic eſt in iura-
mento de dicenda veritate: quia iurans poteſt aſſerere illa ve
ra eſſe,de quibus non dubitat,licèt non viderit: & lex dicit fa
ctum ſciri,& indubitatum eſſe, quia quandocunque auditu
percipit,ff.de aqua plu.arc.l.in ſumma.§.item Labeo.de quo
in Spe.de proba.§.1.ver.& no.In teſte aūt teſtificante vr̃ ꝙ nō
poſſit aſſerere in veritate ſe ſcire aliquid eſſe,niſi viderit:quia
teſtificari dēt non tm̃ de his,q̃ ſcit, ſed quæ ī eius præſentia ge
ſta ſunt,C.de teſti.l.teſtiū.ſm Inno. quia iurat non tm̃ de veri
tate dicēda,ſed de his,quæ in eius pñtia geſta ſunt.Per hæc cō
cludit Hoſt.ꝙ iur̃m de veritate eſt ſm conſcientiā iurātis. Ad
hoc quod no.s̃.eo.literas. Nec eſt periurus, qui quod falſum
eſt, affirmat credens verū. Sic iudex ſm iura pronunciat, ſed
non iurat ſimpl̃r pronunciare ſm quod iuſtum fuerit,ſed qđ
ſibi iuſtum viſum fuerit,vt in Auth.vt iuſiuran. quod p̄ſta. ab
his.§.& æquum.col.j.& de re iudi.cū ęterni.ibi,ꝯ̃ conſcientiā.
lib.6.Puto,ꝙ licèt teſtis iuret de dicenda veritate,etiā quā ſcit,
ꝙ ſi aſſignet cauſas,per quas hoc indubitanter credit, licet in
veritate neſciat, ꝙ ex hoc non concludit̃ periurus: quia ſatis
dr̃ verum eſſe quod aſſerit ſm ſuam conſcientiā, putando il-
lud eſſe verū,licèt non concludat cauſas concludētes certam
11 ſcientiā.¶†Nunquid aūt probet.Si ſimus in caſu,in quo exigi
tur aperta probatio,non ꝓbaret,niſi cauſas alleget cōcluden
tes certā ſcientiā,vt in c.cum cauſam.j̃.de teſtib. vbi ſufficeret
præſumpta ꝓbatio,vt in facto antiquato, vel ubi non pōt hr̃i
probatio vera de facili: tunc bene probaret concludēdo cau-
ſas,ex quibus non cōcluderet certam ſcientiā, ſed vehemēter
opinatam,dato ꝙ etiā iuraſſet ſe pro certo ſcire, vt j̃.de teſtib.
præterea.& de præſump.tertio loco.Quædam,quæ ponit hic
Innoc.de ꝓcuratore, qui præſtat duplex iur̃m,expediui s̃.c.1.
¶Glo.opp.ꝙ tangat ſacrã,j.q.7.quoties.Glo.dicit, ꝙ regulari-
ter tangit.Fallit in caſibus:dixi ſupra in presbytero.Dic ꝙ tan
12 git ēt in his caſibus,14.q.2. c.2.¶†Opp. ꝙ eps non compellat̃
iurare,s̃.c.1. Dic ꝙ non compellitur, vbi eligit per alium liti-
gare:ſed ſi eligat per ſe litigare,compellitur, vt eſt dictum ibi.
13 ¶†Quærit gl.an actor cadat à cauſa ipſo iure, an per ſnĩam.
Dic ꝙ cadit à cauſa per ſnĩam, quia iudex ꝓcedit ꝯ̃ actorem,
ac ſi nihil probaſſet,reū abſoluendo, & eodē modo condēna-
bit reū,eo.tit.principales.in fi.Hoſt.dicit quoſdā tenere,ꝙ per
ſnĩam,per iura,quæ allegat gl.l.properandū.§.ſed & ſi quidē.
C.de iudi.recitat alios dicere, ꝙ ipſo iure actor cadat à cauſa:
quod poſtea per ſnĩam declarat̃, quia renuit abſolui reus ip-
ſo iure,habetur pro confeſſo:& impetitur ſine probatione,&
condemnat̃, vt in legibus, vnde ſumptus eſt hic §. Ad hoc in
Auth.de legi.aĩs de litigioſis.§.edita.in fi.col.8.10.q.2. qui res
iam.ver.emphyteuſis.Sic debet intelligi in Sum.eo.titu.§.fin.
Bar.& Butr.& Cy.in d.l.2.tenent ꝙ per ſnĩam in vtroq;,ſ̃ne iu-
dicium claudicet:quia ſi in reo expectatur ſnĩa, vt quia non
hr̃ niſi pro confeſſo:ergo etiā in actore expectat̃ ſnĩa, vt cadat
ab actione: nā & ex parte rei oportet ꝙ pronuncietur, vel ꝙ
habeat̃ pro cōfeſſo, vel ꝙ voluerit iurare, vel ꝙ ſine cā recuſa-
uerit,per l.eius, qui delatorē. de iure fiſc. Et dic ꝙ ſi deceſſerit
ante iſtā denunciationē, non præiudicabit hæredibus, vt d.l.
eius qui.Idē quod no.in ſimili in l.in criminali.C.de iuriſdict.
omn.iudic.Vide Bar.in d.l.in criminali. ad deciſionem eius,
quod dicit hic Inno.per quæ dicit But. ꝙ ſi ſtatuta bannitum
habeant pro confeſſo, ꝙ nihilominus ante executionē debet
condemnari:ꝙ licèt habeatur pro confeſſo, expectatur ſnĩa,
quod puto & in ciuili,& in criminali, vt in hoc confeſſio hæc
ficta minus habeat,q̃ vera:vt licet in vera aliquando expectet̃
executio,vel præceptū executiuum,ff.de iudi.ſi debitori. non
procedit hoc in confeſſione ficta:licet poſſet dici, ꝙ hic ideo
expectatur ſnĩa,quia ſurgit hæc ficta poſt litē conteſt. quo ca-
ſu expectatur ſnĩa,ſicut in vera,vt in c.dudū.de elect. & quod
14 dicam de confeſſ.c.fin. ¶†Not.gl.ꝙ vbi in futurum loquitur,
ꝙ non eſt canon latæ,ſed ferendæ:vide glo. C.de iuriſd.omn.
iudic.l.fin.C.ne li.po.l.j.l.ſi quis in tantā.C.vnde ui. l.iubemꝰ.
§.ſane.C.de epiſc.& cler. auth.nouo iure. C.de pę.iu.qui ma.
iu.C.qūo,& qñ iud.auth.qui ſemel.dixi in c.ſi diligenti.de fo-
15 ro compet. ¶†Sed eſt dubium, an ſi iudex nolit ferre ſnĩam
ꝯ̃ recuſantem præſtare iur̃m calum. & pereat inſtātia iudicij,
an habebit aliquam actionem ille,qui contendebat cū recu-
ſante iurare.Item ſi iterato agat,qui recuſauerit iurare,an po
terit ꝯ̃ eum excipi,tu debes cadere à lite:ergo non debes audi
ri agens,argu.ff.de inoffic.teſta. l.Papinianus. §.ſi filius. Dicit
Inno.ſe non credere ꝙ poſſit agere, vel excipere de recuſatio-
ne iuramenti:quia ea,quæ veniunt poſt litē cont. valde perti-
nent ad officiū iudicis,ff.de ędi.edic. l.ędiles. §.item ſciēdum.
& nefas eſt ex lite litem oriri,l.3.C.de fruc. & lit. expen. iudex
tñ tenetur ex hoc,C.de iudi.l.ſancimus. Inſti. de obli. quæ ex

quaſi delic.in princ.Quod intellige, ſi fuit petitum vt ſenten-
tiet,vt no.de reſcri.c.ſi.per gl.& no.in l.properandū. §.ſin aūt.
C.de iudic.& in l.4.§.hoc aūt iudiciū.ff.de dam.infe. Hæc ue-
ra dicit Inno. qñ negotiū eſt terminatū per ſnĩam, quæ finit
officium iudicis,vt d.l.terminato.C.de fruc.& lit.exp. & patet
in l.4.C.depoſi.Secus ſi non ſit terminatum per ſnĩam, ſed pe
rijt principale negotium pp interitum rei, vel alia ſimili cau-
ſa:tunc em̃ fertur ſnĩa pp acceſſoriū,ff.de rei vendi. vel alia ſi-
mili cā.l.item ſi verberatū.& l.vtique.Hæc procedunt,qñ pri-
uatio eſt facienda ex actu iudiciali,vel non actu. Secus ſi ex a-
ctu uel non actu extraiudiciali.Nā decre.dicit, ꝙ ſi quis elege
rit ꝯ̃ formam,priuetur poteſtate eligendi. Poteſt em̃ ad hanc
pœnam agi ſemper,vt de elec.quapropter.vbi no. Alij dūt, ꝙ
etiam agi poterit finito iudicio,vt cadat à lite,ſm Inn. & eam
ad literam recitauit Inn. Hoſt. & Io. And. nihil approbans ꝯ̃-
rium eius,qđ dicit hic Inno.primo. & ſic ſecundā opin. ſentit
Bar.C.de iuriſd.omn.iudi.l.in criminali.vbi trahenti ad iudi-
cium imponit̃ pœna,vt actor cadat ab actione,& reus habea-
tur pro ꝯfeſſo.Et dicit,ꝙ ēt finito iudicio poterit agi cōdictio-
ne ex illa lege,& cōſequenter excipi, & illud ēt ibi tenet glo.
Nec obſtat,ſi dicat̃,aut non eſt ꝓceſſum ad aliq̃ ſnĩam,& iure
noſtro non perit inſtantia:& ſic ſemꝑ poterit peti, & agi, ex
quo durat inſtātia:qa durat iudicis officiū: & de hoc caſu du-
bitat̃,ſi perit de iure ciuili, ſm Bar. Aut lata eſt ſnĩa, & ſi ꝓ il-
lo,ad cuius commodū alter debeat cadere à cā, vt qa lata eſt
pro reo,vbi actor eſt contumax in iurando,vel lata eſt ꝓ acto-
re,vbi reus fuit ꝯtumax:& adhuc non ꝓcedit dubiū, qa iā ha-
buit obtentū eius,ad qđ tendebat pęna contumaciæ. Aut ſe-
cuta eſt ſnĩa ꝯ̃ illū, ad cuius commodū alter debebat cadere
à cā,vel hr̃i pro cōfeſſo:& tunc eo ipſo, ꝙ pactū eſt vt fiat con-
demnatio,& nō eſt facta,vel ſi non eſt petitū,cū peti poterat,
vel non exceptū,modo poſt ſnĩam nō poterit opponi, qa præ
textu nouiter reperti non retractat̃ ſnĩa: & qa ꝯ̃ ius partis eſt,
tranſit in rē iudicatā,ſi nō eſt appellatū:& ſic vr̃, ꝙ agens non
debeat audiri,& ſi eſt appellatū,non procedit dubiū,qa iudex
ad quē,ſubrogat̃ in officio primi. Br̃ puto, ꝙ ſi eſt exceptum,
vel petitū de pęna,ꝙ non audiat̃ in alia inſtātia:qa hoc vr̃ eſſe
reprobatū,arg.ff.de cōpen.l.qđ in diem. Ordinat̃ em̃ actio,&
exceptio ad eundē finē,& variat̃ iudiciū de plenario ad plena
rium,vt dicā j̃.de ord.cog.ſuꝑ ſpoliatione.& no.in l.j.C.de or-
di.iudi.per Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.obli.Sed
ubi nō fuiſſet oppoſitū in primo iudicio,ſi uenit ꝑ uiam exce
ptionis,non audit̃,qa ante potuit opponere.Si ꝑ uiā actionis,
audit̃,qa tunc agit ꝯ̃ ſnĩatum ex altera cā: & ſic ꝓcederet du-
bium,& determinatio qa ſatis puto,ꝙ producat̃ ius agēdi,ex
quo diſpoſitio legis ſtatuit,ut cadat in pœnā.Ad hoc qđ not.
in l.j.de cōdi.ex lege.Contraria loquunt̃, qñ non prodit̃, niſi
officiū iudicis deſeruiēs inſtātiæ, ut qñ lex dirigit uerba ad iu-
dicē:hic aūt indefinitè loquit̃,cadat à iure, & habeat̃ pro con
feſſo:& eſt lex puniens,quo caſu ſm theoricā Bar. in d.l.ita ꝓ-
ducitur actio ex lege.ad hoc l.ſtatuas. de acqui.re.do. Nō ob.
qđ no.Bar.in d.l.in criminali,inquantū dicit, ꝙ ſi tractus ī ue-
tito examine opponat de incōpetentia, & ꝯ̃ eū pronunciet̃,ꝙ
poſtea audit̃ dicens incōpetentē in alia inſtātia: qa ibi uariat̃
modus agēdi de ſummario ad plenariū,& finis, qa ibi finis e-
rat ſuper hoc,ꝙ eſſet incōpetens: & finis ſecundi erat pœnæ:
16 hic vtrobiq; erat idē finis.& hoc tenendū eſt.¶†Quæro de ali
quibus omiſſis in tit.vtilibus. Primo, in quibus cauſis præſtet̃
iur̃m calum.de criminali,s̃.c.1.de ſpirituali,s̃.c.literas. eo.tit.
c.2.de cauſa inquiſitionis.Aliqui dn̄t an ex officio:& nō iura-
tur.An ad inſtantiā partis:& iurat̃.Collectarius indiſtinctè te-
net ꝙ iurat̃.Io.de Lig.tenet ꝙ nō iurat̃, qa ibi actio ē fatua, &
principalis pars nō cenſet̃ iudex; vbi ꝓcedit ex mero offō, de
accu.qualr̃.§.cū oporteat. Itē qa calumniæ p̄ſumptio ceſſat ī
iudice inquirēte:ſi tñ iuraret,nō eſſet iniquum. de hoc s̃.c.1.
17 ¶†Quęro,an p̄ſtet̃ in recuſatione iudicis.Aliqui ꝙ ſic: alij ꝯ̃,
quia hoc iur̃m p̄ſtat̃ poſt litē ꝯteſtatam,& recuſatio proponit̃
18 ante litis ꝯteſt.de re iudi. inter monaſteriū. ¶†Quid in cā de-
nuntiationis?Dic in euāgelica nō iurat̃, ī iudiciali priuata be-
19 ne iurat̃.Idē de publica,ſm Io. de Lig. ¶†Quid ſi emi rē à Ti-
tio quę eſt Sēpronij, & ſcio ꝙ eſt Sēpronij, an potero iurare?
Dic ꝙ ſi ſcio priuatim eſſe ſuā,debeo iurare: qa calūnię cā nō
litigo,ſed vt conſeruem ius agēdi de euictione.Dicit gl.ī d.l.2.
iurabit tñ ꝙ iuſte litigat,& ex iuſta cā:ſi ſcio publice, ita ꝙ eſt
notoriū,non potero cogi iurare,ſed debeo bonā fidē agnoſce
re,ff.de neg.geſt.l.at qui natura.§.ſi cū me abſente. vbi etiam
glo.tangit.& facit qđ no.de poſtu.pręla.bonę.ſm Pet.in d.l.2.
Tutum etiam eſſet,ꝙ primo caſu ſe exoneraret, vt not.in d.c.
bonę.Idem Gul.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de iuramen.ca-
20 lum.§.fina.uerſicu.quid ſi emptor. ¶†Quid de cauſa appel-
lationis,diſputabunt Legiſtę: dic ut in cap.ſecundo.eod.titu.
21 lib.6. ¶†Quęro, iuramentum calumnię debet pręſtari li-
te conteſtata: quid ſi eſt pręſtitum ante litem conteſtatam,
an iterabitur? Dic quòd non, argu. authen. hoc ſacramen-

tum.C.eo.& tenet Cy.in d.l.2.in princ. Et qđ dr̄ non præſtan-
21 dum ante litis conteſtationē,intellige parte inuita. ¶†Quæ-
ro,ſi omiſſum eſt poſt lit.conteſt.an poſſit prope finē ſnīæ pe-
ti vt iuretur de calumnia.Cy.in d.l.2.in prin.in 7.q.dicit ꝙ cō-
pellitur iurare,per §.vlti.illius legis, qui dicit, ꝙ in quocunq;
ſtatu litis compellit̄ iurare:& quia iudex corrigere debet ſuā
fatuitatē.Non ob.l.Pompo.§.rati.quia terminus litis conteſt.
non eſt terminus ad quē,ſed eſt terminus à quo : nō hēt ergo
iuramentum limitatū in termino vſq; ad quem . Pet.dicit,ꝙ
ſi omiſſum ſit à principio litis conteſt. non pōt pars petere vt
præſtetur : ſed ex officio iudex pōt cōpellere ad præſtandum,
cuius intereſt vt præſtetur,l.2.§.ſed quia veremur. de iura.ca-
lum.Quædam eñ ſunt,quæ reſident in ſolo iudicis officio,ff.
de condi.ob cau.l.idemque.§.vlt.& no.in l.in ciuile.C.de fur.
Idem tenet Io.eo.titu.c.1.lib.6.vbi dicit,ꝙ ad petitionē partis
non pōt exigi poſt concluſionē in cauſa, vt in c.paſtoralis. de
cau.poſſ.de procur.auditis.de fide inſtru.cū dilectus. Sed poſt
concluſionē in cauſa bene poterit ex officio, de fide inſtru.cū
Io.eremita.ad hoc l.generaliter.C.de reb.credi. & facit quod
de interrogatione dixi ſ.eo.cām.& l.vbicunque. C.de interr.
act.& quod no.gl.de procu.licet cauſam.& c.per tuas. de teſt.
23 ¶†Venio ad pœnas.dr̄ hic,ꝙ hr̄ pro cōfeſſo: an habeatur pro
confeſſo ſolū ad petita, an ēt ita ꝙ excludantur oēs exceptio-
nes? Vr̄ ꝙ non, quia ſi confitetur vera petita, poſſet oppone-
re exceptionem . Butri. dicit,ꝙ excluduntur omnes exceptio-
nes peremptoriæ : quia ſic vr̄ intentus actoris, concludendo
obligatum,ſed non dilatoriæ, quia bannitus ſic non debeat
24 audiri:quia hoc pōt opponi, licèt confiteatur. ¶†Quæro,an
hic,qui habetur pro confeſſo,poſſit appellare? Dic ꝙ ſic,vt di
cit glo.l.creditor.§.iuſſus.ff.de appel.quia non eſt contumax ī
non veniendo,ſed in non parendo. ¶No.ꝙ licèt verè confeſ-
ſus non audiatur appellans,de appel.Romana.§.1.lib.6.audi-
tur tñ fictè confeſſus. Et ſi dicatur : Quid proderit appellare,
cum etiā in cauſa appellationis poſtea ex ficta confeſſione cō
demnetur?Dic,ꝙ operabitur,ſm Cy. quia forte poſtea in cau
ſa appellationis oſtendet, ꝙ aliquo priuilegio tuebatur, quo
minus arctaretur ad rādendum. Et ſic temperat etiam in l.j.
C.quorum appel.non re. vbi recitat Iaco. de Are. qui dicit,ꝙ
poteſt appellare:licet Pet.tenuerit ꝯ,propter multum contē-
ptum iudicis:ſicut in illo, qui verus eſt contumax in non ue-
niendo,vt opi.Pet.procedat, qñ nihil allegatur ad excuſandā
contumaciā.Prima opin.procedat,qñ aliqd allegatur.Et hoc
tenet Io.And.in addi.Spe.in tit.de iura.cal. §.fin.ver.ſed nun-
25 quid.¶†Quid ſi aliquis iurauit nunq̄ præſtare iur̄m calūniæ,
an ſi non iurat,incidat in pœnam? Quidam ꝙ ſic : & ſibi im-
putet,ff.ſi quis cau.l.2.§.pe.Dicendū, ꝙ hoc iur̄m eſt temera-
rium,de quo eſt pnīa iniungenda,& iur̄m remittendum, ſm
Cy.ff.ad muni.l.vlti.in prin.Idem in Spec. & Io.And. in Spec.
eo.tit.§.fi.ver.quid ſi actor.Oldr. tñ tenuit,vt ibi recitat Ioan.
And.ꝙ remittēdum eſt iur̄m:quia ſcriptum eſt, Vouete, j̄.de
voto.magnæ.Nec ꝙ ſi iuramentum eſt ſimplex, intelligetur
vt nemo iuret non ſubſiſtente cā:quia redigitur ad intellectū
iuris,vt de iureiur.quanto.& c.ad noſtram. 3. Aliàs ſi ex men-
te voluit excludere iur̄m calum. puto ꝙ habeat ſeruare iura-
mentum,quia ex hoc ſolum ſequitur iudicium priuatum, &
non alterius,quia cadit à cauſa.Si tamen actor vellet eum iu-
rare,non contentus ſola pœna, pendet ex his, quæ dicā j̄.nec
puto dandam abſolutionem,quia ſeruari pōt ſine interitu ſa
lutis æternæ,licèt cum incommodo ꝓprio. Tu tene ꝙ remit-
titur iur̄m,quia per non iurare,quod excluditur, patitur pœ-
nam priuati commodi ex præcedenti contumacia, ad quam
committendam,& ꝯn̄r peccandum, ſe adſtringere nō poteſt.
¶Quæro,quid ſi pars non eſt contenta pena, an cogit̄ iurare.
Poteſt dici ꝙ ſic,ſm Spe.in eo.ti.§.fi.ver.ſed quid.ff.de ven.in-
ſpic.l.j.§.1.Verius tñ putat ſufficere prædictas pœnas.& Ioan.
And.dicit idē tenuiſſe Fran.Vercel.hic. Quid ſi uolens iurare
velit pœnitere?Dicit Io.And.in addi.Spe.eo.titu.§.fin.ver.ſed
nunquid.ꝙ poterit pœnitere,C.de appel.ſi quis. 2.q.7. Itē pu-
to hoc verū,ſi poſtea velit iurare de præteritis,ꝙ non talis cau
26 ſa,alias non ſatisfieret. ¶†Quid ſi uterque non vult iurare?
Dic ꝙ pœna non committetur,quia vterq; eſt in culpa: & nil
doloſus doloſo.Et tñ iudex dicet,quia non vultis iurare, non
volo vos audire:quia iudiciū eſſet fruſtratoriū,C.de ſent.ꝑla.
27 ex quo iuramentū exactum eſt, ut l.2. §.ſed quia. ¶†Quid ſi
tutor,uel curator non volunt iurare.Non nocet pupillo, ff.ſi
quis ius dic.non obt.l.j.§.2.C.de ſer.fugi.l.quæcūque. 16. q.6.
28 ſi epiſcopum. ¶†Quid in prelato & ſyndico nolente iurare,
an hoc ꝑiudicet eccleſiæ.Io.And.in addi.Spe.in eo.ti.§.fi.uer.
quid ſi tutor.Dic ꝑ præalle.c.ſi epiſcopum. ꝙ non præiudica-
bitur eccleſiæ.Sed ſm Guid.de Suza.in l.iubemus. C.de ſacr.
ſan.eccl.ille ſoluet de ſuo æſtimationem,vt d.l.quicunque.in
ſubſidium:ſi non habet vnde,punitur eccleſia. Sed ex hoc ſe-
quetur abſurdum,quia agente prælato in cauſis eccleſiæ, nō
iurabitur de calum.cum non iuranti non imponatur pœna.
Sed dic ꝙ repelletur actor, quia iudicium eſt fruſtratoriū, ut
modo dixi : ſed in reo abſente nolente iurare aderit abſurdi-
tas,quia conſequetur,aut vt non iuret,aut non conueniatur.
Vnde concludit,ꝙ cum nolle iurare, & confiteri, ſint idem,
ſuccumberet per tacitam confeſſionem Abbatis, vel ſyndici.
Ad hoc quod no.in l.iubemus. & hic tenet Gui. de Suza. De
hoc videtur caſus in c.Imperatoris. Quod eſt certum, quādo
non conſtituit eccleſia tota aptum ad iurandum,ut ibi.Puto,
ꝙ in hac ficta, ſicut in uera, ſtetur determinationi c.pruden-
tiam.de teſti.lib.6.In procuratore autem contumace in iurā-
do ſatis puto expeditum per tex.de confeſs. c.fi.lib.6. & quod
no.ut lite non conteſta.ca.1. & de poſtul.præla. c.1. per Inno.
& quod habetur in Spe.de poſiti.§.nono.poſt prin.

## ¶De dilationibus. Rubrica.

¶Iudicio cępto ſolent partes dilationes poſtulare, quandoq; ad poſitiones,quandoque ad probationes faciēdas : ideo &c. Materia,3.q.2.& 3.& 5.q.5.per totum. Dicit Goffr. ꝙ licèt rubrica ſit generalis, tamen decre. non loquuntur de dilationibus ante litem conteſtatam,ſm Goffr. ¶Opp. ꝙ debuerit poni ante tit.de foro compet. quia dantur dilationes in citationibus.Dic,ꝙ ſimili ratione debuit poni poſt : quia poſt comparitionem dantur dilationes ad probandam declinatoriā. Similiter debuiſſet poni poſt tit.de libel.obl.quia libello porrecto dantur dilationes ad reſpondendum libello:ſed quia dilationes,quæ dantur ad probandum, obtinent principatum, & cum maiori cauſæ cognitione dantur,& ſunt maioris præiudicij,de quibus loquitur hic,& loqui debet: ideo locauit author hic rubricam,& ſic fuit locata in Codice. Quod facit ad id,quod no.in rubrica,C.de exceptionib.aliter locatur in Digeſt. Anto.de Butrio.

*SVMMARIVM.*

1 *Dilatione breui,& non licita conceſſa,vel peremptoria poteſt appellari ab arcta dilatione.*

2 *Appellari quando liceat à grauamine de præſenti,& de futuro.num.5.*

3 *Appellatio ab arcta dilatione duo requirit ad concludendum iuſtum grauamen.*

4 *Dilationes citationis non debent ſine cauſa abbreuiari. num.8.*

6 *Attentata,& innouata non reuocantur ante cognitionem appellationis à diffinitiua.*

7 *Dilatio arcta,& nimis breuis,quæ ſit,vt appellatio ex ea teneat.nume.8.*

9 *Terminus,ſeu dilatio iuris,quid ſit.*

CAP. I.

1 DIlecti filij. ¶†Si detur nimis breuis ter-
minus peremptorius, ubi nō
ſubeſt neceſſitas, appellatur licitè. Sunt duæ
partes: appellationis proſecutio, & ipſius com
2 miſſio.Secunda ibi, Quia vero. ¶†No.quod à
grauamine de præſenti licet appellare,& à gra
uamine de futuro, quando trahit originem à grauamine de
præſenti,propter quod appellatur : quinimò à ſolo grauami-
ne de futuro, & grauaminis timore, dum tamen quid expri-
matur, ex quo ſurgat grauamē de præſenti.Ad hoc quod no.
Innoc.j̄.de teſtib.ſignificauerunt.vbi ualet hęc appellatio,Ap
pello, quia me grauaſti, niſi grauamen reuocaueris: de quo
3 dic vt ibi:& vide Innoc.de no.ope.nunc.c.fin. ¶†Nota 2. duo
copulatiuè requiri ad concludendum grauamen propter aſ-
ſignationem termini citatorij. Primo, termini nimia breui-
tas.Secundo,ꝙ terminus ſit peremptorius. Alterum ergo nō
ſufficit,quia in facultate eſt iudicis ſtatuere in primo termi-
num peremptorium : nec ſufficit, ꝙ terminus ſit nimis bre-
uis,quando non eſt peremptorius,quia in ſecundo citationis
termino poteſt abbreuiari.Intellige tamen, ꝙ terminus non
ſit ita breuis,ꝙ comparere non poſſit:quia ex ſola ſtatuitione
termini ſic breuis poſſet appellari,cum pręiudicaret ſaltem ī
condemnatione expenſarum,per no.de procu. querelam. &
4 C.de iudi.ſancimus.¶†No.terminum citationis non debere
5 ſine cauſa abbreuiari. ¶†Opp.j. ꝙ à grauamine de futuro nō
appelletur in iudicio,vt j̄.de app. vt debitus. & c.dilecto. Dic
ꝙ hic ſentiebant grauamen de præſenti,& timebant de futu-
ro.Ad hoc de ꝑſum.mandata.& de app.ꝯſuluit. ſm Hoſ.dicit
hic Cal.ꝙ non eſt neceſſe ꝙ petat grauamē reuocari, ſed ſuffi
cit ꝙ ſe grauatum ſentiat,quod eſt ꝯ illud,quod no. de appel.
6 ex parte. ſm Ioan. Cal. ¶†Opp. ꝙ reuocentur attentata ante
cognitionem appellationis,de appel.non ſolum. lib.6. de ap-
pel.uenientes.Io.And.remittit ad dictum c.non ſolum. dicit
ꝙ hoc procedit in appellatione ab interlocutoria:illud in ap-
7 pellatione à diffinitiua. ¶†Quæro cum glo.j. quis dicatur ter
minus nimis breuis? Dicit glo. quòd qualis terminus debet
ſtatui,hoc relinquitur arbitrio iudicis, conſiderata qualitate
perſonarum,& loci diſtantia, vt patet j̄.de appel. cum ſit Ro-
mana.Et ſecundum hoc videtur, quòd terminus citationis,
& dilatio

& dilatio ſit arbitraria. Non ergo hodie ſeruantur termini, q
habentur in auth. qui ſemel. C. quomodo, & qñ iud. & vnde
ſumitur. Et ſic no. Doct. qui hos terminos ſuperfluè ꝓſequun
tur, ſ. vt lite non conteſt. c. 1. per quæ dñt ibi, ꝙ expectatio ter-
mini vſque ad annum non ſeruatur. Vnde dicit Bar. in auth.
prædicta, ꝙ iudex poteſt ex cauſa abbreuiare dilationes, de q-
bus in d. auth. & non expectare annum: & eo ipſo hr̄e locū,
& cām ſubeſſe abbreuiandi, ꝙ cōſuetudo, & ſtylus curiæ hoc
habet, ꝙ abbreuientur: hoc etiam ſequi vr̄ Cy. & Pet. ī auth.
qui ſemel. C. quomodo, & qñ iud. Et ex glo. no. ꝙ in his, q̄ ſub-
mittuntur arbitrio iudicis non liberè, ſed cum cā, pōt appel-
lari, ſi arbitrando modum excedat. Vide gl. de accu. ſup his, &
8 dicit Io. ꝙ hæc gl. fuit additio ex dictis Inn. ¶† Opp. cum glo. ꝙ
non poſſit appellari, quia pōt iudex terminum moderari, ut
patet ff. de iudi. l. nonnunquam. Sol. Dicit gl. ꝙ tempus poteſt
moderari, & ex cauſa: ſine cauſa non. Aut ergo moderatur ſi-
ne cauſa, & poteſt appellari. Aut moderatur cum cauſa, & ſi
nimium reſtringit, poteſt appellari. Si nimium nō reſtringat,
non poteſt appellari, vt in ꝯrio. Vnde dicit gl. ꝙ vt tollatur ap-
pellandi facultas, ſi moderatur, dēt exprimere cām quare re-
9 ſtringit terminum iuris. ¶† Qui autē ſit terminus iuris, tollit
ex l. properandum. C. de iudi. & ex auth. qui ſemel. & l. cōſen-
taneum. C. qūo, & qñ iudex. quos terminos non exprimo hic,
licet Doct. expreſſerint ſ. vt lite non conteſt. c. 1. quia commu-
niter curia de conſuetudine non ſeruat illos terminos. Et cau
ſa dr̄ ſubeſſe moderandi, eo ꝙ curia non ſeruat, vt dicit Bar. in
dicta auth. qui ſemel. De quo in Specu. de cita. §. 2. Et dēt eſſe
citatio peremptoria, vel trina: & tunc non eſt neceſſe ꝙ appo
natur peremptoriū, vt no. 5. q. 2. in ſumma. & ī Spe. de citatio.
§. viſo. uer. hoc ergo aduerte. Inn. & Bonagui. exigunt ſimul iū
cta duo, ꝙ poſſit appellari, ꝙ terminus ſit peremptorius, & ꝙ
ſit breuis: per quæ dicit Inno. ꝙ per hoc ꝙ in prima citatione
apponat peremptorium, non poteſt appellari. Et Bonagui. di
cit, ꝙ per hoc ꝙ terminus peremptorius non ſit nimis breuis,
per hoc non poteſt appellari: & ſi appellaretur, curia non da-
ret literas. Io. And. remittit ad ea, quæ ſcribit in Spec. in tit. de
appel. §. in quibus. ver. ſed quam dicit, circa medium, ſub uer.
37. ibi recitat Io. And. Bonagui. dixiſſe ſe expertum etiam pro-
pter duo ſimul iūcta, videlicet ꝙ breuis terminus aſſignetur,
& peremptoriè, ꝙ ſi appelletur propter hoc, curia non dat li-
teras. Et dicit, ꝙ literam ſuper hoc factam à cancellario vidit
declinari, aliàs dilacerari. Dicit Ioan. Andr. ꝙ ſtylus cancella-
riæ poſſet ſaluari in cauſa leui, & veriſimiliter prouiſa. In cau
ſa autem ardua, & non veriſimiliter prouiſa procedit adhuc
hodie hæc decre. quia hæc cauſa, vt patet in antiqua, erat ar-
dua, quia ſuper eccleſia, vt proprietate. quæ no. Archi. 5. q. 2. ī
ſumma. recitans hæc dicta dicit, ꝙ appellatio eſt legitima, li-
cet literæ non dentur, forte audiretur proſequens in curia. Pu
to, ꝙ ſi terminus citationis ſimul deliberatorius eſt, vt quia ci
tatur ad reſpondendum libello intra talem terminum tranſ-
miſſa copia libelli, dico ꝙ ſi cauſa veriſimiliter eſt deliberata,
vel ſi leuis, ꝙ momento poteſt deliberari, ꝙ propter arctatio-
nem termini, dum tamen poſſit comparere, non poſſit appel
lari, nec tunc debent dari literæ, ꝙ cauſa ſubeſt abbreuiandi,
eo ꝙ hoc habet ſtylus, dum tamen in vnum non ſupplantet.
Si cauſa eſt ardua, & veriſimiliter indeliberata, nec commo-
dè poteſt intra terminum deliberari propter arctationem ter
mini, eo ꝙ terminus eſt peremptorius, & nimis breuis, non vi
deo quin poſsit appellari, quia cauſa eſt legitima. Et hoc te-
net Cyn. in l. j. C. de dilat. vbi dicit, ꝙ vbi tranſmittitur copia li
belli, non dicitur habere deliberatorias, quando in citatorio
fuit appoſitus ſufficiens terminus ad deliberandum: alias ſe-
cus. Et puto, ꝙ curia daret literas, arg. de dilat. expoſuit. de ap-
pel. oblatæ. Si terminus tantum eſt citatorius, quia citatur ad
recipiendam copiam libelli: tunc ſi abbreuiat terminum iu-
ris, etiam cum peremptorio, non credo quòd per hoc ſolum
poſsit appellari, hoc habente ſtylo curiæ, vt poſsit abbreuia-
ri, ſi appellaretur, quòd ſine cauſa abbreuiaretur terminus
iuris: quia hoc eſt in iudicis poteſtate, & cauſa dicitur ſubeſ-
ſe, eo quòd hoc habet ſtylus curiæ. Si abbreuiaretur termin⁹,
in tantum quòd non poſsit citatus comparere in termino,
conſiderata diſtantia, puto quòd poſſet appellari, etiam in
primo citatorio non emanante peremptorio: quia læderetur
ſaltem propter condemnationem expenſarum, ut patet ſ. de
procur. querelam. & quod not. de iudic. ſancimus. & maximè
ſi peremptorius eſſet, quia tunc eſſet maioris præiudicij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dilationes deliberatoriæ denegantur reo, qui per literas citatorias plenè potuit inſtrui.*
2 *Copia exemplata iudicis authoritate fidem facit, vt proprium originale.*
3 *Citandi practica quæ ſit quo ad fines excludendi deliberatorias dilationes etiam ad libellum. nume. 7.*
4 *Dilatio deliberatoria ad libellum eſt vnica danda.*
5 *Reſcriptum habetur loco libelli, vt citatus à dilatorijs excludatur.*
6 *Per citationem illegitimam nullus ad comparendum arctatur.*
7 *In citatione non debet exprimi libellus, vel reſcriptum, vbi notoriè conſtat de iuriſdictione.*
8 *Reſcriptum loco libelli non habetur quo ad finem, vt ſuper eo procedi poſſit libello non tradito.*
9 *Dilatio datur abſenti ſine cauſæ cognitione, quando agitur de iudicijs citatorijs, vel deliberatorijs.*
10 *Dilationes præparatoriæ non dantur abſenti ſine cauſæ cognitione.*
12 *Citatio quomodo non ſemper arctat citatum ad comparendum.*
13 *Citatus quomodo coram delegato arctatur ad comparendum.*
14 *Citatus coram iudice ſpecialiter tanquam ordinario, ſi dubitetur an ſit iudex, quomodo ad comparendum arctatur, vel non.*
15 *Reſcriptum quando dicatur ita explicitè tranſmiſſum, quòd potuerit abſq; alio diſcurſu deliberare.*
16 *Citatio in criminali an debeat continere id, quod obijciendum, vel de quo accuſandus quis ſit.*
17 *Dilatio aliqua an ſit actori danda, ex quo inſtructus debet venire.*
18 *Dilatio iudicialis qualis, & quanta eſſe debeat.*
19 *Dilationes an, & quando poſſint per iudicem arctari, vel elongari.*
20 *Dilationes, quòd iudex poſſit ex cauſa arctare, vel differre, quæ dicatur cauſa legitima.*
21 *Dilationes ex quo ſunt arbitrariæ, ſi detur alia poſt primam, an exigatur cauſæ cognitio, ſicut exigebatur in primis à iure datis.*
22 *Dilatione vna pendente, an poſſit alia dari.*
23 *Dilationes quot dentur.*
24 *Dilatio qualiter debeat dari per iudicem.*
25 *Dilationes prorogando an poſſit iudex, vel videatur facere gratiam.*

## C A P. II.

1 PRæterea. ¶† Deliberatoriæ denegantur reo, qui per literas citatorias ple
nè potuit inſtrui. Communis diuiſio. Secūda ibi,
2 quia igitur. ¶† No. reſcriptum exemplatum iudi-
cis authoritate facere fidem: & ei vt originali vi-
3 detur fides adhibenda. ¶† No. 2. practicam citandi quo ad fi-
nes excludendi deliberatorias dilationes ad libellum, vt trāſ-
mittatur copia reſcripti in citatione: & tunc excludit delibe-
ratorias, qñ ſic explicitè eſt narrata cauſa agēdi in reſcripto,
ꝙ ex eo potuit inſtrui, ſicut ex libello. Secus ergo ſi ſic explici-
tè nō ſit factum narratū. Et ſic no. ꝙ reſcriptum habetur pro
libello, quantum ad hoc exigitur etiam competēs terminus,
4 intra quem deliberare poſsit, vt ſ. c. proxi. ¶† No. ꝙ delibera-
toriæ non ſunt ad libellum niſi ſemel dandæ, & non pluries.
5 ¶† Nota, ꝙ reſcriptum habetur loco libelli, vt excludatur à
6 deliberatorijs, qñ citatio eſt legitima: nā † ſi citatio nō eſſet le
gitima nō arctaret ad cōparendū, nec ad deliberandū. Et no.
ꝙ ſufficit ad hoc, vt citatio arctet citatum ad comparendū, &
ad deliberandum, quòd fiat fides de iuriſdictione per ſolam
tranſmiſsionem copiæ reſcripti, de quo dicam infra, & no. de
7 offic. delega. cum ſuper. ¶† Opp. ꝙ non ſit in citatione neceſſe
exprimere libellum, vel reſcriptum: quia ſufficit citari, & ex-
primi ad cuius petitionem, à quo iudice, & ad quid, j. de dolo.
cum dilecti. Sol. Quidam dicunt expreſſionem copiæ reſcri-
pti ad validitatem citationis. Et hoc tenet glo. 3. q. 3. ſi epiſco-
pus. Io. j. de accuſat. veniens. quod ponit Ioan. And. ibi ſuper
glo. vltima. Tu dic, ubi conſtat de iuriſdictione, ſi quæritur an
ſit neceſſaria inſertio reſcripti in citatoria: dic quòd nō, vt in
contrario. Si quæris an ſit vtilis ad excludendas dilatorias: dic
quòd ſic, vt hic, & no. Bar. in auth. at qui ſemel. C. quomodo,
& quando iud. qui dicit hic caſum & bene. Simile de copia li
belli, no. in l. j. §. defendi. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. per Barto. in
authen. offeratur. C. de lit. conteſta. Aduerte tamen, quòd in-
quantum dicitur, tranſmiſsionem copiæ libelli in citatorio
excludere deliberatorias: hoc eſt verum, quando datus eſt in
citatorio ſufficiens terminus, intra quem poſſet deliberare:
alias haberet dilatorias, vt dicit Cyn. in l. j. C. de dilatio. in 2. q.
ad hoc quod no. in c. præcedenti. Si quæritur, an vbi non ꝯſtat
de iuriſdictione aliter, ſit neceſſaria tranſmiſsio copię reſcri-
pti, vt arctetur citatus ad ueniendum: dic ꝙ ſic, alias citatio
non arctaret, quia ex quo per accidens habet iuriſdictionem,
& non naturaliter, oportet quòd aliqua fiat fides de hoc acci
denti: aliàs non arctatur ad comparendum, de offic. delegat.
cum in iure. & quod not. eo. tit. prudentiam. Si quæris, an ſuf-
ficiet vt arctet citatum ad comparendum, tranſmiſsio copię:
videtur ꝙ ſic, quia ex quo copiata eſt authoritate iudicis, ha-
betur pro authentica, vt no. in d. c. cum in iure. & no. j. de pro-
ba. quoniam ꝯ falſam. ad hoc tex. hic. In ꝯrium eſt, quia cum
talis copia non ſit deſcripta parte citata, vel pręſente, non hr̄
pro authentica, vt dixi poſt Io. And. ſ. de offic. delega. cū in iu-
re. Et hoc tenebat Hoſt. hic, qui dicit, ꝙ copia hæc tranſmittit
vt fiat fides de iuriſdictione: nec hæc ſufficit, niſi de authenti-
ca fiat fides, ſ. de offi. delega. cum in iure. Io. And. dicit contra,

dicens ꝙ hic habes expreſſum, ꝙ licèt iudex delegatus nõ mit
tat reſcriptum apoſtolicũ bullatum, citatus tñ, ex quo mittit
tenorẽ, licèt non bullatũ, comparere dẽt. de quo ſ. de offi. de-
leg. cũ in iure. quia ſi rñdere tenet̃, qđ plus eſt, ergo & cõpare-
re. Plus ſentire vr̃ Spe in Spec. de cita. §. 2. ver. Item quia reſcri
ptum nõ eſt inſertũ. ꝙ ẽt nõ trãſmiſſa copia, arctet̃ citatus ad
comparendũ, dum dicit ſe delegatũ. Bar. tñ ſimpl'r recitans in
l. 2. ſi qs in ius voc. non ie. velle vr̃ ꝙ ſaltẽ copia ſit trãſmitten-
da. Item Arch. 3. q. 2. idem eps. Spe. idẽ in tit. de cita. §. iam de
citatione. ver. ſed pone. dicit ſufficere aſſertionẽ iudicis, ſm̃ tñ
qualitatẽ iudicis. Innoc. hic facit dr̃iam inter delegatũ, & or-
dinarium, vt in delegato exigatur tranſmiſſio copiæ, in ordi-
nario ſtetur dicto ordinarij, per rõnes, quæ j. aſſignabunt̃. Pu-
to, ꝙ ſi in citatorijs aſſerit ſe delegatum, dato ꝙ nec reſcriptũ,
nec copiã reſcripti tranſmittat, arctat̃ citatus ad comparen-
dum: quia ſufficit ꝑ iudicẽ cãm allegari in citatorio, per quã
probetur iuriſdictio: quia hæc aſſertio ingerit probabilẽ du-
bitationem reo, vt debeat cõparere allegaturus priuilegium
ſuum: & hoc ꝑꝑ verbum iudicis, & etiã ꝑꝑ aſſertionem nun-
tij. Et fortius, ergo comparendũ eſt, ſi tranſmittit̃ copia: qa li-
cet nõ faciat, vt non authentica, plenã fidem: faciet tñ qualẽ
qualem. Comparens aũt ſi quærit̃, an arctetur rñdere, ſi dicit
ſe non debere rñdere, vt nõ deliberatus, excludit̃, ex quo non
negat al'r iuriſdictionẽ, ſi copia fuit trãſmiſſa, vt hic: ſed ſi ꝑ-
ſens negat iuriſdictionẽ, dẽt ſibi fieri plena fides: al'r non com
pellitur rñdere. Idẽ Arch. 3. q. 2. & ſi eps. Et ſi delegatus, quan-
tumcunque verus, procederet, nõ valeret ꝓceſſus, ſi pars ꝑꝑ
hoc appellaret: qa ei nõ eſt facta plena fides, nec tunc ſuffice-
ret exemplum. Sic dẽt intelligi Hoſt. & tẽperari dictũ Io. And.
aliàs nõ ꝓcederẽt. Hoc voluit Spe. in d. c. ver. ſed pone. Hoc te
nent dñi de Rota, ſua ꝯcluſione 359. vbi dubitant, an ſi execu-
tor datus ad executionẽ ſñiarum citat dicendo ſe executorẽ,
non al'r inſinuata ꝑtãte, valeat executio, vel taxatio expenſa-
rum in citatũ non comparentẽ vel contumacẽ: quia ſufficit
ꝙ ſe narret executorẽ, vt citatus arctetur ad comparendũ, &
petendũ vt ꝑtãs oſtẽdatur, ſi vult opponere, & petere ut fides
fiat: quo caſu tunc facere tenetur: alias ſi non facit, illo peten
te, forte tunc nõ valet qđ facit. Et ſic loquit̃ de offi. deleg. cũ ĩ
iure. alleg. ff. de iudi. ſi qs ex aliena. de accu. veniens. cum ſi ad
hoc ꝙ talis eſt merus executor: & ſic abſq; citatione põt ꝓce-
dere, de re iudi. de cætero. & no. de offi. delega. paſtoralis. §. qa
vero. igit̃ non exigitur in citatione tãta ſolẽnitas, q̃ hr̃ hic. Ad
hoc, qa non arctat̃ iudex mittere originale, ſiue copiã, niſi pe-
tatur: & ſufficit ſi miſerat tenorẽ poteſtatis ſuæ in citatione.
Quod dñt verum, qñ citat per literas. Secus ſi per nuntiũ, qa
tunc non eſt neceſſe ꝙ miſerat ẽt tenorẽ ꝑtãtis, ſm̃ eos: alleg.
8 de offi. deleg. cũ in iure peritus. ¶ † Opp. 2. ꝙ non ſufficit ſola
copia reſcripti, & reſcriptum, vt arctetur ad comparendũ, &
procedendũ: quia neceſſarius eſt libellus, de libel. obl. c. j. Dic,
licèt reſcriptũ habeat̃ pro libello quo ad finẽ excludendi dila-
torias, non quo ad finẽ vt ſuꝑ eo poſſit procedi, & ſñia forma-
ri, imò opus eſt noua porrectione libelli. Dat ſi ſe, ꝙ licet libel-
li oblatio facta parti, & extraiudicialis ſufficiant ad excludendas
deliberatorias, nõ ſufficit tñ ad hoc, vt ſuꝑ eo fundet̃ proceſ-
ſus, & ſñia, niſi iterato producat̃, C. de lit. cõte. l. vna. & auth.
offeratur, & aduerſario ꝑſente, 3. q. 9. certe: qa nec dat̃ dilatio
à iudice procedente. Ad hoc alleg. C. de adult. l. iure mariti. ff.
quis or. in bo. poſ. ſeruetur. l. 2. §. dies. Non ob. ff. de adul. l. mi-
les. §. ſexaginta. vbi die feriata, quo tñ procedi non põt, põt li-
bellus offerri: qa hoc eſt verum, iudici, non parti. De quo re-
mittit ad Summam, de libel. obla. §. vtrũ libellus. uer. ubi libel
lus aũt. vſque ad uer. utrum poſſit. ſm̃ Hoſt. ad hunc text. rñ-
det, ſed procedendũ potius &c. ſubaudi libello tñ oblato, lite
conteſtata, & iuro ꝑſtito de calum. alias ꝯdiceret, de libel. obl.
c. 1. de lit. conte. ꝑ totũ. & ſ. tit. 1. Recitat Hoſt. alios dicere hãc
ſolennitatẽ, & ſubtilitatẽ nõ eſſe neceſſariã de iure canonico,
de iudi. dilecti. Sed nõ placet Hoſt. quantuncunq; ẽt origina-
le porrigat̃, in quo oĩa ſunt explicite poſita loco libelli: qa il-
lud non ſufficit ad ſñiam, q̃ non eſt ferenda, niſi lite conteſta-
ta: & litis cõteſtatio non fit, niſi ad petitionẽ expreſſam, de ele
ctio. dudũ. 2. de lit. cõte. c. vno. Io. And. remittit ad Spe. de cita.
§. iam de citatione. ſub uer. uiſo. ad fi. ibi recitat Io. de Deo te-
nuiſſe, ꝙ nõ dẽt libellus offerri in citatione, ex quo lis non eſt
cõteſt. de app. ſignificãte, & qa iudex ſe reddit ſuſpectũ. Sed di
cit Io. And. ꝙ nimis ſubtilizauit. Dic in ſummarijs, in qb9 ſuffi
cit qualiſqualis petitio, hẽbit reſcriptũ locũ libelli, vt no. de li
bel. obl. c. 1. & cle. ſi. de uerb. ſig. & hoc tenet Inn. de ele. dudũ. ĩ
verbo, cõteſtationẽ. & Arch. 3. q. 3. offerat̃. Per q̃ dicit Spe. ĩ ti.
de ꝓb. §. 1. ver. qđ ſi agit̃, ꝙ ĩ bñficialibus reſcriptũ ſufficit ꝓ li-
bello, vt petat cõdemnari, vel exeq̃ ſm̃ tenorẽ reſcripti. Alle-
gat quod ſcribit ĩ tit. de libel. concept. §. nunc dicendũ. ver. 6.
vbi dicit in bñficialibus nõ eſſe neceſſariũ libellũ, vt no. de li-
bel. obl. c. 1. Non obſtat, ꝙ parti non dẽt edi ex̃ iudiciũ: qa fa-
teor, ſed illud poſtea repræſentatur in iudicio: ſed originale,
vel alia copia, q̃ ei à iudice porrigetur, & hoc eſt pro libello:
& hoc aliqñ practicaui. Inquantũ dictũ eſt ſupra, oblationem
libelli fieri poſſe die feriato. Et illud intellige de ea, q̃ fit iudi-
ci, non q̃ fit parti. Idẽ tenet Io. And. in addi. Spe. in tit. de libel.
cõcep. §. nunc uideamus. in prin. ubi dicit, ꝙ dictũ Io. ſibi non
placet, ꝙ pars poſſit citari ad recipiendũ libellũ die feriata, vt
ipſe no. 15. q. 4. placita, qa ꝯ illũ tex. & §. ſexaginta. loquitur de
oblatione, q̃ fit iudici, & nõ parti. Vel ſpãle ibi in actione tpe
peritura: quia loquit̃ ubi maritus accuſat iure mariti, qđ ius
tpe excluditur. Per q̃ decidit ibi, an oblatio libelli hẽat ꝑueni-
re iuriſdictionẽ. Et dicit, ꝙ non, ẽt ſi fiat iudici: qa in illa exigit̃
ad præueniendũ citatio, de foro cõpe. propoſuiſti. Secus vr̃ in
ꝑpetuatione, in qua nõ exigitur citatio: licet glo. æquiparet ꝑ-
uentionẽ, & perpetuationẽ, in dicta decre. pe. tunc eñ ſi ſuffi-
ceret oblatio facta iudici, & forte die feriato, licet nõ aperiat
9 hæc clare ibi Io. And. ¶ † Opp. 3. ꝙ dilatio nõ dẽt abſenti, ma-
ximè ad hoc nõ citato: qa nõ dant̃ niſi cũ cauſæ cognitione,
3. q. 3. ſpatium. ver. à iudice. Dic, q̃dam ſunt induciæ citatoriæ,
& tales dantur ſine cauſæ cognitione, cũ dent̃ abſente parte,
ff. de offic. procon. l. nec quicq̃. §. vbi decretum. Quędam ſunt
deliberatoriæ, & tales, quia augeri pñt, & diminui, dari pñt in
10 abſentẽ. Ad hoc qđ no. de ꝓcu. dilectus. ¶ † Quædã ſunt præ-
paratoriæ, ſiue inſtructoriæ: & hæ non dant̃ ſine cauſæ cogni-
tionē libellātis.Excluditur ergo ab intento:& illud obſcurum
nō vitiat,nec declaratū deliberationē exigit, tanq̄ vltra agen-
di intentū inutiliter adiectum. Secus autē foret,ſi peteret pen
ſionem,quia illa adiectio non foret inutilis,& concluderet ad
intentū ampliandū, & per primū libellū non potuiſſet plene
deliberare,& ſic dāda foret noua dilatio. Nam,vt dicunt Do-
cto.ea,q̄ dubitationis tollendæ cauſa adduntur,ius cōe nō læ
dunt,ff.mand.l.qui mutuam. Et addi,& detrahi pōt quātitati
poſitæ in libello,& idem manet libellus,Inſti.de act.§.ſi min⁹.
ff.de noxa. in delictis.§.ſi detracta. & quod diſtinguit hic Vin.
de mutatione libelli erga ſingulare,vel vniuerſale,vide ī Spe.
de libel.concep.§.nunc oſtendamus. Inn.hic velle vr̄,licet al-
ternatiue loquat̄, ꝙ ſi petat̄ quātitas penſionis, ꝙ adhuc non
ſunt dādæ deliberatoriæ: qa ſatis potuit per primum libellū
deliberare.Collectarius tenet idem, qa cum agat̄ de facto rei,
ſatis potuit reus deliberare per primū libellum: ſcire enim de
beat quanto tempore ſoluebat. Hęc rō no procederet,niſi cō
ueniretur ex perſona alterius, ff. de regu.iur.l. qui in alterius.
Inn.intellexit,ꝙ hic fuerit datus libellus & ſuper penſione, &
ſuper reuocatione rei. Dico ꝙ in hoc attendenda eſt cōcluſio
libelli.Si enim petebat penſionem,& concluderet certā quan
titatem,tn̄ vt peto ꝯdemnari in tanta quantitate,qa nō ſoluit
iam tribus annis,& plus: ſi declaret̄ libellus ex quantitate pe-
titi,planum eſſet: ſi ſine quantitate petiti non declaretur, tūc
ſatis adhuc procederet opi.Inno.cum limitatione Io.de Lig.
Ideo dicit Hoſ.ꝙ ſi gl.declarans libellum eſt multum remota,
tex.dabit dilationem, aliàs negabit, vt hic, & ſ.c.ꝓxi.Inquātū
glo.vlt. dicit remiſſionem fieri:hoc intellige,niſi ſit delatum,
12 de app. cum appellationibus. lib.vj. ¶†Vltimo Io. Cal.indu-
cit hanc decre.ad quæſtionem,an ſi teſtis dicit,ꝙ Titius poſſe-
dit nouē annis,& vltra,ꝙ vr̄ ꝙ per hoc ſit probata præſcriptio,
cū ſaltem vltra dimidiā tp̄is expreſſi dictio hæc, & amplius,
in ſe contineat, vt patet hic.Gul.de Cu.in l.& ſi poſt tres.ff.ſi
quis cau.dicit ꝙ refert an dicat teſtis, Poſſedit decē annis, vel
plus: & tunc non probat, quia obſcure loquitur,& dubitati-
ue.Ad hoc ff.de iniur.l.p̄tor edixit.§. quod aūt.de re. eorū.l.ſi
pupillorū.§.ſi pretor. de iure fiſ.l.ita fidei.ad hoc ff.de ver.ob.
l.ſi ita ſtipulatus fuero x.aut xx.ff. de lega.j.l.ſi ita relictū.§.fi.a
ꝯrio ſenſu.Qn̄que dicit teſtis, Poſſedit per xx.annos,& plus:&
tunc dicit,ꝙ præcedentibus aliquibus coniecturis ꝓbat: vt ſi
poſuit quis ſe poſſediſſe per xx.annos, & teſtis dicit ꝙ poſſedit
xx.annos,& plus:dicit ꝙ probat,ar.l.ab hoſtibus.§.ſed qđ ſim
pliciter.& ibi not.gl.ff.ex quib.cau.maio. De verbis autē iſtis,
Poſſedit xx.annis,vel citra: tetigit ibi Gul. de Cu.vr̄ ꝙ ꝓbet de
xx.ar.l.nulla.C.de epiſ.& cle. & auth.ad hoc.in Auth.quomo.
opor.epi.§.quanta.coll.ij.dicit Gul.ꝙ hæc verba inducunt du
bitationē quādā,per quam non vr̄ de certo termino depone-
re.Ad hoc quod not.de dictione, vix,vel de dictione,ferè, in l.
vix.ff.de iu.& in l.Iulian⁹ ait.ff.de ma.te.& ī l.j.ff.ex q.ca.ī poſ.
ea.Idē dicit ff.de mi.l.ītra vtile.qa diminuūt, vt d.l.vix eius.tn̄
quia modicum tempus refertur, vt d.l.& ſi poſt tres.ad hoc l.
ij.§.exactis deinde.ff.de ori.iuris.& §. iiſdem temporibus. De
hoc,prope xx.annos,vide in Auth.de monachis.§.ſed illud.&
ibi Iac.de Bel.Et de teſte,qui dicit circa quinquaginta annos,
in Auth.quomo.opor.epi.§. ſinautem. Et quid ſi dixit,Poſſe-
dit xx.annis,& paulo plus: in Authen.vt eccleſia Romana.§.j.
coll.ij.C.de ſecun.nup l.ſi qua.De dictione,Pene, dicit text.de
ele.dudum.j.Sed ſi dixit, poſſedit prope xx.annos.videtur pro
bare de xix.cum dimidio,ff.de excu.tut.l.non tantum.in prin.
de libe.exhi.l.3.§.fi.C. de iud.l.properandum.§.& ſi quidem.
13 †Idem de dictione, Circa:quia non ſignat perfectionem tp̄is,
de ſerui.ruſt.prędi.l.ſi duo.iuxta l.j.§. ſi in flumine. de ꝯhenda
emp. Rutilia Polla.Idem in l.ab hoſtibus.§. ſed quod ſimplici
ter.dicit ꝙ ſolum ꝓbat determinatū tp̄s, & non vltra. Vnde ſi
dicit,Poſſedit ix.ante,& plus:non probat niſi de x.quia illa ad-
iectio eſt dubia:ergo interpretata ꝯ ꝓducentē, maxime in ca-
ſu odioſo,vt præſcriptionis.Patet,quia ſi teſtis eſſet certus, di-
xiſſet x.& nō dixiſſet ix. & plus:ideo hoc intelligitur omiſſum,
vt l.j.§.ſinautem.de cadu.tollen.ad hoc de leg.ij.l.cum filio.§.
cum pater. Hæc vera,ſi teſtis ſit mortuus. Si autem viuat,pōt
interrogari vt declaret dictum ſuum, in Authen.de teſti.§.ſi
vero. de confeſ.l.certum. §.j. Si dixit ix.annis, vel plus. dicit
idem quod ſupra: quia id ſuperuacuum eſt, & qđ minus eſt
inſpiciatur,de verbo.oblig.l.ſi ſtipulatus ſum.de in litem iur.
l.ij.Butr.in d.§.ſed quod ſimpliciter.dicit aliquos dicere,ꝙ cū
hęc additio,& plus,debeat referri ad modicum tempus,quod
in ſe importat quartam partē eius cui adijcitur,Inſti.de ſucc.
ab inteſt.§.vetuſtas.C. de inof.teſt.l.ſi quis in ſuo. recitat quē-
dam magnum Doct.dixiſſe, ꝙ cum hęc adiectio,& plus,ſit in
determinata in teſte,ꝙ nihil probat, niſi determinatum tem-
pus, ꝑ l.cum furti.ff.de in litem iuran. Ibi Butri.dicit,ꝙ com
muniter tenetur ꝙ aliquid operetur, per illam l. cum furti.
quando adijcitur ad aliquid determinate probandum.Ioan.
An.de proba.licet cauſam.dicit,qđ hæc dictio, & plus, opera-
tur illud modicum tempus,qđ eſt inter litis conteſtationem,
& cęptum iudicium: vt ſi teſtis dicit quod poſſedit iam ſunt
x.anni,& plus:dictum teſtis refertur ad diem depoſitionis: &
ſic reperitur,quòd lit.conteſta. eſt facta intra tempus præſcri-
ptionis: ſed dicit quòd illud,& plus,comprehendit illud modi
cum tempus. Moderni,vt Barto.in dicta l. cum furti. & Ioan.
Cald.hoc tenent: quia illa dictio,& plus,nihil operatur in te-
ſte, quando adijcitur ad aliquid determinate probandum.
14 † Quid de his verbis, Poſſedit x.annis, & paulo plus: vide ff.
ff.de poſtu.l.j.§.pueritiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatione facta ad cauſam certo & limitato tempore, ſi reus poſt pro publica vtilitate vocetur, circunducitur edictum peremptorium.*

2 *Primatiæ ius in alterum epiſcopum,vel archiepiſcopum quomodo acquirere poteſt archiepiſcopus.nu.11.*

3 *Citatio vbi fit de longinquo,poteſt quis citari ad totam cauſam,& citatione vnica peremptorie ex cauſa, vel propter loci diſtantiam.nu.11.*

4 *Citatus vt ſe cōſpectui Papę pręſentet,quomodo poſſit comparere per procuratorem.*

5 *Procurator habens plenam poteſtatem,poteſt in agendo & defendendo quę ipſe dominus,ac ſi pręſens eſſet, & procuratoris conſtitutio, vt reſpondeat ſaluis exceptionibus,valet.*

6 *Citatus in curia,etiam in cauſa graui,quæ ſui natura eſt in curia,non arctatur ad reſpondendum,ſi ad curiam acceſſit pro alia cauſa neceſſaria.*

*Domum reuocandi priuilegium quomodo habet citatus ad curiam, qui ibi eſt pro alia cauſa neceſſaria.*

7 *Mandatum ſecundum emanans proprio metu,& grauius primo,reuocat primum,licèt non faciat mentionem de primo.nu.17.*

8 *Ad deliberandi facultatem concludendum cum pluribus non ſufficit probare facultatem deliberandi cum aliquo,vel etiam deliberatum eſſe.*

9 *Dilatio expectatoria,quamquam peremptoria, ex cauſa potaſt porogari. nume.16.*

10 *Citatio ad diem feriatam quando valeat.* 18.
11 *Ad agendum non admittitur, cuius intereſt.*
12 *Citatus, qui propter impedimentum comparere non poteſt, debet procuratorem conſtituere.*
13 *Citatus, qui non tenetur comparere, ſi compareat, non arctatur reſpondere, niſi velit.*
14 *Citatus qui procuratorem ad negotia dimiſit, licèt venire non teneatur cauſis alijs quandoque vrgentibus, arctatur comparere, vbi non habet ius reuocandi, cum non eſſet impeditus iuſta cauſa.*
15 *Domum reuocandi priuilegium quomodo non excuſet a foro ordinario, & ſpeciali, ſed bene ab extraordinario, & generali.*
16 *Reſtitui poteſt abſens aduerſus proceſſum contra eum in eius abſentia factum.*
19 *Papa licèt perſonaliter pugnare non debeat, etiam pro ſua eccleſia defenſione, poteſt tamen alios ad pugnam hortari.*
20 *Procurator cum libera non poteſt ea, quę ſpeciale mandatum exigunt.*
*Alienare qui non poteſt in præiudicium, poteſt tamen ad commodum.*
22 *Citatus perſonaliter an poſſit reſpondere per procuratorem.*
23 *Procurator vbi eſt ſimpliciter ad cauſam conſtitutus, an præcludatur via dilatorijs.*
24 *Procurator conſtitutus ad cauſam cum clauſula & proteſtatione, uidelicet, ſaluo iure mei domini, quid operetur proteſtatio.*
25 *Procuratorium cum proteſtatione, ſaluo iure meo, an debeat admitti per iudicem.*

## CAP. IIII.

1 Xpoſuit. ¶†Si poſt citationem ad cauſam reus pro publica vtilitate vocetur, circunducitur edictum peremptorium, & habebit nouas inducias. Prima pars factū narrat. Secunda ibi, nos igitur, interloquitur. In prima parte ponit rei bina citatio, rei, ꝓcuratorium, & ipſius procuratoris exceptio duplici iure fundata: & actoris replicatio ad vtrunq; re-
2 ſpondens. ¶†Nota, archiepm poſſe acquirere ius primatiæ in alterum archiepm, & ſic ius ſuperioritatis patriarchalis, vel il-
3 lius inſtar habentis. ¶† No.ij. ꝙ vbi citatio fit de longinquo, quis poteſt citari ad totam cām, & in vnica citatione dēt mitti peremptorium: de quo de offi. dele. conſuluit. de acc. ad pe-
4 titionem. ¶†Not.iij. citatus, vt ſe conſpectui Papæ præſentet, pōt comparere per procuratorem: pōt induci ꝯ, vide de iura.
5 ca.c.pe. ¶†Not.iiij. ꝙ valet conſtitutio procuratoris, ſaluis exceptionibus, vel vt rñdeat ſaluis exceptionibus ſuis: de quo cum gl. Et no. practicam plenam procuratorij, vt poſſit in agē-
6 do & defendendo, quæ ipſe poſſet, ſi pñs eſſet. ¶†Not.v. ꝙ citatus in curia, etiā in cā graui, quæ ſui natura eſt in curia, nō arctatur ad rñdēdum, ſi pro alia cā neceſſaria acceſſit ad curiā: & ſi cām impedit, & conſumit tp̄s deliberandi, nō arctatur ad rñdēdū, et cā finita, pp quam acceſſit ad curiā, nec per ſe, nec per procuratorem, donec fuerit reuerſus, & deliberare potuerit. Et ſic priuilegium reuocandi domum habet locum etiam in cauſis, quæ ſui natura ſunt in curia, quando ibi acceſſit ꝓ alia cauſa deliberandi tempus excludente: & etiam releuat quem neceſſitate reſpondendi, ſiue per ſe, ſiue per alium, & & quandiu eſt abſens in curia, & quandiu etiam durat abſentia itineris in eundo, & redeundo. Secus ergo ſi non excludat tempus deliberādi, qñ natura cauſæ eſt in curia. Et ex hoc no. ꝙ idem terminus poteſt ſtatui ad plures actus compaſſibiles, & eo tempore pariter expedibiles: ſecus ſi non ſunt compaſſibiles, vel tempus pariter non ſufficit ad vtrunq; expediē-
7 dum. ¶†No. ꝙ ſm mandatum emanans proprio motu, & grauius primo, reuocat primū, licet non faciat mentionē de pri-
8 mo. ¶†No. ꝙ ad concludendum facultatē deliberandi cum pluribus, nō ſufficit ꝓbare facultatē deliberādi cū aliquo, vel
9 ēt deliberatū eē. ¶†No. dilationē expectatoriā, q̄q̄ perempto-
10 riā, ex cā prorogari. ¶†No. ꝙ valet citatio ad diē feriatam, qñ dies apponitur ad ſignificandum tp̄s, ex quo procedi debet.
11 ¶†Opp. ꝙ non debet admitti agens archieps pro iure primatiæ: quia ad agendum non admittitur, cuius non intereſt, ij. q. vj. non ſolent. de elec. cum inter. Nam ius primatiæ non tāgit ius archiepiſcopale, quia per illud nihil illi derogatur: ergo. So. Dicit Inno. aliquos dicere intereſſe archiepiſcopi, ne alius archieps acquirat ius primatiæ: qā omnia iura primatis, ceſſante primate, cadunt in archiepiſcopum. Hæc ſol. non placet Inno. quia ſi appelletur ab archiepiſcopo, appellari debet ad primatem: & tñ ceſſante primate non appellabitur archieps, ſed Papa. Itē procurationes primatis nō recipiet archiepiſcopus. Quaſi dicat, incompaſſibilia ſunt iura primatis, quæ habet primas ratione ſuperioritatis in archiepo cum archiepiſcopo. Quod patet in appellatione, & procuratione, & ſic de ſingulis. Ideo dicit ſecundo ſua intereſſe: & hoc, ne prouincia ſua grauetur a pluribus, & intereſt eius habere ſubiectos locupletes, in Authen. vt iu. ſine quoquo ſuf. §. cogitatio. col. ij. ſm Innoc. Hoſt. dicit, ꝙ nimis generalis eſt hæc ratio. Ideo dicit, ꝙ vera ratio eſt, ne iugum ſubiectionis cogat recipere ſuper ſe, excepto Papa, ne ſuperiorem ſentiat, quem neceſſe habeat timere, & qui ipſum vexare poſſit, & grauare, & ne alius, excepto Papa, ſed ipſe ſolus videatur prouinciæ præeminere. Et ad hoc de viſu pallij. c. ex tuarum. & quod ibi no. licet tñ archieps hic vr̄ admitti, conſenſus tamen prælatorum requiritur prouinciæ ad prouiſionē faciēdā, de ma. & obe. c. fi. ſecūdū Hoſt.
12 ¶†Oppo.ij. ꝙ hic Burdegalen. non excuſetur a contumacia: quia licèt in propria perſona propter impedimentum nō arctaretur ad comparēdum, quia habebat ius reuocādi domū, tñ quo ad conſtituendum procuratorem nulla exceptio competebat: quia obligatus erat ad comparendum vel per ſe, vel per procuratorem: ſi non poterat facere alterum, ſ. per ſe cōparere, debet alterum facere, ſ. comparere per procuratorē, ff. de contrahen. emp. ſi in emptione. §. ſi emptio. ff. de condi. inde. cum his. de ſolu. Stichum. cum ſi. Nec ob. cauſæ arduitas propter formam citationis, de procu. querelam. Sol. Dicit Goff. ꝙ recuſatur, qa ob vocationē maioris negotij fuit adeo occupatus, ꝙ intendere non potuit conſtitutioni procuratoris idonei, qui debet eſſe talis, ꝙ habeat cauſam notam, ſ. tit. j. in pertractandis. Item excuſatur, quia cum ſuffraganeis deliberare non potuit, vt dicit litera: vel fuit de gratia, ſecundum eum. Dicit Hoſt. ꝙ non fuit excuſatus a conſtitutione procuratoris: dilationem vero quare obtinuerit, patebit ſecundū
13 Hoſt. ¶†Oppo.iij. ꝙ dato ꝙ venire nō teneretur, nihilominus ex quo venit, reſpondere tenetur, ff. de ferijs. l. j. Sol. Dicit Inn. ꝙ qui non tenetur venire, ſi venit, non arctatur ad reſpondendum, ſi nolit: ſed hic voluit, in l. j. ff. de ferijs, voluit litigare. Et
14 hoc ſatisfaciat huic contrario. ¶†Oppo.4. ꝙ ex quo dimiſit ꝓcuratorem ad negotia, ita poterat dimittere ad iſtud: & ſic nō debet excuſari, ſ. de dolo. cum dilecti. Sol. In c. cum dilecti. arctabatur ad comparendum, quia non habebat ius reuocandi domum, cum nō eſſet impeditus aliqua legitima cauſa: in c. iſto, quia impeditus altera legitima cauſa habebat priuilegiū reuocandi domum, igitur non arctabatur ad conſtituendum procuratorem, ſ. de foro compete. c. fin. Et ſi dicatur, ex quo poterat cauſam agere per procuratorem, non excuſat ipſum impedimentum: Reſpondet, ꝙ cauſa erat ardua, in qua non arctatur impeditus reſpondere per procuratorem, de procu. querelam. Item dato ꝙ non habet ius reuocandi domum, & dato ꝙ non excuſaretur ad comparēdum per procuratorē, debet tamen procurator non inſtructus habere inducias ad conſulendum dominum, ſ. de procu. Vel dic, ꝙ cum cauſa tāgat totam prouinciam, licet etiam arctaretur ad reſpondendum per procuratorem, alias non arctabatur: hoc cum propter impedimentum excluſus fuerit a poteſtate deliberandi plene cum prelatis prouincię, vt cauſa exigebat, an cederet, vel contenderet, niſi conſilio cum eis habito, ff. de eden. l. j. li-
15 cet non ſit neceſſe eos vocare, ff. de lib. cau. l. ſi pariter. ¶†Op.v. ꝙ hic archiepiſcopus non excuſetur, eo ꝙ habuerit priuilegium reuocandi domum: quia ex priuilegio nō excuſat, quin debeat reſpondere in loco, vbi de iure communi debeat reſpondere, licèt excuſetur vt non arctetur reſpondere in loco, vbi de iure ſingulari tantum ratione communitatis patriæ debebat reſpondere: nam tenetur ſe abſens ad curiam præſentare, & in prouincia defendere, C. de reſtitu. milit. l. ignorare. ff. eum, qui app. in prouin. defen. de. l. j. multò fortius cauſam ceptam in loco debito debet perficere. Dicit Innocen. ꝙ licèt non excuſauerit abſentia ex priuilegio reuocādi domū, quo minus ſe deberet defendere in prouincia, excuſauit tamē quominus debeat defendere in curia Romana ratione communitatis patriæ: quia licèt non excuſet a foro ordinario, & communi, excuſat ab hoc foro extraordinario, & generali, l. ij. §. in legatis. ff. de iud. & de foro compe. c. fi. ſecundum Inno. Hæc ſol. non placet, quia cum hęc cauſa eſſet ardua, ſpecialis forus erat forus Romanæ curię, de app. vt debitus. ad fi. & de elec. quamuis. lib. vj. de offic. deleg. quod tranſlationem. ideo ibi ſe defendere tenebatur. Ideo dicit Innocen. ꝙ hæc nō fuit cauſa vera, ſed cauſa fuit, quia negotium legationis fuit ita arduum, ꝙ non potuit deliberare ſuper cauſa cępta: & ſic quandoque abſentia excludit deliberatorias, & etiam in foro ordinario reſpondere non tenetur. Si non excludit deliberandi tēpus, tunc priuilegium reuocandi domum nōn excuſat a foro ordinario, & ſpeciali, ſed bene ab extraordinario, & generali.
16 ¶†Oppo.vj. quòd ſi habuit tempus ad deliberandum, vt allegabatur, interim non ſit danda alia dilatio, vt compellatur reſpondere: quia nihil ſuberat, ex quo excuſaretur. Quidam intelligentes hanc allegationem eſſe veram in facto, ꝙ hoc potuerit deliberare, dicunt ꝙ dato etiam ꝙ potuerit deliberare, nihilominus non arctabatur ad reſpondendum: quia & ſi ꝯ, cū vt abſentem procederetur, aduerſus talem proceſſum reſtitueretur, C. de reſti. mili. l. j. ar. ff. de arbi. l. nō diſtinguemus. §. ſi quis Romæ. Vt ergo hic circuitus euitetur, melius eſt prorogare dilationem. Non placet hæc ſol. Innocen. quia licèt reſtitueretur ad geſta pendente adhuc publico negotio, & per hoc etiam eſſet æquum tunc non procedere, tñ iam finito negotio

gotio ſi aliquid ꝯ eum ageret̃,non reſtitueret̃ : & ſic nõ ſubeſt
æquitas,quare non teneat̃ rñdere finito negotio,ſi potuit deli
berare.Ideo tenendũ eſt alterum horũ , vel ꝙ deliberare non
potuit interim,vel quia mandata ſe nõ cõpatiebant̃ , cũ non
poſſet interim intendere actui deliberandi, & malitiæ,in qua
habebat inſiſtere , vt in maiori negotio, & magis neceſſario.ſ.
intereſſe circa malitiam,& auxiliũ eccleſiæ,& dictam malitiã
etiã domi reducere debebat,ꝑpea non arctatur rñdere:Secus
foret,ſi mãdata fuiſſent cõpaſſibilia, & vterq; cõmode inſiſte-
re potuiſſet:& hęc eſt veritas. Aut ergo vocatus ad curiam ob
aliam cãm publicam ꝑꝑ illã non potuit deliberare ſuper pri-
ma,& nõ cõpellitur nec finito,nec pendente termino,vel ne-
gotio rñdere,donec deliberare potuerit. Aut vocatus ob pu-
blicam cãm potuit deliberare : & tunc ſi fuit citatus vt per ſe
rñdeat,non arctat̃ pendẽte negotio rñdere,qa occupatus ma-
iori negotio:nec ẽt finito eo, donec gẽtes reduxerit ad ꝓpria:
ſed oĩbus finitis bene arctat̃ rñdere. Si eſt citatus,vt per ſe vel
ꝓcuratorem, vt hic fuit, ex quo deliberare potuit,& finito &
pendente negotio arctaret̃ rñdere, nec excuſaret eũ arduitas
negotij : ex quo ſic Papa eſt citatus, vt per ſe,vel procuratorẽ
rñdeat,q̃q̃ negotium ſit arduum : quia ſtandum eſt citationi
Papæ.Et hæc eſt veritas, licet Inn.ſentiat arduitatẽ negotij eũ
17 excuſare,ꝑ no.de procu.querelã. ¶†Opp.ꝙ non debuerit ſm
mãdatũ reuocare primum,de reſcrip.cæterum:Sol.ſm reuo-
cat primum ꝑꝑ plura:quia fortius eſt ſm mandatum, q̃ pri-
mũ,adeo ꝙ ſi non veniſſet prætextu mandati, quia nullũ fuiſ-
ſet factum : ſi veniſſet ſola ſponte ad eum ſeruitium eccleſiæ,
ſatis fuiſſet excuſatus, ſm Inn. quia licentia ſubuentionis eſt
neceſſaria, & ex neceſſitate iuramenti tenet̃,de iureiu.ego N.
Vel ibi loquitur,qñ ſuper eodẽ facto, vel eadẽ cã plura mãda-
ta ſiunt:hic mandata fuerũt ſuper diuerſis negotijs, quæ ſi p̃t,
debet ambo adimplere:ſi non poteſt, debet maius adimple-
re,vel requirens maiorem feſtinationẽ, & vbi maius eſt peri-
culum,&c.ff.de ferijs.l.4. Item ſm Hoſt.ibi, ſi memor fuiſſet,
non dediſſet ſm. Sic de ſup. neg.præla. licet.de vſu pallij.niſi.
ergo &c.de reſcri.ſuper literis. Item licet non videatur ab ho-
mine reuocatũ,in effectu eſt reuocatũ a iure per ius reuocãdi
domum,de quo prædictum eſt.Tertio,quia iſta interpretatio
nõ eſt partis,ſed Papæ,de ſen.excom. inter alia. Item qa ↄ̃ria
ſunt tp̃a belli & pacis,vt in proęmio Inſt.& C. de aduo.diuer.
iu.l.aduocati. Vr̃ ergo Papa eligendo vnũ de cõtrarijs, aliud
18 reuocaſſe,de p̃ſum.nõne.de bap.maiores.in fine.¶†Op.ꝙ nõ
valuerit citatio ad diem feriatũ,ĩ.c.fi.ti.j.Sol.dic,ꝙ fuit citatus
ad illum diem,non vt rñdeat, ſed vt cõpareat. Vel illud,vſq;,
ponit̃ excluſiue,de æta.& quali.a multis.ↄcor.de dolo.cum di
lecti.vbi dabo remiſſionem ad Spec.& ad Sum.plenius de or.
19 ab epiſco.c.j.ſuper j.gl. ¶†Vltimo Doct.hic dicũt Papam poſ-
ſe inuocare auxilium inferiorum,& non ſolum a prælatis,ſed
etiã a principibus ſecularibus ꝯ hoſtes.23.q.3.Maximianus.&
c.ab Imperatoribus, & ſi nõ præbeant, põt eos excõicare, ea.
cã,& q.v.adminiſtratores. Et licèt prælatus ꝑſonaliter pugna-
re nõ dẽat pro ſuæ eccleſiæ defenſione, põt tñ alios ad pugnã
hortari,ea.cauſa,& q.8.igit̃.& c.hortatu.& c.omni.ſm Philip.
20 ¶†Quæro,an vi huius formæ,vt poſſit ea,q̃ pręſens,&c.poſſit
procurator exigentia ſpetiale mandatum. Ioan.And.dicit,ꝙ
non,per ea,quæ hñr de procu.qui ad agendum.lib.vj.Contra
ſentit Archid.de reſcr.c.j.lib. vj.in fi.gl. de offi.procu.Cæſa.l.j.
tenet ꝙ non poſſit exigentia ſpeciale mãdatum:quinimo nec
poſſit alienare ad præiudicium domini, ſed ſic ad commodũ.
Bar.in l.procurator,cui libera,dicit ꝙ talis cenſetur habere li
beram,eo ꝙ ſibi data eſt poteſtas,vt poſſit quæ dominus pręſ-
ſens poſſet.alle.l.ſi creditor.l.Lucius.ff.manda. Idem no.C.de
21 procu.l.ſi procurator. ¶†Ad glo.opp.ꝙ citatio prima vice nõ
debeat eſſe peremptoria,ff. de iud.l. ad perẽptorium.C. qũo,
& qñ iud. in auth.qui ſemel.Sol. Dicit gl.ꝙ iudex ex cã prima
vice mittit peremptorium, vt ꝑꝑ diſtantiam viarum, quæ de
facili non patitur iterationem citationum:quo caſu permitti
tur vnica citatio ad totum proceſſum vſq; ad ſñiam, vt hic,&
no.de offi.dele.conſuluit.Nam ꝙ vnica citatione ponat̃ perẽ-
ptorium cum competenti termino,non eſt damnatũ,qa hoc
arbitrarium,ff.de iudic.l.nonnunquam. Sed ꝙ in prima cita-
tione fiat citatio ad plures actus ſucceſſiue, & ad totam cãm,
vt hic fuit,hoc nõ permittitur, niſi propter abſentiam longã.
De hoc an poſſit abbreuiari,dixi ſ̃.c.j.Inquantum dixi ſuffice-
re vnam pro omnibus,hoc eſt verum,qñ citatio ordinatur ad
finem contumacię inducendę : ſed vbi ordinatur ad finẽ pu-
niendi,& delictum inducendi, ſi ius exigit trinam requiſitio-
nẽ,nõ ſufficit vna pro omnibus, imo requirũtur plures,vt no.
Io.An.in c.ex tuæ.de cle. non reſi. & cle.j.de vi.& hone.cle. &
in Spec.de cle.non reſi.iuxta prin.de quo dixi ſ̃.vt lit.non con
22 te.qm̃.§.porro.¶†Quærit glo.ſecunda,an perſonaliter voca-
tus poſſit reſpondere per procuratorem, & an delegatus poſ-
ſit arctare quem ad perſonaliter comparendum : dic vt in gl.
23 & ibi ambiguum:dic hodie vt de iud.c.j.li.vj. ¶†Quæro,an ſi
ſimpliciter conſtituatur procurator ad cauſam agitandam,
præcludatur via dilatorijs.Glo.arg.ꝙ ſic,arg.huius decre.vt ꝓ-
teſtatio aliquid operetur. Contra determinat, ꝙ procurator
tenetur opponere exceptiones dño competentes,ſicut & fide-
iuſſor,ff.de fideiuſſori.ex ꝑſona.& quia vr̃ cõſtitutus ad oĩa ad
cauſam ſpectantia, de offi.deleg. præterea. Et quod hic dicit
de ꝓteſtatione, dictũ eſt ad cautelam. Vnde cõſuluit gl.ꝙ vbi
aliquid proponitur,ſemper dicatur,ſaluo iure meo,vel ſaluis
24 exceptionibus mihi competentibus.¶†Hic ſunt duo vidẽda.
Primum,quid operetur proteſtatio. Secundum, an admitta-
tur procuratorium cum tali proteſtatione Doc.dicunt hic, vt
Vin. ꝙ operabitur proteſtatio: quia ſi procurator confitetur
omiſſa dilatoria exceptione,non valebit confeſſio alle.ſ̃.titu.
2.c.j.non tñ tenetur mandati,ff.man.l.quintus.Item operabit̃
proteſtatio,quia videbitur p̃ſeruata exceptio ꝯ actũ conſtitu-
tionis : poſſet enim dubitari, ex quo habet ius reuocandi do-
mum,an conſtituendo procuratorem ad reſpondendum vi-
deatur dilatoriæ renuntiaſſe,ex quo eligit litigare:ideo in hoc
25 operatur proteſtatio. ¶†Ad ſm,an admittatur procuratoriũ
cum tali proteſtatione.Gof.dicit ꝙ non,quo ad cãm principa
lem,vt ĩ.de app.ſignificauit.Idem de illo,qui promittit ratum
habere demum quod legitime factum eſt, cum etiam quod
doloſe facit procurator, debeat domino nocere,ff.de doli ex-
ce.l.ſi procurator.licèt ſuccurratur domino,ſm ea quæ no.ſ̃.
vt lit.non conte.c.j.dicit Hoſt. ꝙ decre. ſignificauit. non pro-
bat id,ad quod inducitur. Et dicit,ꝙ quicquid dicat̃, hoc mã-
datum Burdega.fuit ſufficiens.De hoc in Spec.de procu.§.ra-
tione autem formæ.ad fi.j.col.Dicit tñ,ꝙ Clemens viſus eſt te
nere ↄtrarium. Et hoc tenet Io.An.& Bar.Brix.in c.relatio.22.
q.1.& ſequitur Ioã.An.Hoc non ob. ꝙ procuratorium fuerit
hic admiſſum, quia non apparet hic ꝙ fuerit hic admiſſum
ad negotium principale, ſed ad exceptiones proponendas,ad
id,quod dicit decre.ſignificauit.non facere.Dicit Ioan.An.ꝙ
imo facit, quia ſicut ibi procuratorium non admittitur non
cum ſigillo generali,ſed cum ſigillo ad certum vſum, ita non
admittitur procuratorium ſic limitatum, ex quo generaliter
nõ eſt ↄſtitutus, ſecundum Io.An.Puto,ꝙ ſi procurator ſic cõ
ſtitutus ſit,Conſtituo procuratorem,& promitto rata habere
quę legitimè geſſerit:ꝙ valebit,& redigetur ad intellectum iu
ris: quæ legitime.i.ſecundum diſpoſitionem iuris agere pote
rit.Si conſtituitur procurator ſaluis exceptionibus, vt reſpon
deat,&c.adhuc poteſt ſaluari procuratorium, vt videatur ſal-
uare dilatorias,quę tolli viderentur ex actu conſtitutionis ꝓ-
curatoris,non quæ poſſent tolli ex actu procuratoris. Item ſi
omnino cõſtat, ꝙ velit ex proteſtatione præſeruare exceptio-
nes contra actum procuratoris, cum hæc proteſtatio ſit con-
tra ius,non iuuabit proteſtantem, & admittetur procurato-
rium,arg.de conſti.cum M. Et hæc vera, niſi pars conſentiat
proteſtationi. Sed ſi velit, ꝙ admittatur procurator non ad-
miſſa illa proteſtatione, admittetur, & proteſtatio non iuua-
bit,vt dixi. Anto.de But.

## ¶De ferijs. Rubrica.

¶Viſo de dilationibus,quæ dantur a iudice : de dilationibus
ergo, quæ dantur a iure, videamus de ferijs nundinarum,
xxxiij.q.iiij.&c.

### SVMMARIVM.

1 *Feriatis diebus non licet mercari, litigare, iudicare, vel iurare.*
2 *Dies quo ad feſtiuitatem computatur de veſpera ad veſperam.*
3 *Nundinæ ſunt prohibitæ diebus dominicis.*
4 *Mercata quomodo ſunt permiſſa diebus dominicis tanquam licita.*
5 *Dies omnes licèt a Deo ſint facti, vnus tamen in ſolennitatem eſt ei attributus, qui dicitur Dominicus, eo quòd illa die fecit omne inſigne.*
6 *Feriatis diebus an liceat aliquid facere licitum, quod alias poſſet illicitum reputari. nu. ſeq.*
7 *Studere quomodo liceat diebus dominicis.*
*Aduocati cenſentur militare, & poſſunt cauſa neceſſitatis diebus feriatis vacare officio.*
8 *Iuſtitię executio non eſt fienda omni tempore, & quo.*
9 *Iurare licet diebus feriatis cauſa pacis, vel pietatis.*
10 *Teſtes non ſunt audiendi, vel producendi diebus dominicis.*
11 *Iudiciaria acta diebus vigiliarum exprirant hora veſperarum.*

### CAP. I.

1 OMnes. ¶†Diebus dominicis mercari,liti-
gare,iudicare, vel iurare non licet,
2 neq; debet.Nõ diuiditur.¶†Not.ꝙ quo ad fe-
ſtiuitatem, & celebrationem,ſeu venerationẽ
3 computatur de veſpera ad veſperam. ¶†Not.
ij. ꝙ die dominico abſtinendum eſt ab omni
opere ſeruili, & mercatu : & ſic nundinæ ſunt prohibitæ, vel
mercari aliquid die dominico, nec litigare:item nec aliqua
executio,etiam delicti,fieri. Item non licet iurare, niſi impel-
lente

4 lente neceſſitate.¶†Op.ꝙ liceat mercari diebus feſtiuis,& do
minicis, vt habet cōis obſeruātia.Sol.Quidam dicunt,vt Ro.
& Ala.ꝙ hoc c.loquitur de conſilio,vel eſt locale,vel illi dero
gatum eſt ꝯria conſuetudine,& tacito conſenſu Papæ.Vin.di
cit,ꝙ tenet,per illa iura, C.e.l.omnes.xv.q.iiij. placita. & hoc
etiā tenet Hoſt. ſpecialiter in mercato, & placito.hoc placet,
& obſeruantia oppoſita, vt nutriens peccatum, abuſiua eſt.
5 ¶†Oppo.ij.innuitur hic,aliquos fore dies nō dominicos.Cō-
tra,quia imo omnes a Deo facti ſunt. Ipſe enim dixit Gen̄.j.
fiat lux,& facta eſt lux.Dic,ꝙ latè quo ad cām efficientem om
nis dies Dominicus eſt: hic ſpecialiter ſibi Dn̄icus dies attri-
buitur,quia illa die fecit omne inſigne,lxxv.di.quod die. Ideo
6 in eo abſtineri debet in his,quæ ſequuntur. ¶†Opp.ꝙ nō li-
ceat eiam tali die exercere opus licitū, vt patet hic in litigio
& mercato,& ĵ.c.fi. Sol.dic. illicito.i.ſeruili. Vel illicito,reſpe
ctu diei,licet aliàs in ſe licitū ſit, vt patet per exempla, vel ſub-
audi maxime,vel illicite cauſatiue:quia poſſet eſſe occaſio il-
liciti:vel hoc eſt dictum per ſe: nec continuatur quod ſequit̄,
ſed ꝯtinuatur principio: nam ab illicito in ſe omni tp̄e eſt ceſ-
7 ſandum,Ray.& Hoſt.de quo in Sum.c.ti.§.pe. † Per hoc not.
Pe.ꝙ ſtudere licet,cum ſit opus licitum, ſine ſolēnitate tamē.
Facit quod no.ff.eo.l.pe.ibi glo.tenet licitum ſtudere,qa ſcri-
bitur ſic militari,vt in tex. quia cenſentur militare aduocati,
C.de aduo.diuer.iud.l.patroni. Idem glo.C.eo.l.omnes.Puto
die dominico non licere ſtudere pp lucrum particularis con
ſilij,niſi neceſſitas ſuadeat aliud, vt pro expediendo illum, q
de longinquo venit:nec etiam licet legere ſalariato,vel ſtude
re,niſi neceſſitas aliud ſuadet.Similiter nec ſcholari licet ſtu-
dere, quia diem deputatum ad ſeruitium altiſſimi deputat
ad ſeruitiū actus mundani: niſi ſtudiū eſſet in materia ſp̄uali,
in qua ſtudendo Deo ſeruiret:alias non puto licitū,licet ego,
& ſcholares in hoc plurimum peccauerimus. Non ob.ꝙ ſtu-
dēdo dicat̄ exercere opus piū:quia ſi ſtudium dirigit̄ in bonū
finē,eſt eius finis vt quis bonus efficiatur,& vt iuſtitiam mini-
ſtret:qa vt plurimū eſt ob finē diuitiarū, & honoris: & ſic li-
cet ſi opus licitum,finis eſt malus.Item dato ꝙ finis eſſet bo-
nus,ſic & litigium eſt in finem iuſtitiæ,& tn̄ nō licet hoc tem-
pore feriarū.Nō ſuadēte aūt neceſſitate nō licet.Nō obſ.l.pe.
qa licèt licitū ſit de iure ciuili militare,illud neceſſitas operat̄.
Nec ēt actu licet de iure canonico pugnare die dn̄ico,vt patet
de treu. & pace.c.j. Item hoc ſtudere in materijs poſitiuis ab-
ſtrahit hominē a ꝯtēplatione Dei, & a cultu,& reuerētia eius,
in qua ſpecialiter his diebus eſt inſiſtendū. Itē negari nō pōt,
quin ſtudium habeat in ſe ſaltem annexū finē acquirendi ad
ſuſtentationē vitæ ſuæ & ſuorū: & ſic nō oīno ꝯtemplatiuus
eſt,nō licet ergo.& ob finē contemplationis fit hic hæc ꝓhibi
8 tio,vt hic,& l.dies,& l.oēs.C.e.ti.¶†Opp.ꝙ ſit executio facien
da die dn̄ico,qa ius dicit,ꝙ nō eſt peccatū occidere delinquē-
tem,xxiij.q.v,qui malos.& c,iudex.Sed dicit Io. An.ꝙ licet nō
ſit peccatum,eſt tn̄ horrendū, & miſerabile, ob Dei reuerētiā
abſtinendū eſt,ſm̄ Gof.Non ob,qđ dr̄,beati, qui faciunt iuſti-
tiam omni tp̄e:quia ſubaudiendum eſt,cōpetēti,de cōſec.di.
v.nunq̄.de vſupallij.c.pe.Excipit Hoſt.latronē publicū,& no-
cturnū, aliàs notorium depopulatorem, ff.e.l. prouinciarum.
9 ¶†Opp. ꝙ ſit licitum iurare, de iureiur.& ſi Xp̄s. Sol.cū cā li-
cet iurare,vt hic:ſine cā non licet,vt ibi.Sed certè nec alijs die
bus ſine cā licet.Quid ergo erit ſp̄ale in alijs diebus?dic ꝙ ma-
gis peccabit nunc:vel dic, ꝙ nec cū cā,nec ſine cā licebit iura-
re iſtis:qa talia iuramenta ꝓcedūt a malo,ſaltē non credētiū,
de ele.ſignificaſti.de renun.ſup. de iureiur.& ſi xp̄s.cū ſi.& hic
permittitur,qn̄ vltra cām iurandi ſubeſt alia extrinſeca neceſ-
10 ſitas,vt eſt pacis,vel alia cā pietatis.† Per hęc dicit Io.An.ꝙ te-
ſtis nō poteſt iurare die feriato,& die dn̄ico maxime,licet tūc
poſſit deponere,vt in Spe.e.ti.§.ij.ver.qd ſi tunc.Hoc tenet ibi
Spe. quia dies depoſitionis trahitur ad diem iuramenti,C.de
de teſti.l.pe.& quia examinatio teſtis non eſt iudicialis actus,
ſed ſecrete fieri hēt,exemplo Daniel. Recitat tn̄ aliquos dice-
re,ꝙ licet examinare ēt die feriato,p l.dies feſtos.ibi,cūctis exe
cutoribus,&c.& ibi, nulla q̄q̄ vrgeat admonitio. Et hoc puto,
qn̄ dies eſt feriatus ob reuerentiam Dei tm̄: & principaliter
vt eſt dies Dominicus: quia nulli dubium talē actum abſtra-
here a cultu diuino: & ſaltem eſt actus executiuus actus iudi-
cialis,& miniſterium nudum. Et fortius,ſi eſſet miſtus: quod
perpenditur ex his,quæ habentur in c.ſuper qōnū.§.j.ſ̄.de of-
fic.dele.& cle.j.eo.tit.Recipi autem, & iurare die feriato,pla-
num ꝙ nō poteſt:quia receptio eſt de proceſſu,de proba. qm̄
ꝯ falſam,niſi forſan neceſſitas aliud īduceret: qa teſtes eſſent
valetudinarij,vt li.non ꝯte.qm̄.§.j.& idem ibi no.Hoc vltimū
11 tenet Gui.de Suz.in l,vt iuriſiurandi.C.de teſti.¶†Oppo.gl.ꝙ
de mane vſque ad ſero fiat computatio,de offi.dele.cōſuluit.
Glo,dicit,ꝙ hoc procedit quo ad diuinorum celebrationem:
quo ad computationem autem iudicij fit computatio de ma
ne ad ſero.Non placet hoc Io.An.nec Pe. & Egi.qui dicit,ꝙ li
cet in alijs diebus fiat computatio, vt dicit glo, in diebus aūt,
& vigilijs ſanctorum, & die ſabbati fiet computatio de veſpe-
ra ad veſperam:quia poſt veſperas ſabbati,vel vigiliæ nō licet
litigare ſm̄ Pe.& Abb. & ad hoc tex.hic,ibi,nec placitum &c.
12 ¶†Opp. ꝙ pro alia cauſa liceat iurare, vt de elec. ſignificaſti.
Sol.Pro pace,vt pietatis cauſa,licet iurare, & pro obedientia,
& fama.Item his diebus, ſubſiſtēte neceſſitate, poteſt iurare:
vt ſi immineat neceſſitas examinandi teſtes, qui in breui ſunt
receſſuri, vel de quorum morte, vel abſentia timetur, vt pa-
tet vt lit non conteſt.c.quoniam.§.j.ſecundum Pet.

*S V M M A R I V M.*

1 *Feſtorum principium & finis fieri debent ſecundum loci & feſti magnitu-
dinem ac conſuetudinem regionum.*
2 *Feſtum de nouo poteſt quęlibet ciuitas inducere per conſuetudinem.*
3 *Feſtum reſurrectionis feriatur tribus diebus quo ad omnes actus.*
4 *Dies dominicus quis & vnde dicatur.*
5 *Dies ſabbati vnde dicatur.*
6 *Diebus dominicis, & alijs feriatis, vel non, an ſit licitum flectere genua in-
diſtincte,nu.8.*
7 *Diei computatio fit de media nocte ad mediam noctem.*
9 *Dies Pentecoſtes quare octauis careat.*
10 *Conſuetudo Romanæ eccleſię ab alijs eccleſijs eſt ſeruanda.*

C A P. I I.

1 QVoniam. ¶†Feſtorum principium & finis
fieri debent ſecundū loci & feſti
magnitudinem,& conſuetudinem regionum, in
præcipuis feſtis:& inter Paſcha,& Pentecoſtē non
fit ſolennis genuū flexio,niſi in ordinationis actu,
ſm̄ qualitatem,& obſeruātiā ordinationis. Romana eccleſia
ſp̄ale feſtū de Trinitate non facit, ſed ſeruat̄ in hoc cuiuſlibet
terræ ꝯſuetudo.h.d. Sunt tria dicta: ſm̄ ibi, diebus. tertiū ibi,
2 præterea.¶†No.ex vltima parte, quia reliqua ſunt clara,ꝙ cō
ſuetudo ciuitatis pōt inducere feſtū de nouo ad venerationē
deitatis,vel alicuius ſancti,ēt nō intercedēte authoritate apo-
3 ſtolicæ ſedis.¶†Quæro, qd de feſto reſurrectionis?dicit Inno.
ꝙ alicubi feriat̄ trib⁹ dieb⁹,alicubi octo.Dicit Hoſt.illos octo.
foro.feriatos:& hoc dicit planū,ĵ.c.fi.qđ intellige quo ad ordi
4 nem iudiciorū,& quo ad iudicia.¶†Quæro,qn̄ dicat̄ dies do-
minicus. & dic ꝙ ſinguli dies ſeptem denominant̄ a ſingulis
ſeptem planetis,vt dicit l.oīs.C.eo.tit. Ad venerationem autē
Dn̄i feſtamus diem dn̄icum, & poteſt dici ēt dies Solis & do-
minicus:quia ſicut Sol inter ceteros planetas refulget,& alijs
5 planetis dominatur, ſic & dominus omnibus.¶†Dicit etiam
Hoſt.ꝙ ſabbatū nō dr̄ a Saturno, ſed a ſabba, quod eſt reqes.
Vnde fert̄ illa die debet laborari,de conſe.di.3.peruenit ſecū-
dum Hoſt. Nam intantum quieſcebant tunc in veteri teſta-
mento,ꝙ nec eſcas etiam parabant,vt not.ĵ.de Iudæ. quod ſu
per.nec vltra milliare itinerabant.Vnde Actuum,j.habēs,&c.
6 & remittit Matth.24. ¶†Quæro,an ſit licitū his dieb⁹ flectere
genua?Dic ꝙ ex edicto non præcipiuntur, ſm̄ Inn.alle.lxxxvj.
di.ſcire.Ideo dicit Io.An.ꝙ poterit omni die, & debebit genu
flectere in leuatione corporis Xp̄i, de cele.miſ. ſane. Idem di-
cit Fran.ex pęnitentia ēt licebit flectere genua: licebit etiam
flectere genua in benedictionibus nubentiū,& in ſimilib⁹.De
conſuetudine tn̄ oēs flectant, vbi ep̄s flectit, & qn̄ dicit,flecta-
mus genua:qn̄ aūt ꝯſecratur, flectit genua cōſecratus tm̄. Per
decre.iſtam dicunt quidam ſe dicere horas canonicas Trini-
tatis,quia in mane dicebat ſepties, in noīe pr̄is & filij,& Sp̄us
ſancti.Deus in adiutorium,&c. Gloria patri,&c.ad quod hoc
cap.Sed ꝯ facit de ꝯſe.di.v.in die.ĵ.de cele.miſ.dolentes,& fuit
inuentum hoc votū, vt in fi. cuiuſlibet pſalmi diceret̄ Gloria
pr̄i, p Damaſum Papā ad preces dn̄i. quod vide in Hyſto.li.
7 xvij.& xcij.aliàs xcv.ſm̄ Io. And. ¶†Venio ad glo.hæc opp.de
l.more.ff. de ferijs. vbi computatio fit de media nocte ad me-
diam noctē.Sol. Dicit,ꝙ quo ad diuerſum reſpectum fit hinc
8 & inde diuerſus modus computādi.gl.in ſe eſt clara. ¶†Opp.
ꝙ liceat facere genuum flexionem indiſtincte die dn̄ico,xxx.
di.c.fi.lxxvj.di.ſcire. Gl.dicit illam intelligi ſecundum diſtin-
ctionē huius,vt ſecreto liceat, vt hic: ſed non in publicum, vt
ibi. Ratio autem, quare non genuflectitur his diebus, ibi ha-
betur,quia dies iſti deputantur altiſſimo,cui orādū eſt cum fa
9 cie ſurſum,& non deorſum: de quo dic vt ibi.¶†Oppo.ꝙ Pē-
tecoſte careat octauis,ĵ.eo.appellamus. Sol.Caret quo ad of-
ficij,& diuinorum celebrationem:ſed non caret octauis quo
10 ad numerum dierum.Ad hoc ſ̄.de in inte. reſti.corā.¶†Opp.
ꝙ ꝯſuetudo Romanæ eccleſiæ ab alijs eccleſijs ſit obſeruāda,
Io.An.remittit xj.diſt.nolite.de ſum.tri.c.j.li.vj. in gl. nūquid.
quia quo ad articulos fidei procedit,quod ibi,quo ad alia nē,
niſi Romana eccleſia hoc ſequatur,& teneat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Feriatis diebus propter neceſſitatem licet negotiari, & intendere rei tem-
pore perituræ.*
2 *Legis duplicis concurſus eſt poſſibilis.*
3 *Cęlebrari quare liceat die dominico.*
4 *Feſtiui dies omnes ſunt cęlebrati ad honorem altiſſimi generaliter.9.*

5 In mar-

5 *In martyrum natalitijs abſtinendum eſt ab opere ſeruili. 10.*
6 *Diſpenſare poteſt Papa contra paginam vtriuſque teſtamenti.*
7 *Diſpenſatio, ſeu indulgentia conceſſa reſpectu cauſæ certæ limitatur, & reſtringitur ad limites cauſæ.*
8 *Ad eleemoſynas, & portionem dandam pauperibus quis tenetur ultra decimas.*
11 *Dies ſabbati in veteri teſtamento ſolennizabatur pro dominica.*
12 *Quibus feriatis diebus poſſit quis cauſa neceſſitatis operari.*

## CAP. III.

1 LIcèt. ¶†Propter neceſſitatẽ diebus feſtiuis præ
ſtari licet, uel licet intendere rei tempore
perituræ. h.d. Primo ponit diuinum pręceptum. Se
cundo propter neceſſitatem dat indulgentiam cõ
tra illud cum determinatione. Secunda ibi, indul-
2 gemus, ¶†Nota poſſibilem concurſum duplicis legis ad idẽ.
3 †Secundo nota duas cauſas, propter quas celebrari debet die
dominico: qa dies ſtatutus eſt ad quietem, & propter venera-
4 tionem Altiſſimi. †Et no. quòd omnes dies feſtiui ſunt ordina
5 ti ad veneratione ̃ Altiſſimi. †No. quòd in natalitijs martyrũ
6 abſtinẽdum eſt ab opere ſeruili. †Not. Papam poſſe diſpenſa-
7 re contra paginã utriuſque teſtamẽti, diſtinguendo. † Not. ꝙ
indulgentia conceſſa prætextu cauſæ certæ, limitatur, & re-
8 ſtringitur ad limites cauſæ. † Not. ꝙ ultra decimas quis tenet̃
ad portionem dandam pauperibus, & ſic ad eleemoſynas.
9 †Opp. innuit, ꝙ aliqui ſint dies feſtiui non deputati ad Altiſſi
mi reuerentiam: contra, quia imo omnes. Sol. Omnes deputa
ti ſunt, ſed ſpecialiter hi, Natiuitas, Circunciſio, Epiphania,
Reſurrectio, Aſcenſio, Pentecoſtæ. nam generaliter ſunt ei de-
10 putata omnia feſta ſanctorũ, ut j. eo. c. fi. †Oppo. quòd non fe-
ſtentur natalitia martyrum, ſed dies martyrij. Solu. Dic quòd
dies mortis celebratur vt natalitia, qa illa die dicuntur renati
in ſanguine, ſecundum Boa. Quæro, quæ neceſſitas poteſt ibi
eſſe, Dic quòd in illis partibus panis deeſt, ut j. de pęnis. licet.
& ex eadem cauſa conceditur, quando in momento commo
ditas cęleſti prouiſione conceſſa, C. eo. l. omnes. de treu. & pa.
11 c. 2. ſecundum Hoſt. & Abb. †Opp. cum gl. quòd non feſtetur
ſeptima dies, ſed prima, ut patet. Sol. Dicit gl. ꝙ uetus teſtamẽ
tum ad literam præcipiebat ſabbatum cuſtodiri: nouũ uero
illud ſpiritualiter ſeruat pro ſeptimana primã diẽ: ſicut enim
carnalia ſacramenta ad literam ſeruare non poſſumus, ita ne
que ſabbatum: ſecundum literalem ſeruari debet, de cõ. diſt.
12 j. peruenit. †Gl. quarta quærit, quæ ſunt iſta feſta: exprimit, dic
ut in ea. Io. And. dicit, quòd numerari dicit in his feſtum, arg.
de ſenten. excom. c. fi. lib. 6. Quæro, quibus eccleſijs debeat fa
cerę partem. Dicit gl. quòd eccleſijs circũpoſitis, quibus pieta
tis cauſa ſubuenire debet, & maxime eccleſijs, in quarum pa-
rochia piſces capti ſunt: qa illis ad decimas tenentur, quæ de-
cimæ ſubrogantur loco, & debentur parochiæ, in qua piſces
capti ſunt, de decimis. apoſtolicæ. per quam decret. & decret.
ſignificauit. de parochijs. dixerunt Cau. & Vin. eccleſiam, in
cuius parochia eſt piſcatio, debere habere decimam, niſi con
ſuetudo habeat quòd ſoluantur parochijs perſonarũ: & tunc
dices, eccleſijs, quarum ſunt parochiani. Glo. dicit, ꝙ dabunt̃
vt decimæ prædiales, & perſonales. Vel, ſecundum eum, de
eleemoſyna loquitur, ſecundum Gof. Anto.

*SVMMARIVM.*

1 *Nuptiæ probibitæ per canones tribus ſeptimanis ante feſtum Ioan. Bap. dictum tempus non coutinuatur feſto.*
2 *Nuptiæ non celebrantur ante feſtum Ioan. Bapt. per tres hebdomadas. 7.*
3 *Fieri illud dicitur ante terminum, quod non fit immediate poſt terminum.*
4 *Matrimonium contractum non reddunt nullum feriæ nuptiarum.*
5 *Nuptiæ non celebrantur a ſeptuageſima vſque ad ſeptimum diem poſt Pentecoſtem.*
6 *Opinio illa eſt attendenda, quæ meliori mouetur ratione.*
8 *Opinionem nos oportet tenere, quam tenet tota eccleſia.*
9 *Matrimonium tempore feriarum prohibetur.*

## CAP. IIII.

1 CApellanus. ¶†Tres ſeptimanæ, quibus ca-
non prohibet fieri nuptias an-
te feſtum Io. Bap. nõ cõtinuantur feſto, ſed intelli-
guntur de ſeptimana Aſcẽſionis, & duabus ſequẽ-
2 tibus. Communis diuiſio. Secũda ibi, qa igitur. † Not. j. quòd
ante feſtum Ioannis per tres hebdomadas non celebrant̃ nu-
ptiæ. No. 2. quòd illæ hebdomadæ non cõputantur immedia
te a feſto ſancti Ioannis, nec propter feſtum ſancti Ioannis cõ
putantur, uel inducuntur, ſed propter feſtum Pẽtecoſtes illo
tẽpore occurrẽs: & ſic cõputatio fit a feſto trium rogationũ,
3 uſque poſt octauã Pentecoſtes. ¶†No. ꝙ illud dicitur fieri an-
te terminũ vel actũ, qđ nõ fit immediate poſt terminũ, ſed qđ
4 fit mediate. †Nota, ꝙ feriæ nuptiarum nõ impediũt, ita ꝙ nul
lum reddant matrimonium contractũ. Et nota ꝙ ſolo cõſen-
ſu perficitur matrimonium, dum tñ ſit legitimũ: & ſic defect⁹
5 accidentis extrinſeci non uitiat actum. †No. quòd a ſeptuage
ſima uſq; ad ſeptimum diem poſt Pentecoſtem nuptiæ non
debent celebrari: poſt autem ſic, licèt ante feſtum beati Ioã-
6 nis. †Nota attendendam opi. & ſequendam, quæ meliori, &
ſubtiliori mouetur ratione. Nota, quòd Pentecoſtę caret octa
7 uis. †Opp. quòd litera 33. q. 4. nõ oportet. dicit ante feſtum Io.
So. Dic quòd illa locutio traxit originem a cõmuni locutio-
ne, & vulgari, dicẽtiũ circa feſtũ Io. ſunt tres hebdomadę feria
tæ: ſicut dicunt etiam uulgares de quadrageſima ſancti Marti
ni, in qua nõ habetur reſpectus ad feſtum Martini, ſed ad ad-
uentum Chriſti: unde hic nulla habetur contemplatio ad fe-
ſtum beati Io. Ideo ſi feſtum Pentecoſtes concurrit, exempli
gratia in Calendis Iunij, 7. diebus ſequentibus non poſſent ce
lebrari nuptię, ſed in 15. diebus, qui poſt octauam ſuperſunt
ante feſtum ſancti Ioannis, qđ eſt 24. Iunij. bene poſſunt. Opp.
ꝙ litera contradicat, quia dicit uſq; ad 8. diẽ poſt Pentecoſtẽ:
poſtea in fine dicit, vſq; ad octauas Paſchæ, uel uſq; ad ſeptua
geſimam, cum careat octauis. Vide, dies ſeptima eſt octaua,
inquãtũ litera a principio dicit, ꝙ uſq; ad octauã, diem ſtat ex-
cluſiue: inquantum dicit uſq; ad octauã Pentecoſtes, vel uſq;
ad ſeptimam diem, ſtat incluſiue: & bene dicit Io. An. Oppo.
ꝙ a ſeptuageſima uſq; ad octauas Pentecoſtes non durent fe-
riæ, ut patet: qa detrahi debet tempus a dominica in albis, q̃
occurrit in octaua Paſchę, uſq; ad dies rogationum. So. Doc.
fatentur ꝙ hoc tempus debet detrahi. Concludit Hoſt. feria-
rum tempora ſic computãda, a prima dominica de aduentu
uſq; ad octauam Epiphaniæ, ſunt feriæ incluſiue: tantũ enim
durat illud feſtum. Vnde dicitur feſtum Epiphaniorum Do
mini. Ad hoc de treu. & pace. c. j. 32. q. 5. decernit. Dicit Io. An.
quòd licet iſtud multorum locorum approbet conſuetudo,
non uidetur iure probari, ut a ſeptuageſima uſq; ad octauam
Paſchæ incluſiue. i. poſt dominicam in albis, & a primo die ro
gationum uſq; ad 7. dies poſt Pentecoſtẽ incluſiue durant fe
riæ. Et dicit ꝙ in quibuſdã partibus ex conſuetudine non in-
choatur nuptiarum tempus, niſi in dominica, qua cantatur
Euangelium, Nuptiæ factæ ſunt: qđ cãtatur in dominica poſt
octauam Epiphaniorum: & ibi abſtinent ultraquàm canõ iu
bet. Alij incipiunt in dominica in albis, & in dominica Pente
8 coſtes: & hi uidentur canonem violare. †Quæro cum gl. an te
nẽtes opin. hic poſitam reprobatã peccẽt: Gl. dicit ꝙ non: qa
in his quæ ad ſolennitatem ſpectant, diuerſa tenere nõ eſt pec
catũ: quia unaqueq; prouincia abundat in ſuo ſenſu, ut 76. di
ſtin. utinam. Hoſt. hoc dãnat, quia hodie tenere oportet opi. q̃
Papa approbat. Hoc non negat gl. hodie, ſed habuit reſpectũ
ad antiquũ tempus ante hanc declarationem, quę erat proba
bilis dubitatio: ſed non hodie. de hoc uide de conſt. ue innita-
ris. per Innoc. Notat tamen gloſ. ꝙ non ſeruans ius præcepti,
quando de illo ſunt opi. & non eſt clarum: ſed peccat declara
ta opin. licèt forte etiam quis ſecutus fuerit opin. non ueram,
& poſtea reprobatam, ut non ueram, uel non ſubtiliter loquẽ
9 tem, uel inueſtigantem. †Quæro, quid prohibetur, & de ratio
ne prohibitionis circa matrimonium tempore feriarum. Dic,
quòd matrimonij contractus non prohibetur, ſed nuptialis
ſolennitas, & copulæ actus: & ſic prohibetur ſolẽnitas nuptia
rum contrahendarum, & copula, vel conſummatio. Recitat
Ioan. Andr. alios dicere prohiberi ſolam traditionem, & con-
ſummationem. Vnde dicit Pe. & Abb. quòd alteri coniugum
uolenti tunc conſummare matrimoniũ, obſtat exceptio. Roſ.
Beneuentanus in libello ſuo de ſpõ. dicit ſolẽnitatem nuptia-
rum, quæ fit in multis partibus cum maioribus expenſis, q̃ ſit
dos, prohiberi ante Paſcha: qa tũc contemplationi, & oratio-
ni eſt inſiſtendum: poſt Paſcha certis diebus, ſecundum eum.
Gl. ultima eſt clara. Et pro concordia iurium, quę allegantur
in ea, uide quod no. de iud. c. dilecti. ſuper prima gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Ferijs in honorem Dei, & ſanctorum introductis iudicium exerceri non poteſt.*
2 *Dies in honorem Dei qui ſunt conſtituti ab eccleſia.*
3 *Feſtiuitas omnis, quæ cum clerico, & populo celebrari mandatur, eo ipſo in lites ferias inducit.*
*Iudicium quomodo videatur ſine ſtrepitu tractari.*
4 *Feſti vnius celebrationem ſolus clerus mandare non poteſt.*
5 *Iudicij exercitium die feriato non valet ipſo iure. 6.*
7 *Renuntiare licèt poſſint partes ferijs in eorum fauorem inductis, non tamen poſſunt illis, quæ ſunt in Dei honorem inductæ.*
8 *Tortura, in qua non exigitur ſtrepitus, poteſt die quacunq; tractari.*
9 *Dies tres Rogationum ante Aſcenſionem an dicantur feriati.*
10 *Dies Corporis Chriſti eſt dies feriatus ab eccleſia.*
11 *Dies feſtiui Beatæ Mariæ an ſint omnes celebrandi.*
12 *Feſtum ſupernumerarij apoſtoli an habeat ferias.*
13 *Ferias an habeant indifferenter feſta omnium ſanctorum.*
14 *Feriæ an ſint in loco tempore dedicationis eccleſiarum.*
15 *Iudicia ciuilia quibus diebus non debeant exerceri.*
16 *Feriata die non ſilet actus uoluntariæ iuriſdictionis.*

17 *Feriatis diebus an poſſint homines capi.*
18 *Ferijs quibus poteſt renuntiari, & quibus non.*
19 *Ferias in honorem Dei, vel hominis fauorem, quis inducat.*
20 *Ferias repentinas quis poſſit inducere.*
21 *Ferijs in fauorem hominis inductis, quomodo videtur tacite renuntiatum.*
22 *Teſtes non poſſunt cogi ad teſtimonium ferendum tempore feriarum.*
23 *Feriæ meſſium, & vindemiarum quo tempore inducantur.*
24 *Citatio die feriata an arctet citatum ad comparendum die non feriata ſequenti.*
25 *Citatio ſine die an valeat.*
26 *Citatio continens mandatum de comparendo ad diem, an contineat mandatum ſimpliciter de comparendo.*
27 *Citatio ſi fiat die feriata pro non feriata, an arctet citatum ad comparendum.*

## CAP. V.

1 COnqueſtus. ¶†Ferijs in honorem Dei, & ſanctorū introductis, niſi ob
neceſſitatem, & pietatem iudicium exerceri nō po
teſt, ēt de conſenſu partiū: poſſunt tamen partes re-
nuntiare ferijs fauore hominum introductis. Diuiſio patet. Se
2 cunda ibi, licet. ¶†No. hic dies in honorē Dei: & no. ꝙ iudicia
lis ſtrepitus illis diebus ſilere debet. Quæ ergo examinantur ſi
3 ne ſtrepitu, videnť poſſe tractari. ¶†No. ꝙ omnis feſtiuitas, q̄
cum clero & populo celebrari mādatur, eo ipſo in lites ferias
4 inducit. †Et ſic patet, ꝙ clerus ſolus nō poteſt mādare celebra
tionē vnius feſti abſque conſenſu populi, nec populus abſq;
conſenſu epiſcopi, ita ꝙ vterq; ferijs ligetur: & ꝙ de ſanctis ca
nonizatis ab eccleſia poteſt quo ad illud feſtum inducere epi
5 ſcopus cum clero, & populo. ¶†No. ꝙ iudicij exercitiū ēt par-
tibus conſentientibus die feriato in honorem Dei non ualet
ipſo iure. Et no. ꝙ appellatione proceſſus non uidetur cōpre-
6 hendi ſententia. †Not. duos caſus, in quibus poteſt iudicium
7 die feriata exerceri, hoc ſuadēte neceſſitate, vel utilitate. †No.
ꝙ partes poſſunt renuntiare ferijs introductis ob neceſſitates
hominum, & non ſolennibus introductis ob reuerentiā Dei,
8 & ſanctorū. ¶†Quæro, quid in q̄ſtionibus, in quibus non exi-
gitur ſtrepitus. Dicit hic Hoſt. illas poſſe tractari die feriata,
maxime vbi imminet periculū animarū, ſecundum Hoſtien.
¶Opp. ꝙ ultra natale Domini ſint feriæ ante natale ꝑ 7. dies,
& vſq; ad 8. Epiphaniæ, 15. q. 4. c. 2. Dicit Hoſt. huic ſtandum, &
illud de conſuetudine non ſeruari. Item Gul. in Spe. e. ti. j. co.
9 ¶†Opp. ꝙ debeat etiam ante diem Aſcenſionis feſtari, quia
in tribus diebus rogationū præcedentiū, de conſec. diſt. 4. c. j.
Sol. Supple iſtam per illam, ſecundum Hoſt. quod tamē non
10 ſeruat curia, ſecundū Guid. ¶†Opp. quòd ſeruetur aliud feſtū
corporis Chriſti, quod occurrit feria quinta poſt octauas Pen
tecoſtes, ut in cle. ſi dominum. de rel. & vene. ſanct. Idem dicit
11 ſupplendum per illam. ¶†Quæro, quid de feſtiuitatibus om-
nibus Beatæ Mariæ, an illæ ſint celebrandæ. Dic ꝙ ſic: & ſunt
quatuor. Mariæ Annunciatio in uere, Aſſumptio in æſtate, Na
tiuitas in autumno, Purificatio in hyeme. Feſtum autem Cō-
ceptionis ipſius virginis hic non includitur, licèt in multis lo-
cis celebretur ex deuotione non improbanda: de quo in Spe
cu. eo. tit. poſt princ. ipſe Spe. dr̄t, quòd feſtantes nō improbat:
& hoc, quia fuit ex humano ſemine concepta, & in originali
peccato, vt no. de conſec. di. 3. c. j. Sed poſt cōceptionē imme-
mis.& c.conqueſti.& c.ſacri.Idē dicit, ſi cum difficultate præ-
ſtat,quia ita in modo,ſicut in facto facienda eſt reſtitutio, de
reſti.ſpol.Piſanis.ſm Lapum.Ad hoc quod not.2.q.2. nullus.
vbi etiam ſuſpenſus opponit de ſpoliatione eorum,quorū eſt
priuatus per ſuſpenſionem.Ad hoc quod no.Spe.in ti. de cau
ſa poſ.ver.21.& ver.verum. & ſic ſpoliatus cōione fraterna.&
no.Pe.de San.de reſti.ſpo.conquerente.& ibi refert Io. An.in
addi.Spe.An contra procuratorem agentē noīe dñi opponat
ſpoliatio facta procuratori.Dicit ꝙ non,Spec.in tit. de peti.&
poſ.§.j.ver.ſed nunquid.alleg.ff.de doli exce.ſi procurator. Itē
nec ꝯ ſyndicū agentē noīe collegij opponi poteſt ſpoliatio fa
cta a ſingulari de collegio,vt dicit in verſ.ſeq. alleg.12.q.2.qui
manumittit. An ſingularis ſucceſſor poſſit opponere de ſpo-
liatione authoris,tenet in ſeq.ꝙ non:& idem ibi Io.An.in ad-
ditio.qa ius agendi de ſpoliatione non tranſit ad ſingularem
ſucceſſorem:ergo nec ius excipiendi.An hæredi mariti cōpe-
tat exceptio ſpoliationis contra vxorē petētē dotem:tenet ibi
Io.An.ꝙ ſic,qa ad herede tranſit ius agendi poſſeſſorio,& ꝯñr
ius excipiendi,imo fortius. An archidiaconus ꝯ epm petentē
iura epiſcopalia poſſit obijcere ſpoliationē,quia ſpoliatus eſt
facultate examinandi clericos ad ordines ꝓmouendos. Spec.
ꝙ ſic,in Spe.de peti.& poſſ.§.j.uer.qd ſi eps.vi.col.& ver.præce
17 denti.¶†Oppo.ꝙ litera contradicat:nam dicit primo, ꝙ ſunt
duæ mutuæ petitiones minime ſeſe contingentes: poſtea ſub
mittit,ꝙ vt coniunctæ viciſſim ſunt tractandæ, & eadem ſñia
terminandæ.Sol.Dicit Hoſt.prima pars loquitur,quando pe-
titiones ſunt accumulatæ non per viam reconuentionis , ſed
conuentionis:vt qa non ſunt ſimul illaqueatæ.Secunda pars
in verſi.quamquam.aduerſando loquitur, qñ ſunt ſimul illa-
queatæ,vt quia vt conuentio & reconuentio ſunt ſimul accu
mulatæ:ſecus ſi vt conuentio ſecunda fuerit accumulata.Per
quæ dicit,ꝙ ſi accumulata ſit ante lit.conte.& coram ordina-
rio,& delegato,dicetur reconuētio . Si ſit accumulata coram
delegato poſt lit.conteſt. non procedet nec vt conuentio,nec
vt reconuentio.Si ſit accumulata coram delegato ante lit. cō
teſ.procedet vt reconuentio, vt habeat locum quod ſequitur
in verſi.quamquam.Si ſit accumula ta coram ordinario poſt
litem conte.procedet vt ꝯuentio, & erunt duæ mutuę petitio
nes ſeſe minime contingentes : & tunc procedet regula , qui
prior.quaſi ſit literæ intentio,ꝙ quando ſunt accumulatæ,ita
ꝙ ſit conuentio,prius expedietur iudicium primo intentatū:
& hic erit intellectus l.qui prior.Si ſint acumulatę,& tractatę
viciſſim,ita ꝙ ſit reconuentio,tunc ſimul tractabuntur,& vni
ca ſñia determinabuntur.Quod no.quia facit ad illa, quæ di-
xi de mutu.pet.c.j.Fatetur tamen,ꝙ ſiue accumuletur vt con
uentio,ſiue vt reconuentio, vbi poteſt, quòd dici poteſt mu-
tua petitio,ff.de compen.l.in rem. ſecundum Hoſtien. Poteſt
ſecundo modo litera intelligi , vt inquantum litera dicit , ꝙ
ſunt petitiones minime ſeſe contingentes , hoc intelligitur
quo ad effectum,vt vna alteram repellat . Sed quo ad effectū,
vt ſuper vtraque procedatur,non ſunt omnino ſe non contin
gentes,qa viciſſim tractandæ ſunt:& ſic loquitur verſi.quam-
quam.Prior tamen intellectus notabilior eſt, ex quo datur du
plex intellectus ad l. qui prior.Primus,vt inquantum ſm iudi
ciū accumulatū vt conuentio, qui prior agat, prior appellat,
primo intentatū iudicium expediat, & ſm ſileat, donec illud
ſit expeditū:vbi autem ut duæ mutuæ petitiones accumulan
tur,ſimul tractabuntur,& uiciſſim vnica ſñia terminabūtur .
Poſſet aliter intelligi Hoſt.vt vellet ꝙ vbi accumulatur ſm iu-
diciū,vt conuentio,tūc procedit ſuper vtraq;, ſed nō viciſſim,
id eſt vt acta ordinate expediantur vnum poſt reliquū : quod
foret impoſſibile,nec vna ſententia terminabunē . Secus ſi ſit
facta accumulatio vt reconuentio,qa tempore debito : Tene
18 qđ placet, credo,hoc vltimum ſeruaret in practica.¶† Quæ-
ro primo de practica,qualiter viciſſim tractandæ ſunt.Dic, ꝙ
conteſtatione primo facta ſuper vna,ſcđo fiet ſuper alia,& po
ſtea ſuper vtraq; iurabitur,& dies ſuper vtraque aſſignabit:&
ſic ſi concurrant actus,qui eodē inſtanti poſſunt ſimul expedi
ri,ſimul expediuntur , ſi inter ſe exigunt diſtantiam prius ſup
conuētione,ſcđo ſuper reconuentione.Imo plus dicit Spe.in
loco ꝯ.alle.ꝙ ſi fiat examinatio teſtiū,uel occurrat alius actus,
qui poſſit per teſtes expediri,in illa parte prius expedietur pro
actore,ſecundo pro reo. Sed dicit,ꝙ hoc non ſeruat,ſufficit ꝙ
integralis actus primo pro actore expediatur, ſecundo ꝓ reo,
niſi periculū teſtibus immineret.Dicit tñ hic Inno.ꝙ ſi ambæ
viciſſim tractari non poſſent, nec tractatę eſſent,ut quia prius
liqueret in vna,ꝗ in alia, feret ſententia diuiſim,arg.C.de cō-
pen.l.fi.Ad hoc quod nō.de duobus petentibus eandē præbē-
dam,vt no.ꝯ.de ſpon.duo.ſuper rubrica. Idē ſi cōtingat differ-
ri propter exceptionem alteri competentē,quæ alteri non cō
petit,vt quia alter habet exceptionem excōicationis, uel ſpo-
liationis:nam propter hoc ꝙ viciſſim tractandæ ſunt,non de-
bet alteri parti tolli competens exceptio,ꝯ.de exce. cum inter.
& c.fi.& ſic poſſunt in ſñia diuidi ꝑ difficultatē probationū,
& efficaciā exceptionū.Recitat alios Inn. dicere , ꝙ ꝑ recon-
uentionis nām,quamuis vni parti cōpetat exceptio, & nō al-
teri,& quāuis faciles ſint probationes ex vna parte , & ex alte-
ra difficiles,neceſſarium erit,qđ hic dr̄, ſeruari inſimul cogno
ſcendo,& diffiniendo.Quæ opinio magis congruit veritati,&
ſubtilitati iuris,licet æquior ſit prima,ne vna quæſtio ſit alte-
rius impedimentū,& ne diffinitionē litis, de qua de facili con
ſtare pōt,protelari ꝯtingat in alterius grauamen,ſm Hoſt.Io.
An.remittit ad Spe.de reconuē.§.videndū.ſuper uerſi. & ſi iu
dex.Io.An.in loco præalle.cōcludit,ꝙ ubi reconuentio ſit co-
ram aliàs non iudice, & ſic reconueniens vult effectū ꝓrogati
uum,quia priuilegia ſimultanei ꝓceſſus, & ꝓrogationis ſunt
inſeparabilia,oportet ꝙ ſuper vtraq; procedat:& procedit ſe-
cunda opinio.Si aūt reconueniat corā alio iudice , qa iſta eſt
cōuentio,nec eget priuilegio ꝓrogatiuo, poterit expedibilior
cā prius expediri.Et ſic ꝓcedit prima opinio.Iſta pendēt a du-
bijs,an priuilegia reconuentionis ſeparabilia ſint, vel inſepa-
19 rabilia:de quo plene dixi de mutu.peti.c.j.dic ut ibi.¶†Quæ-
ro,uſque ad qđ tps proponat exceptio ſpoliationis.Dicit Inn.
ꝙ in perpetuū,de eo,qđ ad ſpoliatorē peruenit:de eo autē,qđ
non peruenit,ꝓponitur intra annū,ſicut interdictū ff.de ui,&
vi arma.l.j.Rñd.quia intra idē tps proponi debet exceptio,in-
tra qđ agi poteſt,ff.ex quib.cau.ma.l.necnon.§.ſi.de inoffi. te-
ſta.l.Papinianus,§.ſed nec impuberis. Contra hæredē aūt ſpo
liatoris non competit hæc exceptio,niſi de eo qđ ad eum per-
uenit,aut factū eſt,quo minus perueniret:qa ſic eſt in interdi
cto ff.de vi,& vi arma.l.j.§.hoc interdictū & hæredi, & §.fin.&
l.ſecunda.3.rñ.Hoc puto verum de iure ciuili . Sed cū de iure
canonico conueniat hæres ex delicto defuncti , licet ad eū nō
peruenerit,de ſepul.c.j.de rapt. ſuper eo. pōt dici ſm illud ius
ēt exceptionē dari,inquantū ſuppetūt facultates hæreditatis:
ſed eſt dubiū,an detur hoc interdictum in ſucceſſorē dignita-
tis.Dicit Inn.ꝙ uidetur vt dari debeat in perpetuū,etiam ſi ni
hil peruenerit:qa dignitas nunquam moritur,12.q.2. liberti.
& de offic.deleg.qm̄ . &quia tales generales adminiſtratores
ſuccedunt in vitium,ff.de acq.poſ.l.Pomponius.§.j. de diuer.
& tempo.præſcri.l.cum hæres.C.de acqu.poſ.l.vitia. & no.de
20 immu.eccle.aduerſus.§.fi.cum ſimil.¶†Not.ſentit Inn.hic,ꝙ
ſicut hæres ſuccedit in vitium defuncti, ut mala fides, & deli-
ctum illi noceat,ſic & ſucceſſor in dignitate . Contrarium no-
tat gl.2.q.j.in primis.& de iure patr. cura. Puto, ſi ſit ſucceſſor
in dignitate ſimul vt hæres, ſatis ſuccedet in vitiū : ad hoc de
reſcrip.ſignificauit.ſi non ſuccedit vt hæres, ſed cauſam hēt a
conferente dignitatē, & confirmante , ſi aliquid peruenit ad
ſucceſſorē,tenetur:aliàs non video quo iure ex delicto præde-
ceſſoris poſſit conueniri perpetuo , niſi forte ipſa vniuerſitas
21 cum capite deliquiſſet,ut gl.dixit.¶†Quæro,qualis ſit hæc ex
ceptio.Dicit Inn.ꝙ eſt dilatoria:ideo proponi debet ante litis
conteſtationē,de re iud.inter monaſteriū . Et ſi perueniat ius
22 opponendi poſt litis ꝯteſtatio.qd dicendum,dixi ſ.¶†Quæro
an ꝯ implorantē iudicis officium admittat ſpoliationis exce-
ptio.Inn.dicit ꝙ non, ex quo non dirigitur ꝯ partem : qa hæc
exceptio cōpetit ſtimulato non uoluntarie ad iudiciū venien
ti,iure agendi ꝯ eum,non directo.Alleg.ꝯ. de cauſa poſ. cū ec-
cleſia.ubi idē no.ſuper prima gl.Satis poſſet dici,ꝙ ſi uenit ſti
mulatus, ſaltem rōne proprij,vel eccleſiæ intereſſe,ꝙ hic tan
quam neceſſarius poſſet hanc exceptionē opponere . Secus ſi
rōne cōis intereſſe,arg.de excep.dilecti.& quod no.eo.ti.cum
23 inter.& c.ſignificauerunt.¶†Quæro,an ſpoliationis exceptio
habeat locum ꝯ ſe opponentē voluntariæ electioni.Inn. dicit
ꝙ non:quia hæc exceptio competit tm̄ ꝯ actorem:ſed non dr̄
actor ipſe opponens per oīa,nec proprie,vt no.de iud. exhibi-
ta.de acc.ſup his.& d.c.cum inter.& c.ſignificauerunt.& c.di
24 lecti.de exce.¶†Quæro, an hæc exceptio habeat locum in cā
matrimoniali.Inn.dicit quod non,alleg.ꝯ.de reſti.ſpol.ex par-
te.Quaſi dicat,ſi agitur ſup diuortio, quaſi non ſit ꝯctum ma
trimoniū,non obſtat ſpoliationis exceptio,qa ex modo agen-
di negatur poſſeſſio.Sed hoc non placet, qa forte opponēs ꝓ
babit mr̄imonium,& ꝯñr poſſeſſionē.Vel forte vult,ꝙ ſi agat
ſuper matrimonio,& opponatur ſpoliationis exceptio de alia
re,non admittit exceptio:quod poteſt eſſe,nō per caſum.c.ex
parte.ſed quia ex quo agitur ſuper ſpirituali, non admittit ex-
ceptio de re tēporali. Ad quod de reſtit.ſpol. frequens . lib.vj.
ad fi.c.Sic declarat qōnem,& ſoluit Spe.in tit. de peti. & poſ.
§.j.verſi.quid ſi ago.& Hoſt.in Summa,de reſtit.ſpo.§.qñ.ver.
quid ſi vir.Idē dicunt Hoſtien.& Spec.ibi,ſi agitur poſſeſſorio
in cauſa matrimoniali, quia contra agentem non admittitur
ſpoliationis exceptio:quia qō illa dicitur quaſi ſpiritualis.Qđ
nota , quia poſſeſſoriū ſuper iure ſpirituali dicit cauſa quaſi
ſpiritualis:quod bñ nota.Ad hoc de reſtit.ſpol.ex ꝯqueſtione.
& c.ex tranſmiſſa.& c.lřas.§.nos autē . Et ex his habes tres ca-
ſus,in quibus non admittitur ſpoliationis exceptio.Alij ponū
tur ſuper gl.Aliū addit hic Ioā.An.vt ſi agatur poſſeſſorio ſup
re ſpiri-

re ſpirituali, non admittitur exceptio de ſpoliatione rei tem-
25 poralis, arg. de reſti. ſpo. frequẽs. lib. vj. §. fi. ſm Hoſt. ¶ † Quæ-
ro, propoſita ſpoliatione in modũ exceptionis, opponens agit
de ſpoliatione, de qua primo excipit, an repellet̃ primo agẽs.
Ia. dixit ꝙ ſic, quia modo ſunt duæ mutuæ petitiones, & locus
eſt ei, qđ eſt dictum in hoc uer. nos aũt. qa vñr proponendo ꝑ
modum actionis priuilegio renuntiare, qđ acquiſierũt ex op-
poſitione per modum exceptionis, C. de inoffi. teſta. l. parenti-
bus. ĩ. de re iudi. c. qđ ad conſultationem. Hoſt. contra, & uer.
nos aũt. locum hẽt, qñ ſpoliatio fuit propoſita tm̃ in modum
actionis, & non in modum exceptionis, l. parentibus. & ca. qđ
ad conſultationẽ, locum habet, qñ recurrit quis ad ↄ̃rium a-
ctum. Hic non ſunt contrarij, ſed diuerſi, & ſeſe compatiẽtes,
ff. de acq. poſ. naturaliter. §. nihil. ĩ. tit. j. paſtoralis. cũ concor.
26 no. Io. 2. q. 2. c. j. & ĩ. ca. fi. ¶ † Quæro, an ſpoliatio per modũ ex-
ceptionis propoſita indiſtincte non hẽat effectum reſtitutio-
nis rei. Io. 2. q. 2. c. j. dicit hoc verum, qñ proponitur ſpoliatio
in modum exceptionis actioni ciuili: ſecus dicit ſi proponat̃
contra agentem criminaliter, quia tunc habet effectum reſti-
tutionis: & ſic intelligit omnia capitula illius quæſtionis. De
hoc remittit Io. An. ad Spe. de peti. & poſ. §. j. uer. illud aũt. ibi
Spec. tenet contra, qa ad hoc eſt actum, ut hic in §. uerum. &
de teſti. veniens. 2. c. conſtitutus. in fi. ff. de excu. tut. l. ſpadonẽ.
§. qui abſolutus. de accuſa. qualiter. 2. §. penulti. de ſimo. licet
27 Heli. & hoc approbo. ¶ † Vltimo Doct. colligunt hic practicã
pronuntiandi ſuper exceptione ſpoliationis, ut pronuntietur
ea probata, reum non compellendũ actori rñdere ſuper peti-
tionibus memoratis, donec reſtituatur ab ipſo: ſic & exceptio
ne excõicationis probata pronuntiatur actorem non audiri,
28 donec fuerit abſolutus, de excep. pia. li. vj. ſm Inn. ¶ † Quæro,
quid ſi ſpoliator, ↄ̃ quem opponitur ſpoliationis exceptio, nõ
poſſideat rem, nec ſit ſoluendo, an admittatur ad agendum.
De hoc in Spec. de peti. & poſ. §. j. uerſic. ſed ſpoliatus. Dic, ꝙ ſi
euidens eſt eum non eſſe ſoluendo, ipſum audiet iudex agen-
tem, ut poſtea fiat compenſatio, arg. de reſti. ſpo. olim. Et ſi ha
beat rem ſpoliatã vltra mare, prouidebitur per cautiones, ff.
de pigno. ſi fundus. §. 2. Et ſi ſatiſdat de re, vel æſtimatione ſol-
uenda, ſi res extincta fuerit, audiet̃, de ſo. Odoardus. Et fuerũt
iſtæ q. Vin. hic, vt ibi dicit Ioã. An. in addi. ¶ Venio ad gl. huius
partis: gl. in verbo, iuxta rľam, remittit vbi eſt hæc regula. Di-
cit Io. An. ꝙ qñ habet locum hæc rľa, & qñ non, gl. dicit ibi, &
Spe. in ti. de inciden. q. ver. uidimus. & per Hoſti. in Summa, §.
j. ver. hæc autem regula. Ibi Spe. dicit rľam rľr procedere. Fal-
lit primo, qñ vna eſt ad alteram præiudicialis, quia præiudicia
lis primo tractabit̃, vt no. ĩ. c. tuam. Fallit ſecundo in actu ſen-
tentiæ, qa ambæ unica ſñia terminantur, ut hic. Fatendum ta
men, ꝙ prius ſententiabitur ex ordine in illa, in qua prius eſt
actum, licet non forte in tpe. Fallit tertio, quando ſecunda ꝓ-
ponitur per viam exceptionis, ut hic. Fallit quarto, qñ ſecun-
da eſt maior prima, ut qa ſecunda eſt criminalis, arg. C. de or-
di. iud. l. 2. ff. de iud. l. per minorem. Fallit quinto, quãdo ambo
ſunt pares, quia criminales: ſed in ſecunda quis proſequitur
ſuã, uel ſuorum iniuriam, C. qui accu. non poſ. l. j. & l. negãda.
3. q. 11. c. j. An autem, & qñ admittatur accuſatorum recuſa-
tio, & qñ non, ibi tractatur, & de pu. iud. l. is, qui. ff. & ponit Io.
An. in addi. Spe. in loco præalle. ſuper ver. porro. ad fi. §. Gl. re-
petit tex. q̃rit, an ſi ſentẽtia feratur prius in vna, quàm in alia,
ubi ſunt duæ mutuæ petitiones, an valeat ſententia. Glo. dicit
ꝙ non. Alleg. l. j. §. ultimo. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. C. de cõ-
pẽſat. l. neque ſcriptura. ubi dicit gl. ꝙ ſaltem appellandũ eſt,
ut ibi dr̃ in l. primo inducta. Hic dubitari põt de duobus. Pri-
mo, an ſñia lata ſuper vna ſine alia, omiſſo ordine hic dato, ſit
nulla. Et ueritas eſt ꝙ non, quia hic eſt ordo cauſæ ad cãm, q
non vitiat ſñiam. notatur C. in l. ꝓlatam. C. de ſen. l. 2. C. cõi di
ui. & l. i. C. de appel. 2. q. j. in ſumma. 2. q. 6. §. diffinitiua. & not.
de mu. pe. c. j. Nec iura allegata in ↄ̃rium obſtant, qa vt appa-
ret, tex. dñt ꝙ appellari debet. Secundo eſt dubium, utrum ac
cumulatis duabus mutuis petitionibus lata ſñia ſuper una
poſſit peti executio ſuper alia, anteq̃ ferat̃ ſñia ſuper alia. Qui
dam dñt ꝙ ſic, per illa iura. Quod non placet Vinc. quia dicit
illud ibi corrigi in alia l. niſi in caſu cum aduerſarius impedi-
ret, ne iudex in alia ſententiaret: tunc enim differetur execu-
tio, & exciperem ↄ̃ aduerſarium, ſi me conueniret ex cã iudi-
cati, ff. de eo per quem fac. eſt. l. j. §. j. de teſti. cog. peruenit. Nec
obſtat de re iudi. cum I. & A. quia ibi non fiet reconuẽtio: ſed
ibi remotus eſt abbas dilata correctione capituli, ſm Vincen.
Barto. tenet, ꝙ ſi uelit ſententiare prius in una, q̃ in alia, ꝙ põt
appellari: & dicit ꝙ melior eſt caſus de hoc in d. §. fin. qui poſ-
ſit reperiri. Puto, ꝙ ſi prius liqueat in una, quam in alia, tenen
do ꝙ tunc poſſit iudex ſeparate ꝓnuntiare, ut ſi liqueret prius
ex parte conuenientis, ꝙ ſententia poſſit prius ferri, nec per
hoc poſſit appellari, quia non peruertitur ordo. Item quia ex
quo non eſt liquidatum debitum, reconuenienti non poteſt
compenſationẽ obijcere. Si aũt liquidata ſunt debita hinc &
inde, ſi prius pronuntiet ſuper conuentione vel reconuentio
ne, non video intereſſe, ꝙ ex hoc poſſit appellari, 2. q. 6. non ſo
lent. Sed an exequi poſſit ſñiam ſuper conuentione vel recon
uentione primo latam. Iura illa probant, ꝙ non. Quod puto,
qñ hinc & inde quantitas debetur, quia locus eſt compenſa-
tioni, tunc non poteſt fieri executio in altera ad præiudicium
alterius opponentis compenſationem, ex quo non liquidatũ
eſt debitũ. Et hoc eſt de mente tex. & gl. in d. §. vltimo, & in d. l.
neque ſcriptura. Vbi autem quantitas deberetur ab vna par-
te, & ſpecies ab alia, ſatis puto procedere dictum Vin. Et hoc
tenuit Simon Vicen. & ſequitur Io. An. in addi. Spec. in tit. de
reconuen. §. penul. verſi. nunquid ſi primo. Et hoc puto verũ,
ſaluo niſi eſſet qõ ſuper poſſeſſoriis, & in executione per pri⁹
habuit ſñiam cõtra ſe, opponeret exceptionem ſpoliationis,
quæ in executione opponi non poteſt, ex quo non fuit ante li
tis conteſtationem oppoſita. Inquantum tex. & gl. concludũt
ſñiam ſuper vtroque ſimul promulgandam: hoc verum regu
lariter. Fallit, qñ petitorium obſcurũ eſt, & de poſſeſſorio ſta-
tim liquet: quia eſt talis naturæ, ꝙ feſtinam pronuntiationẽ
requirit propter animarum periculum. Quod dic, vt de reſti.
29 ſpol. ex conqueſtione. ¶ † Oppo. ꝙ non ſit vnica ſententia, ſed
plures ſuper duabus mutuis petitionibus: quia quot ſunt ar-
ticuli, &c. ff. de minoribus. alias, de mutu. peti. l. etiam. de cau.
poſſeſ. cum eccleſia. Sol. Gl. dicit, ꝙ quo ad temporis identita
tem vnica poteſt dici ſñia, eo quod vna continue poſt aliam
promulganda eſt, re tamen vera ſunt duæ ſententiæ, vt in con
cluſione. Dant ſimile Doc. in ſtipulatione, per l. ſcire debem⁹,
de verb. obliga. Sed eſt dubium, quid ſi lata ſententia ſup vna
ſtatim appellet condemnatus, & per hoc recuſet iudicem vt
ſuſpectum, quod facere poteſt, de appel. propoſuit. Hoſtiẽ. di-
cit ꝙ non terminabitur una ſententia: & procedit hoc, quan-
do non appellatur. Contrariũ putat Io. An. ad quod dicit fa-
cere de procur. auditis. & de cauſa poſ. paſtoralis. quia ex quo
iam concluſum eſt in cauſa, non debet impediri ſñia, cum nõ
poſſit recuſationem proponere. Ad decre. propoſuit. dicit rñ-
dendum vt no. in decre. ad hoc. de appel. In contrarium facit,
quia ex quo ius opponendi ſuperuenit de nouo, poteſt exce-
ptio quandocunq; opponi, de offic. deleg. inſinuante. & quod
no. Io. de appel. ad hæc. Non obuiat, qa ſi opponitur exceptio
recuſationis, eo ꝙ eum grauauit, & opponens paratus eſt ꝓ-
bare grauamen, ſm ibi no. debet admitti exceptio: niſi ſaluã-
do hoc dictum dicatur, exceptionem ſuperuenientem de no-
uo poſſe opponi qñcunque, dum tñ ante cõcluſionem in cã:
& non põt. Quod eſt notabile, & limitat c. inſinuante. de offi.
dele. & l. 2. C. de conſor. eiuſdem lit. ad quod facit d. c. auditis.
30 nam & ibi reuocatio de nouo ſuperuenit. ¶ † Opp. ꝙ poſſeſſo-
rium in modum actionis propoſitum ſuſpẽdet iudicium an-
te accumulationem, 3. q. j. per totum. 2. q. 2. per totum. Sol. Di
cit gl. ſi pendente ciuili actione accumuletur poſſeſſorium, il-
lud per viam petitionis non facit ſilere petitorium, vt hic: ſe-
cus ſi criminali pendente: quia tunc ſiue actionis via, ſiue via
exceptionis accumuletur, facit ſilere petitorium, vt in iuribus
alleg. Non inuenio hanc gl. a Doct. reprobatam. Contra eam
tñ eſt ratio huius c. quod verius puto, vt ſit neceſſe opponere
de ſpoliatione: & tutius eſt vt opponatur, per hanc decret. ad
31 hoc etiam poſſunt trahi iura in ↄ̃rium alle. ¶ † Quæro, quid ſi
ab vtraque agatur parte poſſeſſorio, nunquid procedetur ſup
ambobus, an vnum faciat ſilere aliud. Quidã dñt, ꝙ de hoc eſt
caſus hic: ſed non bene dicunt, quia hic non agebatur poſſeſ-
ſorio, ſm gl. pro parte abbatis, ſed ſuper damnis forte lege a-
quil. de quæſtione quid iuris, dicetur ĩ. c. fi. Dicit tñ Hoſt. ꝙ ẽt
ſic decre. poteſt intelligi, quia petendo vt iuſtitia ſibi fiat ſup
damnis, includi poteſt poſſeſſorium: quia non eſt iniuſtum ꝙ
res, qua ſpoliatus quis eſt, reſtituatur. Et fuit hæc opi. Gof. opi.
32 tñ gl. & intellectus plus applaudet literæ. ¶ † Quærit glo. nun-
quid ſpoliationis exceptio interrumpat præſcriptionem. Gl.
dicit ꝙ non, quia ad interrumpendam requiritur petitio, exci
piens non petit, vt hic. Non obſt. ꝙ excipiendo quis videatur
experiri, ff. rem ra. hab. l. quo enim. in fi. ff. quod met. cau. l. me
tu. §. ſed quod prætor. cum ſi. Quod verum eſt quo ad onus ꝓ
bandi, nõ uidetur procedere titulus quæſtionis, quia in rebus
occupatis per vim, tanquam vitio reali affectis, non currit p̃-
ſcriptio. Item ſpoliator eſt in mala fide, & ſic non præſcribit,
de præſcri. c. fi. ¶ Ad primum Inſti. de præſcri. §. quod autem.
& §. aliquando. & hoc inquantum poſſideat ſpoliator, planũ
eſt. Inquantum poſſideat aliud, adhuc non procedit, quia uel
agitur de interruptione præſcriptionis quo ad rem uiolenter
ablatam, & nõ præſcribitur, vt eſt dictum propter vitium rei.
Aut agitur de præſcriptione, aut interruptione ſuper alia re,
ad cuius intentionem opponit, an interrumpatur vi alterius
exceptionis: & dicit Hoſt. ꝙ adhuc non ꝓcedit, qa aut excipit,
qui poſſidet, & alius non præſcribit, & ipſe ↄ̃ ſe non interrum
pet. Aut excipit, qui non poſſidet, altero poſſidente: & hoc eſt
impoſſibile, quia non poſſidens non poteſt conueniri reali,
de iud.

de iud.examinata.ſm Hoſt.Io.An. dicit ꝙ hoc nihil eſt: quia
conueniri poteſt perſonali,uel ſuper alia re. Quidā dicunt, ꝙ
de iure ciuili procederet titulus quæſtionis, intelligendo de p̄
ſcrip.30.an.quæ hēt locum in re violenta,l.ſicut.in fin. C.de p̄
ſcrip.30.ann.Item dn̄t,ꝙ ſcd̄o poteſt procedere ſm iura anti-
qua,ſm quæ in ciuilibus admittebatur exceptio ſpoliationis
factæ a tertio.Non video dubium in hoc,q̄a ſi agebatur de in
terruptione ſuper re petita, exceptionis obiectus ad hoc non
ordinatur,q̄a exceptio ut te repellam ab agendo, nec rem,de
qua agitur,peto,qđ ergo eſt dubiū.Item nec quo ad rem uio-
lenter ablatam interrūpebatur,quia vel poſſidet is, ꝯtra quē
oppono,altero ſpoliante:& non procedit qō,quia res eſt vio-
lenta.Vel poſſidet is,qui uiolenter abſtulit,& opponitur con-
tra tertium agentem,& idē. Item hæc eſt ciuilis interruptio,
ſi interrumperet,quæ ſe non extendit ad alias perſonas, l. na-
turaliter.ff.de vſuca.& patet ex no. de pręſcr.illud.Item dicit,
ꝙ procedit quæſtio,qn̄ oppoſita eſt exceptio ſpoliationis, ſed
non probata,quia licet mala fides interrumpat, exceptio nō.
Sed certe nec tunc ex hoc procedit qō,cum violenta res ſit im
præſcriptibilis,ſi modo hoc probari poſſit,licet tunc non fue
rit probatū,poſſet ꝓcedere qō: vt puta ſi opponeret̄ exceptio
de ſpoliatione,prout ꝯcurrit:vel datur ex canone, reintegran
da:q̄a illa cōpetit pro re non ſpoliata, & ſic non affecta p̄ſcri-
bi pōt,ubi deueniſſet ad bonæ fidei poſſeſſorem: & tn̄ excipi
poſſet de ſpoliatione,vt dixi ſupra poſt Inn.quo caſu puto, ꝙ
ſi eſſet præſcriptio,in qua exigeretur lit.cont.vel petitio: glo.
dicit bene, ꝙ non eſſet interrupta, quia ex tali interruptio-
ne lis non ꝯteſtaret̄,ſi eſſet talis,in qua ſufficeret interpellatio
per nuntium:credo,ꝙ interrumpetur, quia hæc eſt fortior in
33 terpellatio.¶†Quæro,an exceptio ſpoliationis poſſet opponi
in quacunque cauſa.Dicit gl.quoſdā dicere ꝙ ſic regulariter.
Fallit,quia non opponitur in cauſa, ubi agitur depoſiti, ubi
non admittitur compenſatio,C.de compen.l.fi.Alii dicūt ex-
ceptionem ſpoliationis opponi poſſe agenti depoſiti:quia op
ponitur reſtitutionem petenti,ſaltem in modum reconuētio
nis,& etiam exceptionis, & qō ſpoliationis magis eſt priuile-
giata,q̄ ſit actio depoſiti.Primā opin.tenuit Io. & Vin. Ex quo
ſcd̄m eos habes vnum caſum, in quo non admittitur ſpolia-
tionis exceptio. Alios tres poſui ſuper litera. Et ſic ſecundus
eſt,qn̄ agitur officio iudicis,qđ dirigit̄ ꝯ iudicem, & nihil peti
tur a parte.Scd̄s,qn̄ opponitur contra excipientē, q̄q̄ volunta
rie ſe opponat electioni:quia adhuc tunc non admittitur cō-
tra talem ſpoliationis exceptio.Tertius caſus in cauſa matri-
moniali:quod intellige vt dixi ſup.tex.Quartus caſus eſt, quā
do ſpoliatus conuenit̄ ex obligatione, quæ ſurgit ex iur̄o:q̄a
ꝯ executionem obligationis ex iuramento non pōt oppone-
re exceptionem.Hoc puto verum, quando ab initio ſpoliatus
erat,& ſciens præſtitit iur̄m.Secus ſi ex poſt facto fuerit ſpolia
tus,quia iur̄o ineſt cōditio,niſi iuſta cauſa ſuperueniret, qua
te a petendo poſſim repellere,ſicut & aliæ generales, de q̄bus
de iureiur.quemadmodum. Fatentur hic Doct. ꝙ fideiuſſor
poteſt opponere exceptionem contra creditorem ex ſua, vel
debitoris perſona,qua compēſat tam ſibi quā principali debi
tori debitum,ff.de compē.l.ſi quid.Quintus, quando aliquis
conqueritur de aliquo, quia impedit ne filium baptizet, ne
defunctum ſepeliat, ne pontem reficiat ruentem. Nam non
poteſt tunc opponi exceptio ſpoliationis, arg.v.di. baptizare.
8.q.4.nonne.ff.de no.ope.nunc.l.j.§.ſi quis riuos. Secus ſi con
queritur de iniuria iam irrogata.ſ.de eo,qui non permiſit ba-
ptizari filium,vel ſepelire defunctum.Tūc enim per exceptio
nem ſpoliationis elidi poteſt actio,ſm Vin.Et de his oībus in
Spec.de peti.& poſ.§.j.verſi.q̄d ſi debitor. & uerſic.ſeq. Sextus
caſus,qn̄ quis agit interdicto vti poſſidetis,ne turbet̄ ſibi poſ-
ſeſſio,vel ne offendantur inquilini,vel habitatoees, ſeu puta-
tores vinearū.Non obſtat ſpoliationis exceptio, q̄a iudicis eſt
futuras lites impedire,& prouidere ne quis in ſua poſſeſſione
turbetur,vel moleſtet̄:ſed ſi ageret̄ ad pęnā,puta ad ęſtimatio
nē turbationis intra annū,ff.uti poſ.l.j. & l.pe.§. ulti.exceptio
ſpoliationis ꝓdeſt,ſm Hoſti.Contrariū huius tenet Inn.j̄.c.fi.
circa prin.glo.mag.ubi dicit agenti poſſeſſorio retinendæ ob-
ſtare indiſtincte ſpoliationis exceptionem.Fatetur, ꝙ ſi uellet
ſpoliatus,de utroq; ageretur,de quo Hoſt.remittit ad c.paſto
ralis.j̄.ti.j.Io.An.remittit de p̄ſcr.ueniens.ubi Inn.ſentit,ꝙ ex-
ceptio ſpoliationis obſtat agenti uti poſſide.Io.And. in addi.
Spe.in ti.de poſ.& peti.§.j.uer.ſed nunquid intētati. dicit ꝙ ſi
periculum eſt in mora ꝯ agentē ſuper diuerſa re, vt uti poſſi-
detis,non admittit̄ ſpoliationis exceptio,ut ſ̄. ſi periculū non
eſt in mora,admittit̄.Hoc puto verū,ſi ſpoliationis exceptio
opponit̄ ꝯ agentē ſuper diuerſa re,ut uti poſſidetis. Sed ſi un⁹
ſuper eadē re agat poſſeſſorio retinendæ,alter, uti poſſidetis,
tunc ꝓcedit id,qđ diſputat Io.An.& Inn.j̄. de præſcr.veniens.
qđ etiam ponit Bart.in l.j.in fi.ff.uti poſ.Hoc plene expediam
in d.c.veniens.Quantū ad principale dictū, an agenti depoſi-
ti obſtet ſpoliationis exceptio,Doc.tenent gl.Non ob.ꝙ agen
ti depoſiti non obſtet cōpenſationis exceptio, q̄a cōpenſans
fatetur depoſitū:& ibi notatur ꝑfidia,ſi depoſitū nō reſtituat,
q̄ ratio ceſſat in opponente ſpoliationis exceptionē, quia cri-
men opponit: hic nulla ꝑfidia,ſed æquitas eſt eum audiri.Ita
34 no.Gof.in c.fi.& hoc tenet Inn.hic,& Tan.Gof.& Hoſt.†Quę
ro in modū exceptionis ꝓbata ſpoliatione,an eędem ꝓbatio-
nes proficiant,ſi poſtea peto directe poſſeſſionē.Gl.dicit ꝙ nō
niſi aduerſarius conſentiret,j̄.de teſt.ueniens.Idē Inn.& Hoſ.
no.gl.iuncto text.quē allegat, ꝙ partes conſentiendo poſſunt
facere ut ſemiplenę probationi det̄ virtus plenæ probationis.
35 ¶†Quærit gl.ſuccubuit excipiens de ſpoliatione, vult poſtea
agere poſſeſſorio,nunquid poſſit.Glo.arguit ꝙ non:q̄a eandē
qōnem uolo refricare,licet alio genere iudicij, qđ non licet,
ff.de excep.rei iud.l.ſi q̄s cū totum.§.fin.Dicit gl.ꝙ pōt:neque
impedit qđ ſuccubui,quia poſſeſſoriū directe pōt intentari,ēt
de diſſimilibus cauſis,de dona.inter dilectos. Et ſi primo agit̄
crīaliter,& non obtinet,poſtea pōt agi ciuiliter,C. qn̄ ciui.act.
præiu.cri.l.una.Idē hic Inno. Tu dic,ꝙ ratio eſt,q̄a ſummariū
iudicium non obſtat plenario,ut d.c.veniens.l.fi.ff.de his,qui
ſunt ſui vł alie.iuris.& patet in l.ſi quis a liberis.§. meminiſſe.
ff.de libe.agno.Sed eſt dubium, q̄d ſi abbas ſuccubuit in exce
ptione oppoſita a militibus, poſtea militibus agentibus ꝯ ip-
ſum interdicto eſt abſolutus ab ipſorum impetitione, demū
Abbas reincipit eandem qōnē, an obſtabit ei exceptio ſentē-
tiæ.Dicit Inn.ꝙ non ꝑꝑ æquitatem ſuperuenientis ſnīæ, ff. de
cond.ſine cauſa.l.2.ff.cōmo.l.in cōmodato.§.fi.ff. depoſi. bo-
na fides.de priuileg.c.2.ꝑꝑ quam æquitatem is,qui tulit inter
locutoriā,ipſam reuocare dēt,ff.de re iud.l.quod iuſſit.de ap.
cum ceſſante.& quia reo abſoluto interdicto daret̄ exceptio,
ſi iterum conueniret̄:multo fortius danda eſt replicatio, ſi ite
rū conueniatur,& excipiat̄ de ſpoliatione, de qua victus eſt in
interdicto,ſm Inn.Quæſtiones iſtæ, & ſimiles latius examina
bunt̄ j̄.c.fi.Sed quantum dictū eſt ſupra ꝓbationem ſuꝑ exce-
ptione in ſummario iudicio non facere fidē in plenario,bene
dicit gl.& approbat Inn.alia rōne:quia finis uariat̄, q̄a primo
opponit̄ ad repellendū,nunc agitur ad ꝯdum. Hæc autē di-
cit vera Inn.& no.hoc dictū, qn̄ probatio eſt facta in ſumma-
rio iudicio,& ſemiplena:q̄a hæc non obeſt in plenario: ſed ſe
cus dicit in ꝯfeſſione,q̄ facta in iudicio,quantuncunque ſum-
mario,habet omnem effectū ſuum: & ꝙ præiudicet in plena-
rio,eſt cā,quia confeſſio non diminuit̄ ex hoc ꝙ iudiciū ſum-
mariū ſit,cū adeſſe non requirat telam iudicij: qđ ſecus eſt in
ꝓbatione.Item q̄a multa pn̄t opponi ꝯ teſtes, q̄ non opponū-
tur ꝯ confeſſionē:& magis ſtricte examinabit̄, & opponit̄ ꝯ te
ſtem in plenario,q̄ in ſummario,vt no. Inn. ubi idē dicit in ſi-
mili ſ̄.de elect.ꝑ inquiſitionē. Itē quia confeſſio tranſit in no-
torium iuris,eo ꝙ in ſummario fit: qđ non eſt in teſtibus, q̄a
oportet ꝙ plene ſint examinati,ut no.j̄.de appella.cū ſpeciali.
ad hoc de elect. cle.conſtitutioni.de accu.c.j.& 2.lib.vj. vbi in
iudicio non legitime ꝓmoto confeſſio tranſit in notoriū.Idē
dicit Inn.de accuſ.qualiter.in uerbo, ad degradationem.uer.
non negamus.Et plus dicit in qualibet ꝓbatione notoria, q̄a
ſi aliquid in ſummario eſt ꝓbatū notoriū,habet illū effectum
ac ſi eſſet ꝓbatū in plenario,& eandē ſequit̄ ordinaria ꝯdem-
natio.Ad hoc tex.de excep.c.j.& qđ dicam j̄. Nā crimen exce-
ptum ordinarie punitur,qn̄ de eo conſtat cōfeſſio:ad hoc de
confeſ.c.j.Plus dn̄t Doc.de reſt.ſpo.Piſanis. ubi caſus,ꝙ etiam
in iudicio nullo ꝑꝑ ordinem non ſeruatum,dum tamen hēat
colorē iudicij, ualet confeſſio,dum tn̄ iudex ſit compet̄ēs,Ad
hoc optime gl.in c.qm̄.§.qđ ſi ſuper,ut lit.non conteſt. in uer
bo,ſummatim.ubi iur̄m in ſummario iudicio prodeſt in ple-
nario,dūmodo non mutetur forma agendi.Ad hoc qđ notat
Io.79.alias 89.diſt.c.2.Bar.in l.diuus.ff.de cuſto.reo.hoc tēpe-
rare vr̄ uerum,qn̄ quis confitetur principaliter delictū in iu-
dicio,quantuncunq; nullo:ſecus ſi incidenter,per l.filium.cū
gl.ff.de libe.cauſa.Verba iſta ſunt contra no.in d.ca.qualiter.
& ꝯ no.de ꝯfeſ.c.j.& j̄.de excep.denique.Procedit igit̄ dictum
ſuū,ut tacita confeſſio intercluſa in exceptione non præiudi-
cet,iō quia excipiens non fatetur,argu.j̄. de excep. cū uenera-
bilis.& in regula,exceptionem.de reg.iur.lib.6.niſi factum ex
trinſecus ab exceptione poneret pure, & non conditionaliter
ut ibi dicit gl.& no.ſ̄.de tranſac.præterea.Idem ſi de crīe con-
ſtat per viā exceptionis,parte ſuper exceptione plenarie defen
ſionē aſſumente,vt no.Inn.in c.ꝑuenit.de fideiuſ.& ponit Ar-
chid.2.q.prima.in primis.ſuper gloſſ.non intelligas.Plus dicit
Butr.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.
ma.ꝙ ſi in ſummario iudicio facta eſt plena probatio, ꝙ illa
prodeſt,& nocet in plenario. Quod intellige,quādo eſt facta
plena probatio quo ad modum procedendi, quia lite conte-
ſtata & quo ad ſubſtantiam probationis, & modum examinā
di.Ex his patet,an productio inſtrumēti facta in iudicio ſum-
mario proſit in plenario contra producētem, uel contra illū,
contra quem producta eſt.Freder.ſuo conſi.155. tenet produ
ctionem non facere fidem:quia reperitur productio facta lite
non

non conteſt.per quæ dicit,ꝙ ſi ꝓductio ſit facta inſtrumenti,
de quo facta eſt mentio in libello ad informandã partem, ſ̃m
ea quæ no.Inn.& Hoſt.de probat.c.j. ꝙ ad probandũ neceſſa-
ria eſt productio illius inſtr̃i:quia ꝓductum non vr̃ ad probã-
dum,ſed an informandũ,ut quia lit.non cõte.ꝑ quo eſt caſus
ĩ.de reſt.in integ.c.2.quod no.ad hoc gl.ut li.non conteſt.qm̃.
§.j. ubi examinatio teſtiũ ꝑꝑ periculum nõ ꝓficit in iudicio ,
niſi iterato producatur poſt lit.conte.Puto tñ ꝙ ſi inſtr̃m fuiſ-
ſet exemplatũ apud acta,ſufficeret productio illius exempli,ꝑ
no.in c.cum in iure.de offi.dele.& per ea,q̃ ſcribuntur ꝑ Doc.
36 ĩ.de proba.qm̃ contra falſam.†Ex his deciditur dubitatio , an
probata exceptione excõicationis ꝯ aliquẽ, qui ex hoc repul-
ſus eſt ab agendo,ſi poſtea contra eundem,vel alium de eadẽ
re incipiat agere, an poſſit repelli ex vi interlocutoriæ primi
iudicij,ꝑ quã fuit in primo iudicio repulſus.Dicit Inn.ꝙ non,
nec probationes primi iudicij probabunt excõicationẽ in ſe-
cundo,arg.ff.de except. rei iud.l.cum quærit. & l.ſeq.Sic licet
aliqui propter aliquas cauſas repellant ab accuſatione, 2.q.j.
prohibentur.non propter hoc alias puniuntur, niſi de hoc di
recte agatur ꝯ eos,ff.ex qui.cau.ma.l.2.nec ad hoc actum eſt,
ĩ.e.c.§.j.Sed de hoc,& ſimili dic ut dicam ĩ.ſuper glo.pe.¶Ve-
37 nio ad ver.uerum.†No.j.ꝙ ordinata ad finẽ repellendi nõ ha-
38 bent effectum ꝯñdi.ad hoc de exce.cum inter.¶†No.2. ꝙ vbi
crimen deducitur in iudicio contra teſtem per modum exce
ptionis,quæſtio non eſt criminalis,ſed ciuilis: vide de accu.ſu
39 per his.¶†Not.3.ꝙ crimen exceptum ꝯ teſtem vt ordinatum
ad repellendum,non hẽt effectũ,niſi repulſionis:& ex eo non
imponitur pena ordinaria hoĩs,nec iuris: & ſic non infamat.
40 ad hoc l.Lucius.ff.de his,qui no.infa.¶†No.4. ꝙ crimen exce
ptum licet non puniat̃ pœna ordinaria, punitur tñ extraordi-
naria : quia quo ad illam non ponderatur modus crimen in
41 iudicio deducendi.ad hoc l.nullũ.C.de teſt.¶†No.v. ꝙ crimẽ
falſi infamat teſtẽ:& ſic periurium infamat, qñ cõmittitur te
42 ſtificando:de quo de teſti.teſtimoniũ.¶†Not.vlti.ꝙ exceptio
non ſolũ eſt actionis repulſio, ſed ẽt officij: qa repellit ab offi-
cio teſtificandi,& munere publico:repellit ẽt ꝓmouendũ ad
officium,vel beneficiũ,de accuſ.veniens.& c.ſuper his.& ca.j.
43 †Itẽ ab officio tutelæ,ff.de ſuſpec.tut.l.3.§. præterea.& §.ſi tu-
44 tor.Excipitur ẽt ꝯ promotũ,de appel.honores.¶†No.ꝙ aliud
eſt ꝓteſtatio,aliud exceptio,& aliud actio . Nã q̃ proteſtatur,
dicit ſe ius habere:ſed non p̃cludit aduerſario ius agendi,nec
ſeq̃t condẽnatio:cũ aũt excipit,dicit ſe ius habere, & p̃cludit
viã aduerſario,ſed non conſeq̃t cõdẽnationẽ:qui uero agit,di
cit ſe ius hẽre,ſed non præcludit viã agendi, excepta cã ſpolia
tionis.qđ dic vt ĩ.c.fi.ſi tñ probet, niſi aliud obſtet,cõſequitur
condẽnationẽ,ſ̃m Hoſt.Venio ad gl.q̃ iuſtificat tex.in prin.&
45 eſt clara.¶†Opp.ꝙ crimina,de quibus conſtat,excipiendo pu
niant̃,24.q.2.ecce.qa qñocunq; in iudicio claruerint, puniun
tur.Sol.Intellige quocunque mõ congruo,& apto ad penam
imponendã,vt inquirendo,accuſando,denuntiando:nõ ſi de
46 hoc conſtat exceptionis via.¶†Opp.2.ꝙ crimen,de quo con-
ſtat incidenter,& excipiendo in iudicio,puniat̃,ĩ.de cõceſ.p̃b.
ex parte.Ad illud non r̃ndet gl. dic ꝙ ibi conſtitit in alio iudi-
47 cio ltĩme promoto.¶†Opp.3.ꝙ crimen , de quo ꝯſtat in iudi-
cio,ſit punibile,de elec.per inq̃ſitionem.glo.nõ r̃ndet.R̃nderi
põt,vt in ſe ꝯrio.Vel dic,ꝙ ibi inquiſitio erat generalis ẽt ꝯtra
48 teſtẽ:qa in capite,& in membris,vt ibi dicit gl.¶†Opp.4.ꝙ cri
men exceptũ puniat̃,vt de cõfeſ.cũ ſuper.Gl.dicit,ꝙ qñq; cri-
men eſt connexũ,& de eo ꝯſtat cõfeſſione : & crimẽ exceptũ
punit̃,ex quo eſt connexũ ei,de quo agitur in iudicio : ibi eñ
opponebat̃ ſimonia principaliter in iudicio:& de ea teſtis,&
ꝓ ea intercelſerat,teſtificatus eſt:& ꝯñter tunc punit̃, ut ibi,&
49 de exce.deniq;.ad fi.¶†Opp.v.de l.2.§.ſi publico. de adul.Gl.
r̃ndit,ꝙ ſi exceptio non hẽt finẽ repellẽdi, ne ſit inutilis,punit̃
vt ibi:qa ad illud opponitur,ex quo non hẽt finẽ ſuũ.Si habet
finẽ ſuũ repellendi exceptio,nõ punit̃:qa ſufficit,ſi hẽt finem
ſuũ:ibi eñ exceptio lenocinij nõ obeſt marito accuſanti:me-
rito ergo punitur.Sic dẽt intelligi Cy.in l.vbi. C. de fal. vbi di-
cit,ꝙ vbi exceptio opponitur ad finẽ puniẽdi,punit̃ : ſecus ad
finẽ repellẽdi.Inquãtũ gl.dicit , ꝙ exceptio lenocinij nõ obeſt
marito ad finẽ repellendi:Gl.dicit uerum,qñ ꝓponitur per vi
rũ accuſatio cr̃ialis:ſecus ſi ꝓponit̃ miſta ad ſeparationẽ tho-
ri,de eo,q cog.cõſang.c.diſcretionẽ.ĩ.de adul. c.j. De hoc ple-
nius per Bar.in l.2.§.ſi publico. ff.de adul. qa ſi obijcit̃ marito
agenti ciuiliter,admittit̃,vt l.viro.ff.ſol.mat. Si opponitur ma
rito agenti cr̃ialiter:& tunc ante nomen receptum inter reos
admitteretur a quolibet extraneo oppoſita,C. de adul.l.quo-
niam Alexandrum. Aut obijcitur poſt nomẽ receptum inter
reos,& ab extraneo non admittitur,nec a muliere ad finẽ re-
pellendi,vt l.2.§.ſi publico.ff.de adulte. Aut ad ipſum punien
dum,& poteſt opponi ab uxore:ab extraneo autem non. Ra-
tio,quia mulier proſequitur ſuam iniuriam opponendo, cũ
ſubducta viro p̃ſumat̃:ſed non extraneus . Ideo recuſare non
põt,& ſic nec excipere ad finẽ puniendi, ut l.2.§. ſi publico.ff.
de adul.ſ̃m Bar.Vel põt ſolui,ſ̃m Doc.vt ꝓximũ contrarium,
qa ibi exceptio lenocinij contingit principale crimẽ adulterij
de quo agit̃.Vnde ſi eo caſu punit̃ teſtis, vt dictum eſt ſupra,ni
mirũ ſi principalis actor,cũ ille neceſſarius , hic uoluntarius .
Gl.ẽ expedita cũ ſuppletionibus Doc. omiſſo uno verſu inter
medio.Reſtat concludere mãm,& concludendo gl.ẽt in ver.
intermedio omiſſo.tria principaliter videnda ſunt. Primo,an
crimen exceptũ,uel de quo incidenter conſtat in iudicio, pu-
niatur.Secundo,an infamet infamia iuris.Tertio,an infamet
50 infamia facti.¶†Ad primũ dic,ſi tela ꝯ eum pariter,& ꝯ alios
eſt inſtituta: & punit̃, licèt incidenter conſtet ꝙ ad hoc pẽdet
tela ꝯ eum:& hic eſt caſus de elec.per inquiſitionẽ.ſ̃m gl.hic,
& ſ̃m gl.ibi.Si aũt tela iudicij eſt ad aliam ꝑſonã tm̃ reſtricta,
vel ad aliũ finẽ:& tunc ſi iudex cr̃ie excepto aſſumit nouã te-
lã,& ex officio procedit de nouo ꝯ talẽ,de quo incidenter con
ſtat,& poterit faciendo de nouo ꝯſtare ipſum punire : nã tela
inter partes pẽdente , põt iudex r̃one publici intereſſe punire
& ſupplere de facto,& ex officio procedere.no.glo.de elec.cu-
pientes.§. cæterũ.in verbo,excludentes.dicit Inn.de fideiuſ.ꝑ-
uenit.Archi 2.q.j.in primis.Ioã.3.q.v. conſtituimus.Et ſic dẽt
intelligi Dy.in l.2.§. ſi publico.ff.de adult.vbi dicit crimen ex-
ceptum puniri,vbi iudex ex officio abſque accuſatore põt ꝓ-
cedere.Qđ dictum recitat Io.An.in addi.Spe.in ti. de ꝓbatio.
§.j.ver.nouo.Non puto tñ, ꝙ probationes in tela exceptionis
prodeſſent in tela officij iudicis,licet ſic cõfeſſio,per illa, quæ
ſcribit Inn.hic,& de elec.per inquiſitionẽ. & de teſti.cãm. per
c.inter dilectos. ver.verum.de fide inſtru. Et quare aliud in ꝯ-
feſſis, patet ex his, q̃ ſupra dixi,& dicã ĩ. Idẽ ſi crimen deducit̃
in iudicio vt exceptio,& vt accuſatio, ut qa excipiẽs implorat
ſuper eo officiũ iudicis vt puniatur . Et tenuit Gui. de Suza.
in l.vbi.C.de fal.& ponit Ioã.An.in addi.Spe.in tit.de ꝓbatio.
§.j.uerſi.nouo.Ad hoc dictũ Io.3.q.9.conſtituimus. Quando-
q; non aſſumit nouã telã,& tunc exceptio aſſumit locũ actio-
nis,qa eſt voluntaria,& crimẽ exceptũ punitur, vt notabiliter
ſcribit Inn.de elec.ſuꝑ eo.verbigratia , ut ſi petenti confirma-
tionem opponat̃ delicti exceptio,qa iſta habet inſtar actionis,
cũ non ſtimulato cõpetat : ſi exceptio nõ aſſumit locũ actio-
nis,ſed ſtat in finibus exceptionis , quia opponit̃ a ſtimulato ,
& ſi nõ põt habere finẽ repulſionis,ut qa non põt opponi ex
perſona,vel tarde opponit̃ ad repellendũ , oppoſita ur̃ ad pu-
niendũ:ideo tunc punit̃,ut dicit gl.hic.Et ſic intelligit Cyn.in
l.ubi.C.de fal.Si põt habere finẽ repulſionis:& tũc ſi is, ꝯ quẽ
opponitur,aſſumpſit finẽ defenſionis ſuꝑ cauſa principaliter
diſputando,& punit̃,dicit Inn.de fideiuſſ.peruenit . & recitat
Archid.2.q.j.in primis.ad hoc,qa petitũ incidẽter deductum
habet uim principalis,qñ ſuꝑ eo fit principalis proſecutio, ut
no.Inn.de cauſa poſ.cum eccleſia. Primũ dictum fuit origina
liter Io.3.q.v.conſtituimus.Si aũt non aſſumpſit defenſionẽ,
alias diſcuſſionẽ,tũc ſi crimen non eſt connexum negotio,de
quo principaliter agit̃ in iudicio , non punit̃ ordinaria pœna,
ſed bene extraordinaria,ut hic a contrario: & patet C.de teſt.
l.nullũ.& hoc,ſiue confeſſione,ſiue aliter ꝯſtet:qa hæc cõfeſ-
ſio inaduertenter vr̃ fuiſſe facta coram iudice , eo ad hoc non
intendente,vel ſedẽte:ideo non operat̃ uires ſuas. Ad hoc qđ
no.gl.de confeſ.c.fi.& ſcribit Ioan.And.de cohabi.cler.& mu
lie.tua.& Cal.in c.veſtra.in q.an puniatur delictum coram tri
bunali commiſſum.ad hoc l.hæredes.§.fi.ff.de teſtam.Si autẽ
crimen eſt cõnexum,ſi de eo conſtat cõfeſſione,punitur pœ-
na ordinaria:ſi nõ conſtat niſi probationibus, punitur pœna
extraordinaria,ſed non ordinaria. Sic intellige de exceptio.c.
j.in fi.Et hãc opinio.tenet Bar.in §.ſi publico.& approbat etiã
Io.An.in addi.Spe.in ti.de proba.§.j.uerſi.nouo.Quando aũt
dicatur connexum,& qñ non,Bart. dicit in l.2.§.ſi publico.&
dicam ĩ.de excep.poſt Io.An.c.j. in fi. Ratio autem dr̃iæ inter
cõnexum,& nõ connexum eſt,quia cõnexio facit,ut quoquo
mõ deductum uideatur,arg.l.nulli.C. de ind. de cauſa poſſeſ.
c.j.de ſequeſt.poſſeſ.c.j.Ratio dr̃iæ, quare vbi conſtat cõfeſſio
ne,modus ꝓcedendi nõ attenditur, dummodo propter hoc
iudex quo quomõ ſedeat quo ad cõfeſſionem, quæ nõ exigit
telam,ut no.Inn.ĩ.de accuſa.qualiter. & hic. Probationes aũt
læduntur ex modo procedendi : & qa multa poſſunt opponi
ꝯ teſtes,quæ nõ contra confeſſionem, ut dicit Inn.in d.ca.per
inquiſitionem.Quod puto,etiam ſi probatio fuerit facta ple-
ne per teſtes:quia talis probatio læditur,quamquam plena ꝓ
pter defectum ordinis iudiciarij:quicquid ſcribat Bar. in l.ab
hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.maio. Idem
ſi probatum eſt exceptum per inſtrumentum, per ea, quæ di-
xi ſupra.Per hoc dicit Bar.in §.ſi publico.& in caſibus,in q̃bus
dixi crimen exceptum puniri pœna ordinaria,ſi de eo accuſe
tur,exceptio & ſententia ſuper exceptione tollit accuſationẽ,
per l.ſenatus.ff.de accuſ.& l.licet.nau.cau.& ſta. & quod not.
de accu.ſuper his.Pendentia tamen exceptionis non repellit
accuſationem,ſicut nec inquiſitionem,ſ̃m eum. Sed forte di
ci poteſt ꝯ,ex quo ad puniendum ordinatur: & ſi ſuccumbat
in ex-

in exceptione,dicit Bar.ꝙ non obſtabit exceptio, ſi poſtea accuſet:poteſt dicere uerũ,ꝙ non omnino plene proceditur ſuper exceptione.Sed falſum eſt,ubi conſtat per uiam cõfeſſionis,ut dixi ſupra.Ex his deciditur, an in tali exceptione exigat̃ inſcriptio,& alia ſolennia, q̃ in libello accuſationis. Et breuiter Bar.in l.ſicut.de accu.& in l.j. de excep. dicit ſolennitatem exigi,qñ opponitur crimen ad puniendũ:ſecus ſi ad repellendum.Alle.j̃.de acc.ſuper his.Hoc intelligo, ſaluo quod habet̃ in beneficiali,de ele.c.j.& c.ut circa.li.vj.& in cle. conſtitutionem.de ele.in cle. vt dicit Bar.in d.l.j.de exce. Idem diſtinguit quo ad interuentionem procuratoris,in d.l.ſi cui.& in l.pe.§. ad crimen.de pub.iud.quia ſi ad finem puniendi, nõ interue-
51 nit:ſi ad finem repellendi,interuenit.¶†Venio ad ſm,an crimen exceptũ infamet.Dic ꝙ in omnibus caſibus,in quibus dixi crimẽ exceptum puniri ordinaria,in omnibus illis infamat̃ de iure,ſi de iure delictum infamat,no.Io.9.q.3.conſtituimus dummodo ſuper pœna ſit pronuntiatũ, vbi ex pœna ſurgit infamia,uel ſuper delicto declaratorie, vbi ex delicto ſurgit infamia.In oĩbus aũt,in quibus poteſt imponi pœna ſolum extraordinaria,eſt dubium,quia talis pœna non imponitur abſque cauſæ cognitione.Et ſi quidem pœna non eſt impoſita, non infamat.Ad hoc hæc decr.quæ parificat pœnam ordinariam imponi,& quẽ tunc infamari,ſi eſt proceſſum ad pœnæ impoſitionẽ,q̃q̃ extraordinarie infamat̃, vt dicit Bar.in l.nul-
52 lum.C.de teſti.& Io.9.q.3.conſtituimus.¶†Ad tertium, quid de infamia facti?Dic ꝙ hoc plus a facto regulat̃, q̃ a iuris effectu.Ideo ſi fama ex hoc ad plures tranſiuit, ita ꝙ notetur,infamat,de teſti.teſtimonium.gl.de elec.ſuper eo.de iud.at ſi clerici.2.q.2.multi.& gl.de elec.per inquiſitionem. Si non trãſit
53 in notitiã plurium,ita ꝙ notetur, ſecus eſt.† Eſt autẽ effectus talis infamiæ,quia repellitur infamatus a dignitatibus: qa ꝓmouendi in nullo debet fama vacillare,23. diſt.laici.ff. de decur.l.eos.de accuſ.oĩpotens.81.diſt.tantis. cum alleg.in gl.Per quæ Goſ.tenet, ꝙ propter crimen exceptum teſtis non repellatur ab ordine,niſi laboret infamia facti, & in purgationẽ deficiat.Io.An.remittit de accu.ſuper his.ſuper gl.j.& de pur.ca. cum inter.ſuper gl.2.ubi tenet, ꝙ crimen exceptum ↄ̄ teſtem cum videatur plus exceptum ↄ̄ partem,q̃ contra teſtem, non repellit eũ.Ad hoc quod no.de fo.comp.uerum. poſt Hoſtiẽ. Quod eſt uerũ,niſi ſit informatus,vt dicit in d.ca.ſuper his.& hic.Alius eſt effectus, quòd ꝑꝑ talem infamiam poterit indici purgatio,in qua ſi deficiat,poſtea directo poterit puniri.notat glo.de iudi.at ſi clerici.& gl.hic,& 2.q.j. multi. Sic dicit intelligi Inn.de ele.per inquiſitionem.& quod no.in ca.q̃ ſit. de excel.præla.de hoc Io.79.di.c.2.& 2.q.7.in apoſtoli.23.q.4.ec-
54 ce.Archi.23.diſtin.illud.& 50.diſt.ſi eṕs.& 2.q.j.multi.† Ex his deciditur,quid ſi opponatur excõicatio contra aliquem,vt repellatur a teſtimonio,uel ab electione,an illa probata in alijs debet uitari. Gl.hic dicit,ꝙ ſi ex illo facto publica laborat infamia,non eſt ei cõicandum,de ſen.excom. cum deſideres.§.
55 2.& 2.q.j.multi.† Ex his deciditur, petit quis ſe ab excõicatione abſolui,repellitur quouſque ſatisfecerit:quia ꝓbatur contra eum manifeſta offenſa:venit de nouo, & petit abſolui,an ſit audiendus.Dicit Inn.ꝙ non,niſi prius ſatisfaciat, de ſen.ex-
ſus,dummodo opponatur dependentia.poſſeſſorij. Nam nō
oportet opponere de ſpoliatione, vt ſuperius eſt deductum.
Si autem primo intentatur ab vno petitorium,ſecundo ab a-
lio poſſeſſorium,tunc ſi illa intentantur ſuper diuerſis rebus,
proceditur ſuper vtroque, vt ſuper duabus mutuis petitioni-
bus,vt ſ̃.titu.2.& non ſilet petitorium primo intentatum,ni-
ſi conuentus agens poſſeſſorio opponat de ſpoliatione. Si in-
tentatur ſuper eadem re, tunc dicit glo.ꝙ poſſeſſorium ſecun
do intentatum facit ſilere petitorium primo intentatum.Per
quæ concludit glo. tantum debere eſſe agentem ſecūdo poſ-
ſeſſorio,vt videat an agat ſuper diuerſis rebus, an ſuper eadē.
Si agat ſup diuerſis,ſibi expediat magis retinere rem, ad quā
agitur per aduerſarium,q̃ conſequi ſuam, excipiat de ſpolia-
tione:ſi magis ſibi ſit vtile conſequi rem ſuam, non excipiat
de ſpoliatione, ſed tantum agat, vbi ſuper eadem vtilius eſt
ꝙ agat, q̃ quod excipiat:quia excipiendo conſequeretur tan-
tum repulſionem aduerſarij,ſed agendo conſequetur repul-
ſionem,& conſecutionem rei.Idem no.Io.2.q.2.c.1.Quid ſu-
per hoc tenuit Hoſt.recitat hic Cal. quæ ſcribā in c.ex cōque-
ſtione.j̃.de reſti.ſpol.vbi melius cadit. ¶Venio ad ſ̃m caſum,
qñ duo iudicia poſſeſſoria ſimul accumulantur:& ſi intentā-
tur ſuper diuerſis rebus,ambo iudicia ſimul procedūt, vt hic,
niſi opponatur de ſpoliatione per viam exceptionis, vt hic in
fi.Videat ergo,an magis ſibi expediat cōſequi rem,vel repel-
lere:vt primo caſu agat,ſecundo excipiat,ſ̃m glo. vt dixi ī pro
ximo membro.Hoſt.dicit,ꝙ has cauſas miſcendo tutius eſſet
primo excipere:& per hoc repelleret aduerſarium. Secundo
agere,& per hoc conſequeretur reſtitutionem rei, vt no. ſ̃.ca.
cum dilectus.Io.And.dicit ꝙ ſi aduerſarius obmuteſceret,ve-
rum diceret Hoſt.Dictum Hoſt.procedit ſ̃m Cal. & Io. de Li-
gnã.quando agitur petitoria, quia nil poſſet excipere. Quan-
doque primus agēs poſſeſſorio, poſſeſſorium deducit per viā
actionis & exceptionis contra iudicium ſecundo accumula-
tum:& dicit glo.ꝙ poteſt,quia id, quod eſt deductum per viā
actionis, poteſt deduci per viā exceptionis, cum ad diuerſos
tendant fines,ff.de inoffic.teſta.l.Papinianus. §.ſed nec impu-
beris.de teſti.veniens. & c.cum in tua. Quandoque vterque
poſſeſſorium inducit in iudicio & per viam agendi, & per viā
excipiendi, vt quia agit quis poſſeſſorio, & reconuenitur poſ-
ſeſſorio,agens primo excipit de ſpoliatione.Dicit glo.ꝙ exce-
ptio repellit actorē, & remanet cōuentio,& reconuētio inef-
ficax.Quandoque primus deducit ſpoliationem per viam a-
gendi,& replicandi,ſecundus per viam excipiendi tantum: &
tunc primus auditur ſuper conuentione in poſſeſſorio, & re-
pellitur ſecundus excipiens, & agens. Idem tenuit Dama. in
ſuis alle.j.q.huius tit.& Spec.in titu.de peti. & poſ. poſt princ.
ver.ſed pone,ecce.& Hoſt.hic,& Io.And.dicit contra hic, & ī
d.ver.ſed pone.in addi.Spec.ꝙ ſtant exceptiones ambæ, & re-
plicatio non repellit:quia replicatio vt repellat, exigitur ꝙ de-
trahat exceptioni:quod hic non reperitur, cum quilibet cri-
minoſus, quinimò excommunicatus admittatur excipiens.
Aut enim replicatio dirigitur contra exceptionem, & ſic eſt
in rem:& illi nihil detrahit,quia ſpoliationis exceptio nō tol-
litur ſpoliationis replicatione.Aut contra perſonam,& nulla
replicatio repellit quem ab excipiendo,de excep.dilecti. nam
tunc replicatio tollit,qñ detrahit, vt ſi excipis me excōmuni-
catum, replico me abſolutum, vel appellaſſe ante ſententiā,
vel intolerabilem errorem expreſſiſſe: & ſi excipis de pacto
de non petendo,replico furorem,vel metum temporis ſui pa
cti.Illa vero,quæ non afficiunt exceptionem, ſed perſonam,
vt vitium violenti,& ſimilia,non obſtant: debet enim annul-
lare ſic replicatio exceptionem,ſicut exceptio actionem,ff.de
exceptio.l.2.de foro compet.ex parte B.de quo in Spec.de ex-
cept.§.fin.per totum.& de exceptio.à nobis. Non ob.ſ̃m Ioã.
Calde.de adul.intelleximus.de diuor.ſignificaſti. quia ibi ſpe
ciale fauore matrimonij, vt periculum animæ euitetur. Vel
ibi replicatio adulterij contra reum afficit exceptionem ip-
ſius:quia verum eſt,ꝙ commiſit adulterium:renunciauit ta-
cite iuri quæſito ex adulterio : ibi enim exceptio, ſeu replica-
tio non opponitur contra perſonam. Quod patet, quia pro-
bationes recipiuntur ſuper replicatione, pendente exceptio-
ne : quod non fieret, ſi replicatio principaliter contra perſo-
nam proponeretur,de iudic.exhibita.Vnde Cal.tenet opi.Io.
quæ patet per finem decr. ſemper enim agens poſſeſſorio re-
cuperandæ contra excipientem de ſpoliatione replicaret de
ſua ſpoliatione,vt ſic eum repelleret:quod eſſet iniquum, &
contra mentem huius decre.ſ̃m Io.Cal.Vel dic,ꝙ hic hęc de-
licta committebantur circa diuerſa:ibi adulteria reſpiciebāt
idem matrimonium,& illius iniuriam:& ſic recompenſatio-
ne tolluntur. Sic & contra agentem pluralem ſi opponatur
de pluralitate,replicatur de pluralitate eiuſdem eccleſiæ: qa
idem eſt delictum in genere,& iniuria eius eccleſiæ.Secus for
te ſi beneficia eſſent in diuerſis,vt j̃.de except.cum eccleſiaſti-
cæ.Hæc omnia procedunt,quando primo accumulatur peti-
torium,ſecundo poſſeſſorium. Sed ſi ſimul concurrunt, & v-
nus velit proponere petitorium,alter poſſeſſorium: Vinc.hic
tenuit,ꝙ forte dirimatur,ff.de iudi.cum ambo. niſi allegetur
recens ſpoliatio,vel rixa, de qua etiam tēpore feriato agi po-
teſt.Vel niſi dicatur actio peritura: quo caſu ſufficit libellum
porrigere,ſecuta per executorem cōuentione. Et hoc recitat
Specu.de peti.& poſſ.§.1.verſi.ſed pone.Puto ꝙ admittatur li
bellus ſuper poſſeſſorio,repulſo petitorio : quia ſi poſſeſſoriū
excludit petitorium inchoatum,fortius inchoandum, de iu-
reiur.quemadmodum.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. l.pa-
tre.vbi tamen actio eſſet tempore peritura ī petitorio, adhuc
non credo admittendum, quia poteſt reſtituendo euitare ex-
ceptionem,niſi contendat ipſum non ſpoliatum:quo caſu e-
quum eſſet admitti vſque ad libelli porrectionem, ff.de fer. l.
17 j.& 2.& in d.§.ſed pone.habes materiam huius glo. ¶†Quæ-
rit glo. an petenti reſtitutionem poſſet opponi recompenſa-
tio. Dic ꝙ non, quia ſic indirectè admitteretur reconuentio,
de except.cum inter.in fi. & in momentanea poſſeſſione ceſ-
ſat reconuentio,C.qui legi.perſo. l.vlti. Sed certe admittetur
exceptio recompenſationis ita priuilegiata, ſicut poſſeſſoriū
intentatum, vt hic:propria compenſatio non, niſi forte ſpo-
liationes eſſent hic : & vide de recompenſabili, vt pecunia.
18 ¶†Vltimo an actio iudicati ſuper poſſeſſorio habeat priuile-
gium poſſeſſorij?remittit Io And.in Spe.de recōuen. §.2. uer.
quid ſi conuenior. vbi concludit ꝙ ſic, quia non extinguitur
prima actio,nec eius effectus,aut priuilegium per ſentētiam,
vt l.j.C.de iudic. & l.aliam. ff.de noua. & de hoc eſt caſus ſ̃.de
19 iudi.c.fi.¶†Dubitat hic Cal.an conſuetudine poſſit induci,ꝙ
intentato poſſeſſorio non ſileat petitorium ab aduerſa parte
accumulatum.Et breuiter dicit,ꝙ ſic:quia ſi pars non oppo-
nat,tacitè renunciare poteſt huic priuilegio, vt dixi ſ̃. ergo &
conſuetudine poteſt induci : quia quæ pacto poſſunt induci,
poſſunt in conſuetudinem transfundi,vt no.in rub.de decre.
decu.lib.10.& no.de conſue.c.2.lib.6.& no.C.quæ ſit lon.cō-
ſuet.l.2.Et hæc ſufficiant,&c. Anto. de Butr.

## ¶De plus petitionibus. Rubr.

¶Quia plerunque in iudicijs plus petitur, quàm debeatur, ideo &c.Goffr.Item inter incidētes quæſtiones proponit reus quandoque ꝙ actor plus petit,ideo &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Petens plus, quàm ſibi debeatur, qua pęna punitur.*
2 *Soluere promittens in certo loco, poteſt alibi aliquando conueniri, quàm vbi ſolutio eſt deſtinata.*
3 *Debitum quibus caſibus poteſt peti ante tempus, vt non duplicentur induciæ contra petentem.*
4 *Soluere promittens in certo loco, poteſt conueniri in loco domicilij.*
5 *Iudicium an procedat, vbi plus petitur, an vero repellatur.*
6 *Petens debitum ante diem ſolutionis, quam incurrat pœnam.*
7 *Debitori induciæ duplicantur ratione petitionis debiti ante tempus ſolutionis.*
8 *Inducia tota an duplicetur, ſi petatur intra tempus induciæ.*
9 *Petendo præciſe rem, an indiſtinctè quamcunque petat, quando eſt in genere debita.*
10 *Negari an poſſit totum propter partem falſam annexam.*
11 *Petens debitum ante tempus, an deſiſtendo à lite euitet pęnam.*
12 *Petens plus debito, & cautiones dolo exigens pro pluri, priuatur toto debito.*
13 *Debitum petens, vel plus ipſo debito, qualiter puniatur.*

14 *Petens non plus debito, qui tamen exigit cautionem per dolum, non priuatur debito.*
15 *Petens plus debito, & cautionem pro pluri exigens, non ex dolo, ſed temeritate, punitur tantum in expenſis.*
16 *Petens plus debito qualiter puniatur.*
17 *Si petatur plus in vno iudicio, agi non poteſt in alio condictione cap. 1. de plus pet.*
18 *Compenſatio quomodo poſſit fieri, vbi plus petit actor, & reus plus negat.*

## CAP. I.

1 COnſilium. ¶† Ponit quatuor modos
plus petendi, & ſuas ponit
pœnas. Secunda ibi, te quoque. ¶ No. quatuor
modos plus petendi, & pœnas in tex. expreſſas.
2 ¶† No. 2. ꝙ alibi, q̃ vbi deſtinata eſt ſolutio, ali-
quando poteſt res peti: ſed tunc damnat̃ ad ĩ-
tereſſe, inquantũ plus intererat ſoluere, ibi, q̃ alibi. de quo de
offic. deleg. P. & G. cætera clara ſunt. ¶† Opp. ꝙ conſiliũ ſit ꝓ-
3 uidentiæ ante tẽpus petere, C. de iure do. l. vbi. dicit regulari-
ter non eſt ſanum conſiliũ ante tempus petere. Fallit, qñ peti
tur ante pp inopiam debitoris, vt d. l. vbi. Fallit ſecundo in de-
bitore fugiente, l. an prætor. §. ſi debitorẽ. de his, quæ in frau.
cred. Item vbi agitur vt interponatur cautio à ſuſpecto, ff. qui
ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. de iudi. in omnibus. de pign. l.
grege. §. pen. & in alijs caſibus, qui ex diuerſis iuribus colligi
4 poſſint, ſm Hoſt. ¶† Opp. ꝙ alibi conueniri non poſſit, niſi v-
bi conuenit ſoluere, ff. de act. & obli. l. ꝯxiſſe. Sol. imò pôt con
5 ueniri in loco domicilij, de fo. compet. dilecti. ¶† Quæro, an
procedat iudiciũ, vbi plus petit, an repellatur? dicit Io. And. ꝙ
ſolo vno caſu, ſ. procedat, quãdo plus petitur loco, aliàs non,
ſm Goffr. aliàs poſſet facere ꝙ nunq̃ ſolueret. Quod intellige
poſt lapſum terminũ. Vide in Spe. de fru. & intereſ. §. pe. verſi.
vt hic articulus. ibi ponit materiã, de eo quod cer. loc. de quo
6 ſ. de offic. deleg. P. & G. ¶† Quæro, quia litera dicit, ꝙ duplicã
tur induciæ ꝯ petentẽ ante diẽ, & non cogit̃ litẽ excipere: an
ſuſpendat̃ iudiciũ in totũ, vt non ſequat̃ condemnatio, an ſo-
lum quo ad actũ executionis. Quidam dñt, ꝙ litem ẽt cęptã,
& quod plus, ẽt ſi ſit ꝯteſtata, ipſam nõ tenet̃ ꝓſequi ꝯuẽtus:
& ſic differt̃ vſq; ad aduentũ duplicatarũ induciarũ. Imò plus
dicunt, ꝙ ſtatim cũ cõſtat debitũ ante tp̃s petitũ, abſoluet iu-
dex debitorẽ ab inſtãtia iudicij, arg. ff. de peti. hær. l. qđ ſi ĩ diẽ.
Inno. cõcludit, & Hoſt. ꝙ qñque opponit̃ exceptio declinato-
ria non ſolũ differens ſolutionẽ, ſed quæ ꝯcludit ad inſtantiã,
vt qa opponit̃ pactũ factũ de non conueniendo ante talẽ diẽ,
& opponit̃ ante lit. ꝯteſt. vt dẽt, & pôt: talis ĩpedit iudicij exer-
citiũ, & conſequenter ẽt differt̃ vſq; ad actũ executionis, nec
ſequitur condẽnatoria. Quandoq; opponit̃ dilatoria ſolutio
nis ante lit. conteſt. partiũ volũtate: quia alr̃ non pôt ante, vt
C. de ꝓba. exceptionẽ. & idẽ Inſti. de actio. §. tẽporales. & §. ho
die. Idẽ puto, ſi à primordio obligationis fuit appoſita dies:
quia tunc agens vr̃ exceptionẽ deduxiſſe. Vnde hoc patefacto
iudici ante lit. conteſt. ꝓcederet qđ eſt dictũ. Ad hoc qđ no. de
excep. paſtoralis. poſt Inn. & qđ not. in l. eum, qui ita. §. 1. ff. de
verb. obli. per Bar. & in l. lecta. ff. ſi cert. pet. Quãdoq; opponit̃
dilatoria ſolutionis poſt lit. conteſt. & ſunt opi. Dicunt quidã,
ꝙ ex quo cõſtat de debito in diẽ, cõdemnare dẽt iudex debi-
torẽ: ꝑdictis tñ pœnis creditori & petitori pro ſua temeritate
impoſitis, ff. de iudi. l. de qua re. ff. ad l. Aquil. l. in leg. Aql. ff. de
fur. l. quidã. Nõ ob. ff. de peti. hær. l. qđ ſi in diẽ. quia nõ agebat
ibi ad debitũ ſoluendũ, ſed ad cautionẽ pręſtandã, in qua be-
ne fit cõdemnatio, ff. de iudi. l. in oĩbus. Vel illud iõ eſt, qa pe-
titio hr̃ditatis nõ cõpetit ꝯ debitorẽ in diem, cũ nec pro hęre
de, nec pro poſſeſſore poſſideat. Sed actio ex mutuo, & ſimi-
les, bene cõpetunt ꝯ debitorẽ in diẽ, licet creditor, q añ diẽ a-
7 git, malè agat, ff. qñ di. le. ce. l. j. ad fi. ſm Inn. & Hoſt. ¶† Quæ-
ro, an inquantũ litera dicit inducias duplicari, hoc ꝓcedat, ſi-
ue induciæ ſint hominis, ſiue iuris. Dicunt quidã ꝙ ſic, ꝑ text.
Inſti. de except. §. ſed hodie. Exemplũ in tpe dato pecuniæ cõ-
ſtitutæ, vel dotis, vel cõdẽnationis, C. de rei vxo. act. l. vna. §. cũ
aũt. ff. de cõſti. pec. l. promiſſor Stichi. §. ſi ſine die. ff. de re iudi.
8 l. 4. §. condẽnatũ. cũ ſimi. ¶† Quæro, an inducia tota duplice-
tur, ſi petat̃ intra tp̃s induciæ, an ſolũ id, qđ ſuper his eſt de in-
ducijs, puta ſi ad annũ reſtãt duo mẽſes, qui ſuperſunt. Dic ꝙ
duplicabit̃ totus annus, nõn ſolũ id, qđ ſupereſt: quicquid te-
9 nuit Franc. ſm Io. And. ¶† Quæro, an indiſtinctè petẽdo ꝑciſe
rẽ quãcunq; petat, qñ eſt in gñe debita, cadat in hanc pœnã.
Dicunt Doct. ꝙ ſic, etiam ſi ſit mediocris: qa liberat̃ ſoluẽdo
minimũ, ff. de leg. in l. minimus. In mutuo aũt æquè bonũ ve-
nit, & ſi nihil caueat̃, ff. ſi cer. pet. l. cũ quid. Si vero gñi aliqua
qualitas ineſt, vt qa ꝓmiſiſti hoĩem artificẽ, plus peto petẽdo
optimũ, ſed nõ petẽdo mediocrem, cũ talis debeat̃, ff. de ędil.
10 edic. l. ſciendũ. ſm Per. & Abb. ¶† Quęro de qõne vulgari ad-
uocatorũ, an ſi fiat poſitio, vel porrigat̃ libellus, ĩ quo plus pe-
titur, vel aliquid falſum annectit̃, an totũ poſſit negari pp par
tẽ annexã falſam, vel nõ debitã. Spec. in tit. de poſiti. §. 7. verſi.
11. dicit ꝙ ſi poſitio ponit̃ vniuerſaliter, ſi in parte eſt falſa, p̃t
tota negari, vel vr̃ negari vt eſt poſita, nec dr̃ in qualibet par-
ticulari negata, ſed ſolũ copulã & aſſociationẽ: vt ſi ponis me
eſſe aſinũ & hoĩem, poſſum me negare eſſe aſinũ & hoĩem, 19.
diſt. ſi ad ſacras. l. is, qui ducenta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. de hære
ticis. fraternitatis. Idẽ dicit, ſi poſitio fiat qualificatè, vt ſi dicis
ꝙ hodie comedi in eccleſia: ſi dicat, pono ꝙ percuſſiſti talem
clericũ lethaliter in capite: ſi percuſſerim non in capite, & le-
thaliter, vel non lethaliter, & in capite, poſſum negare me ꝑ-
cuſiſſe in capite & lethaliter: ideo dẽt diſtingui, & diſtinctè po
nere. Cautũ eſt tñ, ꝙ neget̃ vt ponit̃: ſed dicit ꝙ hodie poſitio-
nes debẽt per iudicẽ diſtingui, & diſtinctim ad quodlibet rñ-
deri, vt in c. ad hæc. de teſti. & hodie, c. pñtium. de teſti. li. 6. Di-
cit tñ ibi, & notabiliter, ꝙ ſi aliqd in poſitione ponat̃ principa
liter, & aliud demonſtratiuè, ꝙ rñſio ẽt affirmando in dubio
dẽt referri ad principalr̃ poſitũ. Ideo dicit, ꝙ ſi volo probare
ꝙ mutuaui x. T. defuncto, pono ſic, Dico ꝙ x. mutuaui T. cu-
ius tu es hæres: ſi illud ſimplr̃ confitearis, videris ſolũ de mu-
tuo cõfiteri, non aũt ꝙ ſis hæres defuncti: qa illud vr̃ dictum
demonſtratiuè, non aũt ponendo, vel affirmãdo, ff. de cõdi. &
demon. l. cũ tale. §. falſa. cũ ſimi. Io. And. iſtis aſſentit, dũmodo
poſitio non reddat̃ implicita: quo caſu cogẽda eſt pars ad illã
ſigillatim exponendã. & ibi declarat, qñ dicat̃ implicita. Ipſe
aũt in tit. de lit. cõteſt. §. 1. in prin. ſuper forma libelli dicit to-
tam poſitionẽ, & libellũ aliqua annexione falſitatis poſſe ĩ to-
tum negari. Idem recitat Bar. aduocatos tenere in l. j. §. ſi ſtipu
lanti. ff. de verb. obli. qđ ipſe reprobat, quia in iudicio interro
gatorio intelligit̃ de qualibet eius parte: & ſic in rñſione illa
intelligit̃ de toto, & qualibet eius parte, ff. de except. rei iudi. l.
ſi quis cũ totũ. cũ glo. de verb. ſig. l. ſi pupillus. §. fi. alle. ff. de le-
ga. 2. qui ſolidũ. in prin. vbi dicit expreſſum ibi, petẽs ſolidũ in
parte, quæ debet̃, aduerſariũ cõſtituit in mora: nõ pôt ergo ra
tione partis negari totũ: q̃ dicit vera, qñ poſitio cõtinet aliqđ
falſum in quãtitate ſummariè, vel parte rei. Secus ſi ponat ali
quid falſum in qualitate rei: vt dico ꝙ promiſiſti pure: ſi fue-
rit ad diẽ, vel ſub cõditione, tota pôt negari, qa alia res eſt, ſm
Bar. quo caſu ꝓcedit dictũ Spe. Dicit tñ Bart. in d. l. q ſolidũ. ꝙ
ſi petis ſolidũ, cũ ſola pars debeat̃, iuſtã habeo cãm litigãdi ſu-
11 per toto, vt excuſet à condẽnatione expenſarũ. ¶† Quæro cũ
glo. an deſiſtendo à lite euitet pœnã. Gl. ꝙ ſic, alle. l. j. C. e. Secũ
do vſq; ad qđ tp̃s poſſit deſiſtere. Gl. arguit vſq; ad lit. ꝯteſt. C.
eo. ti. l. vna. iuncta l. amplius. rem rat. hab. In ꝯrium arguit, ꝙ
vſq; ad ſniam, vt l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſta.
cũ ſimi. Gl. eligit, ꝙ vſq; ad lit. cõteſt. poſſit deſiſtere, ut euitet
pœnã. Dic ꝙ deſiſtere pôt ante lit. conteſt. & ante factas expen
ſas. Si eñ ante lit. conteſt. aliquas reus pp hoc feciſſet expẽſas,
eſſet iniquũ, & iniuſtũ nõ teneri illũ, q fecit fieri expenſas. Vn
de dicit Hoſt. ꝙ licèt ante lit. ꝯteſt. deſiſtere poſſet, tenet̃ tñ ad
ĩtereſſe aduerſario: ſed qđ ſit, ñ ob. iura alle. ꝙ vſq; ad ſniam:
qa alio caſu loquunt̃, vt colligit̃ ex no. ſ. de fo. cõpet. ſi diligẽti.
12 ¶† Opp. ꝙ careat toto debito, vt l. j. C. e. Sol. Contrariũ loquit̃
in exigẽte cautionẽ per dolũ de pluri, & plus petẽte: hic ĩ petẽ
te tm̃ plus, & cautione nõ exigẽte: vnde ille vt plus peccãs pu
nit̃ in toto debito, exceptis duobus caſibus ibi poſitis. Primus,
qñ ante lit. conteſt. cõfitet̃ veritatẽ. Secũdus, qñ ꝑ trãſactionẽ
cautio de pluri eſt emiſſa. Vbi tñ ꝯfitet̃, Doct. dñt hic ꝙ dãnat̃
in expẽſis, licet non perdat debitũ. Alius caſus eſt, qñ reus cõ-
fitet̃ ſe totũ debere, vt ibi in fine: & ſic ſunt tres caſus. Idẽ ſi cõ
fitet̃ poſt lit. conteſt. actor veritatẽ, reo acceptãte cõfeſſionẽ.
Secus ſi uelit ꝓbare ꝑ teſtes, vel inſtr̃a: qa ex hoc non euitat a-
ctor pœnã, qa ꝯfiteat poſt lit. cõteſt. & in hoc eſt dr̃ia an confi-
teat̃ añ lit. cõteſt. an poſtea: & ſic ꝓcedũt illa iura, ſm Cy. Bar.
ibi tenet, ꝙ ẽt ſi poſt lit. ꝯteſt. ꝯfiteat̃, euitat pœnã, qa exigit lr̃a
ad pœnã, ꝙ ꝯuincat̃: ille aũt, q ꝯfitet̃, nõ cõuincit̃, ſed ſe ipſum
ꝯuincit, ſm Bar. Dixi in cautione exigi dolũ, qa non ſufficit ꝙ
reus obtineat debitũ fuiſſe minus, vt ibi not. Cy. licet glo. ſen-
tiat ꝯ: quia ꝑ hoc nõ apparet eũ doloſe in plus cautionẽ exe-
giſſe, & petijſſe. alle. Inſti. de actio. §. tripli. & §. p̃terea. in Auth.
de defen. ciui. §. iudicare, & l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba.
13 ¶† Opp. ꝙ puniat̃ in tota cã plus petens, Inſtit. de act. §. ſi qs a-
gens. Sol. Dicit gl. ꝙ olim puniebat̃ ĩ tota cauſa, hodie autem
punit̃ in expẽſis, & induciæ duplicant̃, vt hic, & Inſti. de actio.
§. ſed hodie. Et ſi re, cauſa, vel loco plus ſit petitũ, & reus patia
tur aliquod damnũ, in triplum punitur, Inſti. de actio. §. tripli.
ſm gl. & vltra hoc in expẽſis damnat̃, vt hic. Cõclude ſm Bar.
qñque qs per dolũ exigit cautionẽ in pluri, & plus ꝑ dolũ pe-
tit, & punitur in triplo expenſarum, & perdit debitum, vt in
14 §. tripli. hodie, puniuntur in triplum. ¶† Quandoque quis in
plus exigit cautionem per dolũ, non tamen plus petit: & non
punitur in debito, ſed punitur crimine ſtellionatus, ſi dolus
ille in aliam ſpeciem delicti non cadit, ut l. prima, & 2. ff. de
cri. ſtel.

15 eri.ſtel. ¶†Quandoque quis non exhibet cautionẽ pluris per
dolum, nec per dolum plus petit, ſed ex temeritate: & tũc pu-
16 nitur in expenſis tm̃, ff. de iudic. l. eum, quem. ¶†Inquantũ di
xi puniri in triplo plus petentem, per §. tripli. non placet hoc
Doct. per hanc decre. de iure canonico: qa tales pœnæ nõ ha
bent locum in foro canonico, de dolo. c. 1. quia ſi hoc intelle-
xiſſet, expreſsiſſet, de deci. ad audientiam. Item illa eſt pœna
ſportularũ, illæ non præſtantur in foro canonico, de vit. & ho
ne. cler. cum ab omni. Non eſt ergo, ꝙ poſsit triplicari, de con
ſti. cum acceſsiſſent. l. Lucius. §. impuberem. de leg. 2. ſm Inn.
& Hoſt. & Pet. & Abb. Per quæ patet, ꝙ vbi ex conſuetudine ĩ
foro ciuili non præſtantur ſportulæ, non habet locum illa pę
na. Inquantũ dixi pœnam imponi: hoc intellige, niſi petat̃ re-
ſtitutio ratione minoris ætatis, vel fauore eccleſiæ. Hoc intel-
lige, qñ non eſt in dolo, vt l. auxilium. ff. de minori. vel qñ non
deliquit eccleſia, i. conuentus, vt no. de ord. cog. c. 2. Item hoc
eſt verum, niſi reſtituatur ex clauſula generali, vt quia plus pe
tijt lapſus errore probabili: vt ſi petebat totum teſtm̃ ex lega-
to, cuius pars erat adempta in codicillis, de qbus actor igno-
rabat, ſm Io. And. Glo. vlti. declarat per exempla, qñ dicat̃ qs
plus petere, altero ex quatuor modis hic poſitis. Inquantũ di-
cit quem plus petere, ſi præciſe petat rem alternatiuè cum a-
lia debitam. Intellige hoc verum, etiã ſi petat quod eſt vilius,
vt dicit hic Fran. & patet Inſti. de act. §. præterea. ſm Io. And.
17 ¶†Quæro, plus petitum eſt in vno iudicio, ius agere in alio
condictione, ex hac decre. potes ne? Spe. ꝙ non: quia continen
tia cauſæ diuidi non poteſt, C. de iudi. l. nulli. Collectarius di-
cit ꝙ ſi feratur ſñia in primo iudicio, agetur in ſecundo. Sed
dicit Io. de Lig. ꝙ ſi ponderetur lata ſñia in primo iudicio, nõ
eſt opus nouo iudicio, ſed agi poteſt ad executionem quocũ-
que iudice ſuper hoc poteſtatem habente, nec agetur condi-
ctione huius capituli. Puto, ꝙ ſi ſuper expenſis finita lite non
poſsit agi, nec ea pendẽte coram eo, per l. terminato. C. de fru
cti. & lit. expen. Si agitur ad intereſſe, idem: quia illud venit iu-
dicis officio. De publicatione induciarum procederet dictum
Io. de Lig. Inquantum autem peteretur, vt caderet à debito,
vt quia exegiſſet cautionem in plus, & petijſſet. dicit ꝙ agi po
teſt officio iudicis, & etiam condictione ex l. j. & vtraque pra-
ctica eſt bona, vt l. fin. ff. de rei vendi. Et h. d. Bart. in d. l. j. alleg.
ſimile in auth. item ſi poſſeſſor. qui pot. in pig. hab. Pendente
tamen lite ſuper vno principaliter petito, nõ credo ꝙ in alio
18 iudicio agi poſsit, qa vna ad alterã eſt præiudicialis. ¶†Quid
ſi actor plus petit, reus plus negat? Quidam ꝙ fiet compenſa-
tio hinc & inde, de adul. c. pen. & vlti. Io. de Lign. dicit, ꝙ reus
nullam incurrit pœnam, quia poteſt ſimpliciter negare nar-
ratũ, & petitum: quia licet re vera minus debitum includa-
tur ſub maiori ſumma, & licet ſimpliciter negare, vt not. de
lit. conteſt. c. 1. & quia conſtitutio hæc pœnalis: ergo non ex-
tendenda. Hoc pendet ab eo, quod dixi s̃. Tamen puto, quòd
prout agitur de pœna expenſarum, compenſetur: quia vter-
que litigauit temerè, & fiet ad ratam compenſatio, per no. de
dolo. finem. quo ad alias pœnas procedit dictum Ioan. de Li-
gua. & hæc ſufficiant.

## De cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. Rub.

¶Poſt tractatum de ordi. cogni. quia dubitari poſſet quis or-
do ſeruari debeat, cum quæſtio poſſeſſionis, & proprietatis
ab eodem, vel diuerſis proponuntur, ideo &c. ſecundum Goſ-
fred. repetitur in clem. Anto.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſsionis & proprietatis quæſtio reſpectu rei habent connexitatem.*
2 *Poſſeſſoria quæſtio appellatur momentanea.*
3 *Sententia ferri non debet contra partem inauditam. nu. 8.*
4 *Proprietatis & poſſeſsionis quæſtio coram diuerſis iudicibus tractatur.*
5 *An iurium incorporalium ſit dare quaſi poſſeſsionem.*
6 *Poſſeſsio quare dicatur quandoque momentanea.*
7 *Poſſeſsio nil habet commune cum proprietate reſpectu identitatis ſubiecti.*

CAP. I.

S Vſceptis. Pro caſu petebat hic actor, ꝙ
abſens condemnetur in vtro
que iudicio, aut propter cauſam proprietatis
vni committeret alteri cauſam poſſeſſionis:
quia hic denegat vtrũque. vel ſm Abbatem,
Primo petijt primum, & repulſus. Secũdo pe-
1 tijt ſm, & iterato fuit repulſus. Secunda ibi, Neq; nos. ¶†No.
1. quæſtionem proprietatis & poſſeſſionis, licèt quo ad ſe ſint
ſeparatæ, quia tamen concurrunt ad ſubiectum idem, reſpe-
ctu rei dicuntur habere connexitatem, & etiam quia ex vna
aperitur via ad alterius deciſionem, debent coram eodem iu-
dice tractari: & ſic cauſarum connexitas requirit cognitionẽ
eiuſdem iudicis, adeo ꝙ opponi poteſt, ne diuerſis iudicibus
2 committantur. ¶†Secundo nota, ꝙ quęſtio poſſeſſoria appel
latur quæſtio momentanea, quia apta eſt breuem inducere
3 effectum, ſi quæſtio proprietatis intentet̃. ¶†Nota ſecundo
ſententiam non debere ferri contra partem inauditam, & ſi-
4 ne cauſæ cognitione, vel ordine debito non ſeruato. ¶†Opp.
ꝙ cauſa poſſeſs. & propriet. tractetur coram diuerſis iudicib⁹
de iudi. c. fin. Dic, illud operatur fori diuerſitas, vel incompaſ-
5 ſibilitas. ¶†Quæro, an incorporalium iurium ſit dare quaſi
poſſeſſionem, quæ annectatur immediate iuri vt ſubiecto. In-
no. dicit hic, ꝙ incorporalium non datur nec vera poſſeſsio,
nec quaſi realitate iuris, & ſic non cõcurrente iure. Ideo ſi eſt
canonicus, poſſidet, vel quaſi poſſidet ius canonicale: ſi patro
nus, quaſi poſſidet iuſpatronatus: ſi habet ius epiſcopale, il-
lud quaſi poſſidet. Secus ſi non hẽt, quia ſi non ſunt, nec qua-
ſi poſſidere poſſunt, cum qualitas nõ poſſit eſſe abſque ſubie-
cto: ideo ipſum ius non quaſi poſſidetur. Et ſi dicatur, imò qa
quotidie videmus dari poſſeſſionem vel quaſi iuris eligendi,
& pro illa agi abſque proprietate: & ſic ſingulis reſpondet, ꝙ
ius non poſſidetur, vel quaſi, ſed bene poſſidetur vmbra iuris
ratione exercitij, vel ratione actus, vt talis eſt in poſſeſſione
exercendi iura ep̃alia: vel talis eſt in poſſeſſione vtendi iure e-
ligendi, vel iudicandi, vel vtendi iure talis ſeruitutis, vel hu-
iuſmodi: ideo ſi inuenitur alicubi, ꝙ aliquis ſit in quaſi poſ-
ſeſſione iuris, expone, id eſt, exercendi tale ius, vel ea quæ per-
tinent ad illud ius. Alij dicunt, ꝙ melius dicitur tales eſſe in
poſſeſſione eligendi, vel iudicandi, q̃ dicatur, Talis eſt in poſ-
ſeſſione exercendi hæc iura: nam poteſt quis habere poſſeſ-
ſionem alicuius iuris, q̃uis non habeat illud ius. Et ſi dicitur,
Quomodo ergo erit poſſeſſio iuris ſine ſubiecto iuris? Dic, ꝙ
ſubiectum erit ipſum ius, quod licet nõ ſit penès eum, tñ eſt
penes aliquem: & quia ſi nullus habeat, ſufficit ꝙ ſit in habi-
tu, ſi non in actu, ſm Inno. Et Hoſt. Inno. ĩ. de reſtit. ſpol. in lite
ris. reſtringit primam opi. ad ius perſonale, vt nõ ſit dare qua-
ſi poſſeſſionem ſine iure, in gl. j. in fi. Et ſi vis latiſsimè videre
pro & contra, vide in Spe. de reſti. ſpol. §. nunc dicamus. uerſi.
ſed ſi aliquis. per Cy. in l. ſi certis annis. C. de pact. & in c. quere
lam. de elect. & vide qđ no. de cen. peruenit. & qđ pleniſsimè
dixi in c. fi. de cauſa poſs. Puto, ſi conſideret̃ ſubiectum imme
diatum poſſeſsioni vel quaſi, ipſa nõ eſt penes proprietatem
iuris: quia ſicut poſſeſsio non eſt penes dñm vt qualitas, ſed
penes rem poſſeſsiuam, ſic nec quaſi poſſeſsio penes ius, ſed
penes actum, vel exercitiũ ꝑtextũ iuris. Ideo ſiue habeat ius,
ſiue non, ipſum ius non poſsidetur immediate, ſed actus ra-
tione iuris. Sed attenta cauſa mediata ipſum ius poſsideri dr̃,
vel quaſi, ſiue ſit, ſiue nõ ſit: qa actus ille poſsidetur rõne iuris
exiſtentis, vel qui prætendit: ideo oportet vtentẽ uti vt pro iu-
re, vel acqrat, vel poſsideat, & ſic patienter pati vt pro iure, ar.
l. j. & 2. de ſerui. & qđ no. in l. j. §. hoc interdictũ. ff. de iti. actuq;
pri. & qđ no. de cã poſs. cũ eccl'ia. de offi. ord. cõquerente. p In-
6 no. de poſtu. p̃l. bonæ. 2. & de ele. querelã. ¶†Venio ad gl. Gl. j.
quęrit, quare dr̃ momenti. eſt clara, qa durat p momẽtũ. Goſ.
dicit, ꝙ apta eſt tm̃ p momentũ durare: & ſic eſt momẽti apti
tudine tm̃, & nõ actu, vt lex Aql. dr̃ pęnalis aptitudine, & nõ
ſemp actu: qa nõ ſemp pœnalis eſt, Inſti. ad l. Aql. §. his autẽ.
Hoſt. nã momentũ eſt x. pars puncti. Cõſtat aũt, ꝙ plus quan-
doque eſt duratura. Quandoq; tñ momentũ ſumitur pro ui-
gore vel efficacia, 11. diſt. ↄſuetudine. de offic. delega. c. fi. đ of
fic. ord. c. ordinarij. ĩ fi. li. 6. Per hoc gl. dicit, ꝙ ab illa nõ appel
lat̃, alleg. 2. q. 6. ſint quorũ. uer. de poſſeſsione. dic vt ibi, & đ re
7 ſtit. ſpol. cum ad ſedẽ. vbi plena gl. ¶†Opp. 2. gl. ꝙ nullam ha
beant ↄnexitatẽ cauſa poſſeſs. & propriet. ff. de acq. poſ. l. natu
raliter. §. nihil. & l. ꝑmiſceri. Dic ſm gl. ꝙ licet in ſe cõſideratæ
nihil habeant cõe, reſpectu idẽtitatis ſubiecti pñt dici aliqua
liter ↄiunctæ. Itẽ ratione facilioris deciſionis, qa vnius deciſio
qñque depẽdet ab alia, vt C. de rei vẽd. l. ordinarij. & de ĩterdi.
l. incerti. Et exponit gl. in uno, eodẽq; iudicio, i. corã eodẽ iudi
ce, & ſic expoſuit aduertens ad literã antiquã, & nõ aduertẽs
ad nouã, quæ mutata eſt. Nõ ob. c. fi. vt dixi in tex. Vel illud o-
perat̃ incõpaſsibilitas cauſarũ, vbi eodẽ iudicio accumulari
non pñt, ſed eo finito corã eodẽ iudice tractari oportet, ſi tñ
pars opponat, vt no. in d. l. nulli. C. de iudi. & ex hoc vr̃ effectus
vltra prouiſionem, c. fin. de reſcrip. & c. diſpendia. eo. tit. lib. 6.
& procedit ſiue intentet̃ ab eadẽ parte, ſiue à diuerſa. Cyn. tñ
poſt Pet. in d. l. nulli. tenet, ꝙ finita cauſa põt agi corã diuerſis,
quia nihil impedit ſm eum. Certe ſm hanc opin. modica erit
prouiſio: quia ẽt impeditus diuerſa nõ poſſet eodẽ inſtanti,
vt in d. c. fin. & d. c. diſpendia. Ideo Bar. tenet, ꝙ etiã finito iudi
cio non poſsit corã diuerſis iudicibus tractari, per l. j. ff. de qb.
8 rebus ad eund. iudi. ea. ¶†Opp. ꝙ ꝫ inauditam partem poſsit
quæſtio determinari, vt lit. non conteſta. quoniam. §. ſi ſuper.
& §. in alijs. Sol. Contra inauditam partẽ poteſt intelligi mul-
tipliciter. Vno modo, i. lit. cõteſt. & tunc non procedit ad diffi
nitiuam, ſed bene ad miſsionem in poſſeſsionẽ. Secundo mo-
do ↄtra inauditam partem, i. ſine cauſæ cognitione. Et dic eo-
dem modo, quod ad diffinitiuam, procedi non poteſt, ſed ſic

ad miſſionem, ſalua quæſtione proprietatis. Tertio modo cõtra inauditam, id eſt, non citatam: & tunc ad neutrum procedi poteſt: & quælibet eſt bona. Anto. de Butr.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſorio & petitorio ſimul intentato poteſt iudex prius poſſeſſorium terminare. nume. 4.*
2 *Poſſeſſionis & proprietatis cauſa poteſt ſimul tractari.*
3 *Iudiciorum commixtio admittitur.*
5 *Poſſeſſorium quando faciat ſilere petitorium.*

CAP. II.

1 AD vltimum. ¶ † Si petitorio, & poſſeſſorio ſimul eſt actũ, poteſt iudex prius poſſeſſorium terminare. Communis diuiſio. Secunda ibi, Nos.
2 ¶ † No. 1. ꝙ cauſa poſſeſſionis & proprietatis debẽt, & poſſunt ſimul tractari quo ad cauſæ diſcuſſionem: ſed determinatione prius debet poſſeſſoriũ terminari: & ſic mixtim quo ad cognitionem vſque ad receptionem teſtium tractari poſſunt: quo ad terminationẽ præcedit poſſeſſorium. Ex hoc datur intellectus ad l. incerti. & l. ordinarij. C. de rei vendi. vt inquantum dicunt poſſeſſorium prius diſcuti, hoc ſit in facultate iudicis, an prius incipiat poſſeſſorium, an ſuper vtroque procedat, vt pareat laboribus, & ſumptibus partium. Item illud procedit, vt prius diſcutiatur quo ad terminationem, ſi quo ad proceſſum, & tractatum ſimul
3 procedi poſſit ſuper vtroque. ¶ † Opp. quòd iudiciorum commixtio non admittatur, de iudi. exhibita. Solu. Commixtio ius conſeruans & partibus proficiens admittit, vt hic, non perturbans, vt ibi. ¶ Quæro, quia litera dicit, audiant atteſtationes: de quo auditu loquitur. Dupliciter ĩtelligitur. Primo, quòd teſtes ſimul recipiantur ad iuramentum: & ſecundo ſimul examinentur, poſtea publicatio prius fiat in poſſeſſorio, & ſententietur. Secundo, quòd ad iuramentum recipiantur ſimul, & examinentur prius ſuper poſſeſſorio, & ſententietur: & ſic audiantur, id eſt publicentur ſecundum primam: ſecundum ſecundam audiantur, id eſt, examinentur: & hæc
4 proportionabilior eſt literæ. ¶ † Oppon. vel decre. intelligitur, quando iudicia accumulantur à diuerſa parte: & non procedit, quia vel non conſentiunt partes, vt ſuper vtroque procedatur, & ſilet petitorium intentatum, vt cap. fina. ſ. titu. ſecũdo. Vel conſentiunt, vt ſuper vtroque procedatur, & procedunt vt duæ mutuæ petitiones: & ſic debet vtraque ſimul terminari, vt ſ. de ordi. cognitio. c. 2. Vel intelligitur hæc, quando iudicia coram eodem iudice accumulantur ab eodem, & de iure ciuili prius procedendum eſt ſuper poſſeſſorio, C. de rei vendi. ordinarij. & l. incerti. C. de interdic. & ſic non proceditur ſimul de iure canonico, vbi poſſunt ſimul accumulari, & vna ſententia vtrunque eſt determinandum, j. c. cum dilectus. Poteſt intelligi decre. Primo, quando iudicia accumulantur ab eodem, vt ſit ſenſus literæ, quòd ſi pars intentans vult quòd procedatur ſuper vtroque, iudex poteſt ꝓcedere ſuper vtroque: & ſi pars velit, quòd prius audiantur, & examinentur teſtes ſuper poſſeſſorio, ſecũdo ſuper petitorio, hoc poſſunt, & quod prius terminetur poſſeſſorium. Non obſtat, quòd de iure ciuili incompaſſibilia ſint iudicia: quia ſuper hoc ſunt opin. Tenenda eſt opin. Mar. quòd compaſſibilia ſint: de quo dicetur j. c. paſtoralis. Vnde procedit hic intellectus, vbi iudicia compaſſibilia ſunt: quod declarabitur in c. paſtoralis. ¶ Ad contraria, inquantum opponitur de iure ciuili, reſpondetur, ꝙ eſt in facultate iudicis, ſi pars agens velit ꝙ procedatur ſuper vtroque, ex quo ſunt compaſſibilia. Et ſic inquantum illæ leges dant ordinem poſſeſſorij ad petitoriũ, hoc intelligetur eſſe in iudicis facultate, an velit procedere ſuper poſſeſſorio primo, an ſuper vtroque ſimul. Dicit tamen ꝙ prius terminetur poſſeſſorium audiendo atteſtationes, inquãtum obuiat ius canonicum. Glo. reſpon. dupliciter. Primo, ꝙ debent vna ſnĩa terminari: tamen prius determinabitur poſſeſſorium, vt in c. cum dilectus. j. eo. tit. Quomodo autẽ prius debeat determinari, & qualiter ſimul tractari, declarat hæc decre. quia vſque ad receptionem teſtium proceditur ſuper vtroque: poſtea ſuper poſſeſſorio tãtum, & illud prius terminabitur. Hæc reſponſio non eſt bona, quia in terminis c. cum dilectus. fit terminatio in vna & eadem ſententia, hic neceſſario fieret in diuerſis. Secundo reſpondetur, ꝙ prius terminabitur poſſeſſorium in vna & eadem ſententia, qñ de vtroque ſimul eſt actum, de vtroque ſimul liquere poteſt: aliàs vbi nõ poteſt ſic cito liquere de petitorio, iudex procederet ſm practicam decre. arg. de teſti. ſignificauerunt. Hic intellectus verus eſt in ſe, ſed non proportionatur literæ: quia hic erat probatio prompta in vtroque. Quod patet, quia dicit teſtes poſſe recipi ſimul ſuper vtroque. Tertio reſpon. & hæc vera eſt, ꝙ eſt in facultate iudicis procedere ſimul ſuper vtroque vſq; ad ſententiam, & eadem ſententia terminare poſſeſſorium, & petitorium, dummodo ordine præcedat poſſeſſorium, j. c. cum dilectus. Si tamen velit, poteſt eligere hanc viam, dando iſtam prorogatiuam poſſeſſorio, vt procedat ſuper vtroq; vſque ad receptionem teſtium: poſtea procedat ad examinationem, & ſententiam ſuper poſſeſſorio tantum. Hoc permittũt leges, nec canones vetant. Sic poteſt ĩtelligi quod no. Io. 2. q. j. in ſum. ꝙ prius poſſeſſorium tractetur, & determinetur: non eſt ordo ſubſtantificus, & valet ſententia, licet hic ordo nõ ſeruetur. De quo in Spec. de peti. & poſ. §. 1. ver. quid ſi primo. Secundo poteſt intelligi, vt loquatur qñ iudicia accumulantur à diuerſis partibus: ſed tunc obuiat, quia iudicia ſunt incompaſſibilia. Reſpondit Inn. ꝙ ſi pendente poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ accumuletur petitorium, & non offerat reus petitorio agẽs ſe paratum probare, repellitur petitoriũ, ſecundum Inno. & procedit contrarium, quia non admittitur agens de proprietate, j. de reſti. ſpol. in literis. & c. fi. Hoſti. hoc fatetur in recuperandæ, ſed non in adipiſcendæ, quia nõ reperitur in hoc priuilegiatum: & verum, inquantum ſm iudicium proprietatis accumulatur per viam agendi. Si autem per viam excipiendi, procederet dictum Inno. quia proprietatis exceptio non obſtaret agenti adipiſcendæ, niſi incontinenti ſe offerat paratum probare, vt no. j. de reſtit. ſpol. c. 1. & c. literas. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. Quandoque agitur adipiſcendæ vel recuperandæ, & agens ſe offert in petitorio incontinẽti velle ꝓbare: & dicit, ꝙ admittitur accumulatio: & ſic poſſet intelligi hic. Hoc non placet Hoſt. niſi vbi ius in petitorio eſſet notorium per ſententiam, vel aliter, j. c. cum dilectus. ff. depoſi. bona fides. Quod no. quia ſicut notoria exceptio proprietatis obſtat agenti poſſeſſorio, etiam recuperandæ, de reſtit. ſpol. ad decimas. lib. 6. de fil. presbyt. conſtitutus. de diuor. ſignificaſti. ita notoria proprietatis intentari poteſt pendente poſſeſſorio: & tunc perdit priuilegium poſſeſſorium. qđ not. & placet: licèt Ioan. de Lign. hoc non placeat, qui dicit ꝙ hoc non capit, cum iura dantia priuilegia poſſeſſorio generaliter loquantur: & quia hic adeſt ratio priuilegij, ſ. odium violenti. Nec obſt. ſi dicatur ꝙ non poſſit eſſe notorium ius proprietatis, ex quo ſibi ius dixit, vt l. ſi quis in tãtam. C. vnde ui. & no. j. titu. 1. literas. in fin. & c. paſtoralis. j. eod. quia illa pœna non imponitur ipſo iure: procedit ergo decre. vbicunque iudicia à diuerſis accumulantur, ita ꝙ ſint compaſſibilia: vel quãdo ex priuilegio poſſeſſorio ſunt incompaſſibilia, & partes non opponunt, ſed contentantur ſuper vtroque procedi: quo caſu iudex vt parcat laboribus, & ſumptibus partium, poteſt ꝓ
5 cedere forma hic tradita. ¶ † Vltimo Innoc. quærit, an in cauſa matrimoniali pendente petitorio, ſi lite ſuper illo conteſtata accumuletur poſſeſſorium, an faciat ſilere petitorium. Dicit quòd ſic, de reſtit. ſpol. ex conqueſtione. j. eo. c. paſtoralis. quia vſque ad concluſionem in cauſa poterit fieri accumulatio ſuſpenſiua. Ad hoc clemen. prima, de cau. poſſeſ. &c. Anton. de Butr.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus agens petitorio, & poſſeſſorio ſimul, quando obtineat in poſſeſſorio, & ſuccumbat in petitorio.*
2 *Capitulares actus, & vniuerſitatis ſunt expediendi per congregatos in vnum.*
3 *Electio requiritur quòd fiat gratia Spiritusſancti inuocata.*
4 *Vnanimiter id dicitur factum, quod fit ab omnibus nemine diſcrepante.*
5 *Electores poſſunt proſequi electionem, quam fecerunt.*
6 *Electio, ſeu capitularis actus, quare fiat per congregatos in vnum.*
7 *Eccleſiæ collegiatæ ſecularium comprehenduntur appellatione eccleſiarum conuentualium.*
8 *Libellus ſuper contemptu quomodo formari debeat.*
9 *Libello dato ſuper confirmatione, quando procedat.*
10 *Petitorium & poſſeſſorium per modum cauſæ tacitè in iudicio, quando ſuper iure eligendi videatur deductum.*
11 *Petitorio & poſſeſſorio accumulato ab vna parte, ab altera parte poteſt petitorium accumulari.*
12 *Confirmari petere, & non confirmari, quomodo differunt inter ſe.*
13 *Ad eligendi iuris quaſi poſſeſſionem requiritur, quòd ter elegerit.*
14 *Libellus ſuper quaſi poſſeſſione quomodo formari debeat. nu. 22.*
15 *Agens de contemptu debet concludere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi.*
16 *Poſſidere hodie præſumitur, eo quòd quis poſſedit. nume. 21.*
17 *Libellus quandoque appellatur articulus, quandoque intentio, & quandoque aſſertio.*
18 *Affirmatiuam eſt dare prægnantem, quæ habet in ſe incluſam negationem.*
19 *Dictio, ſolum, vel tantum, negatiuam implicant.*
20 *Petitorium intentari non debet, quandiu procedi poteſt ſuper poſſeſſorium.*
23 *Poſſeſſio, ſeu quaſi ſuper iure eligendi non concluditur, eo quòd quis electioni interfuit.*
24 *Poſſeſſionem, ſeu quaſi intendens, an exigatur quòd ſe credat vti pro iure ſuo.*
25 *Ad electionis actum interueniens vt inuitatus, vtrum in dubio præſumatur interuenire pro iure ſuo.*

*Poſſeſſio,*

*Poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio non concluditur actu familiaritatis iure permiſſo.*

26 *Teſtium fidei detrahitur tribus caſibus.*
27 *Dictio, tantum, reſtrictiua iuncta termino affirmatiuo excludit.*
28 *Negatiua expreſſa ſicut eſt improbabilis, ita negatiua tacita ſurgens ex taxatione termini affirmatiui.*
29 *Negatiua pregnans non eſt probabilis, quando neceſſario non ſequitur ex termino affirmatiuo.*
30 *Ad eligendi poteſtatem concludendam ſufficit quem probare eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi.*
31 *Ad eligendi iuris contemptum concludendum, quid ſufficiat.*
32 *Poſſeſſionem non eſt dare in corporalibus, ſed quaſi.*
33 *In electionis actu ſi concurrant canonici de iure habentes proprietatem iuris eligendi cum clericis habentibus ſolidam poſſeſſionem, cuius electio præualeat.*
34 *Eligendi iuris quaſi poſſeſſio an acquiratur ex vſu iuris prouidendi per viã poſtulationis.*
35 *Teſtium dicta non annullantur varietate in ſolis verbis.*
36 *Teſtes qualiter videantur ſatagere negatiuam probabilem.*
37 *Poſſeſſionis vnico actu quæſitæ qualis ſit effectus.*
38 *Quaſi poſſeſſio quæ ſit, & quare ita dicatur.*
39 *Reſtitutio ex vna manu quomodo ex altera ſententia ſuper proprietate lata attrahit ad ſe poſſeſſionem.*
40 *Libellus quomodo eſt iuris latiſſimi, vt in eo veniant omnia, de quibus etiã non eſt actum. nu. 46.*
41 *Ad præſcriptionem vel conſuetudinem concludendam quid ſufficiat.*
42 *Preſcriptibile eſt ius eligendi ab extrinſecis de capitulo.*
43 *Petitiones mutuæ vbi duæ dãtur ſimul ſuper eodem iure directo contrariæ, quis obtineat.*
44 *Poſſeſſionis fundamento & iuris communis concurrente, quis obtineat.*
45 *Petitorij actio nulla poſſidenti competit pro re corporali.*
47 *Quaſi poſſeſſio quæritur ex trino actu.*
48 *Seruitutis a re rei debitæ ius non quæritur communi tempore.*
49 *Eligendi ius quomodo communi tempore quæritur, licèt cauſam continuam non habeat.*
50 *Poſſeſſio haberi non poteſt ſuper incorporalibus.*
51 *Præſcribi an poſſit ius eligendi in eccleſia, etiam communi tempore.*
52 *Actore non probante quando reus abſoluatur.*

## CAP. III.

1 CVm eccleſia. ¶†Si ſpoliatus petitorio, & poſſeſſorio ſimul agat, ſi poſ
ſeſſionem, & ſpoliationem probet, ſed non dominium, obtinet in poſſeſſorio, ſed ſuccumbit in peti
torio. Sunt duæ partes. In prima facti & proceſſus narratio.
In ſecunda diffinitio, ibi, nos igitur. Prima ſubdiuiditur in qn-
que: quia primo ponit petitionem actoris. Secundo reconuẽ
tionem reorũ. Tertio modũ proceſſus, ibi, partibus. Quarto
allegationem actoris, ibi, pars canonicorum. Quinto allega-
tionem reorũ, ibi, parte clericorum. Secunda ſubdiuiditur in
duas. Prima diffinit poſſeſſorium. Secunda petitorium, ibi, ve
2 rũ. Legã per partes. ¶†No. ex prima actus capitulares & vni-
uerſitatis expediendos per congregatos in vnum: vide de re-
3 ſcri. eã te. de poſtu. p̃la. bonę. de ele. in Geneſi. ¶†No. vnum re-
quiſitum ad electionem, ꝙ fiat Spiritus ſancti gratia inuoca-
ta, ſ. per decantationem hymni, Veni creator Spiritus: vel miſ-
4 ſæ de Spiritu ſancto. de quo dic vt de elec. quia propter. ¶†No
ta id dici vnanimiter factum, quod fit ab omnibus, nemine
5 diſcrepante. vide de poſtul. præl. bonæ. ¶†Nota electores poſ-
ſe proſequi electionẽ, quam fecerunt, quaſi eorum interſit. Et
no. ꝙ petitur a ſede apoſtolica: quod fieri poteſt & eſt neceſ-
ſe, quando eccleſia foret exempta, & tunc ſeruanda forent ip-
6 ſa, c. cupientes. de elec. lib. vj. ¶†Gloſſ. j. quærit, quare fiat ꝑ cõ
gregatos in vnum. Reſpõ. eſt clara: dic j̃. de omni re quam pe-
tierint, fiet eis a patre meo, vt ibi, xx. di. de quibus, in fi. Poteſt
eſſe alia cauſa, vt dixi notando, quia actus capitulares debent
fieri per congregatos in vnum, de elec. in Geneſi. & no. Innoc.
de ɔſti. cum omnes. de reſcrip. eam te. de poſtula. præla. bonę.
7 ¶†Venio ad ver. verum. Nota, ꝙ eccleſię collegiatæ ſecularium
comprehenduntur appellatione eccleſiarum conuentualiũ:
& ſic conuentus nomen congruit etiam eccleſiæ ſeculari: de
quo de reſcrip. capitulum. de tranſac. contingit. de præbẽ. niſi
8 ¶†Not. ij. practicam agendi de contemptu narrare, ꝙ eis con-
temptis, renitentibus, & excluſis, fuit facta electio, &c. ¶Not.
3. ꝙ eo ꝙ habens quaſi poſſeſſionem iuris eligendi excluditur
renitens, priuatur quaſi poſſeſſione iuris eligendi. Ad quod
9 no. de in inte. reſti. c. j. de ele. querelam. ¶†Not. hic apertum,
ꝙ dato libello ſuper confirmatione, procedit libellus, ſi detur
ſuper infirmatione, & ſic ſuper directo ɔ̃rijs admittuntur li-
belli: licet alibi dicat Inno. hanc practicam non tutã: q̃a poſ-
ſent ſeq ɔ̃rię ſñiæ, & vna præiudicaret alteri, vt not. de offi. de-
10 leg. cum contingat. ¶†No. ꝙ per hæc, Peto electionem caſſa-
ri, & infirmari: vr̃ deductũ petitorium, & poſſeſſorium ꝑ mo-
dum cauſæ tacitè in iudicio ſuper iure eligendi, adeo ꝙ ſi par
tes poſtea directe & principaliter ſuper illo iure aſſumant di-
ſputationem, poteſt ſuper his pronũtiari ex vi talis petitionis:
& ſic licet ſuper incidenti non pronuntietur, ſi tñ ſit principa-
11 liter proſecutio, ſuper illa pronuntiat. ¶†Et no. ꝙ accumula-
to petitorio, & poſſeſſorio ab vna parte, ab altera parte poteſt
petitorium accumulari: & non ſilet tunc petitorium propter
12 pendentiam poſſeſſorij primo intentati: de quo vt ibi. ¶†No-
ta, ꝙ aliud eſt petere confirmari, & aliud eſt petere non cõfir-
mari: quia inter non confirmare, & confirmare eſt medium.
13 vide Inno. de offi. deleg. cum contingat. ¶†Opp. ꝙ ſuper libel
lo, quo petijt electionem confirmari, vel infirmari, non videa
tur deductum ius eligendi: & ſic ſuper eo non poſſit nec in
poſſeſſorio, nec in petitorio ſententiari, de ſimo. licet Heli. de
accu. qualiter. ij. ẽt ſi dicatur eſſe deductum per modum cau-
ſæ, quia petunt cõfirmari, vel infirmari, quia ad eos ſpectat eli
gere: quia ſuper deducto per modum cauſæ non pronuntiatũ
dũ: & ſi pronuntiat̃, nõ dẽt præiudicare, ſi poſtmodũ illud de
ducat̃ per viã principalis petitionis, ff. de exce. ſed ſi ante. vbi
ſi peto viam ad fundũ, quia meus, ſi ſuccumbo, poſtea ago q̃a
meus eſt, de fundo non prodeſt, nec nocet ſñĩa: non debuit er-
go perpetuum ſilentium imponi clericis ſuper iure eligendi.
Inno. laborat in duabus gl. ad ſoluendum hoc ɔ̃riũ. Hoſt. pri-
mo ſoluit, ꝙ hic canonici petierũt ſuã electionẽ cõfirmari, &
clerici infirmari. Infirmata aũt electione ſuccubuerunt cano
nici in petitione conuentionis, & clerici obtinuerunt in recõ-
uentione: tũc petierunt canonici, ne volentes iterato eligere
impedirentur a clericis. Clerici petierunt, vt canonicis præci-
peret̃, vt ipſos admitterẽt ad electiones in poſterum faciẽdas,
& vocarent: ꝑ hanc pronuntiationẽ, quę ſit hic, obtinent ca-
nonici in petitione cõuentionis, & ſuccumbunt clerici in re-
conuentione: & ideo tm̃ ſuper libello conuentionis ꝓnuntia
tur, quia in proprietate, q̃ magis eſt ponderãda, canonici fun-
dant intentũ de iure cõi: & vt cõpetentius ꝓnuntiet hoc ius
actore non probante, &c. quaſi actor videat̃, q̃ ɔ̃ ius cõe intẽ-
dit, & vt ſuperflua reſecarent̃, & intricatio, & cõfuſio vitaret̃,
de or. cog. tuã. §. ſi vero. de ꝓba. in p̃ñtia. §. fi. ver. pe. Inn. & Ioã.
And. ſequuntur hunc intellectum, ꝙ expreſſe fuit petitum, vt
adiudicaret̃ ius eligendi, & vt in poſſeſſionẽ reſtitueret̃: & ſm
hoc nulla eſt dubitatio. Vnde dicit Io. An. ꝙ in talibus attẽdẽ-
da eſt ɔcl'o libelli, quia penes ipſam, & non penes narrationẽ
tacitã, vel expreſſam attẽdit libellus. Ad id, quod no. ſ̃. de foro
compe. ex parte B. de dila. lr̃ę. Non placẽt hi intellectus ad tex.
quia ſi ſic clare, & diſtinctio fuiſſet deductum poſſeſſorium
& petitorium, iam non procederet Papa pręſumendo vel alle
gando, vt j̃. facit: q̃a dicit, ꝙ per talẽ libellum vr̃r partes omne
ius in libello deduxiſſe, &c. Ideo alia eſt opi. ꝙ per ſolam hanc
petitionem, peto electionẽ confirmari, vel infirmari: videatur
deductum ius eligendi quo ad petitorium, & poſſeſſorium: &
hoc ꝑꝑ rõnẽ hic deductã, id venire in iudiciũ &c. & q̃a vr̃ de-
ductũ in iudicio oẽ ius, ꝑ qđ prætendi põt electio confirman-
da, vel infirmanda, ſm Inn. hoc nõ tollit ɔ̃, niſi aſr ſaluet. Ter-
tia eſt opi. ꝙ ex illis verbis, cũ conſueuerimus intereſſe. dedu-
ctum eſt petitorium, & poſſeſſorium: nam ibi notat̃ poſſeſſio
ꝑꝑ factũ intereſſendi, & ius ꝑꝑ conſuetudinem. Ex hoc ſequi
tur, ꝙ non poterit tm̃ ſñĩari ſuper eo, qđ eſt petitum, ſ. electio
nẽ confirmari, vel infirmari, imo etiam ſuper cauſis, ſ. q̃a con
ſueuimus intereſſe: & eſt hoc ꝑꝑ regulam, Id venire in iudi-
ciũ, &c. Ex hoc non ſatisfit ɔ̃rio Quarta opi. ꝙ per hæc verba,
Peto electionẽ de tali infirmari, nec petitorium, nec poſſeſſo-
rium vr̃ deductũ: quia nihil iuris in electione petit nec rõne
poſſeſſionis, nec rõne proprietatis, ſed fuit deductum per illa
verba, cum ɔſueuerimus intereſſe: & ex hoc deduxit petito-
rium: & per illa, Et nobis excluſis: deduxit poſſeſſorium, cum
rõne ſui iuris dicat infirmandã, vel ɔfirmandã, ſm Inn. Omni-
bus his obuiat, quia libellus debet attẽdi in ɔcluſione: & hoc
ſeruant aduocati. Niſi ſalues quo ad poſſeſſoriũ, per no. 3. q. 4.
quia præſulatus: vt ſufficiat, ſi dicat ſe ſpoliatũ abſq; ɔ cl'one.
De quo dixi de lib. obl. alias de litis conteſt. c. vnico. Io. vel ſm
Io. And. poteſt dici, ꝙ hic venit petitorium: quia ſic actum eſt
vt veniret, & verba quoquo modo erant ꝓportionabilia. Nã
poſſent ſibi prouidere nominatim hoc agẽdo, vt venirẽt. Dic
ꝙ qñq; petitur electionem cõfirmari, quia ad me pertinet ius
eligendi de conſuetudine: & dic ꝙ vr̃ deductum per modum
cãæ tm̃ petitorium: quia conſuetudo notat ius, Inſti. de iure
natu. §. conſtat. & §. ex non ſcripto. Puto, ꝙ etiam ius poſſeſſio
nis ſit deductum in iudicio, quia aſſuetũ late dr̃, quod eſt poſ-
ſeſſum. Et de hoc eſt caſus ſ̃. de ele. querelam. Quandoque pe
titur electio confirmari, vel infirmari, quia ad me pertinet ius
eligendi: & videtur vtrunque deductum ad iuuandam, vel in
firmandam electionem: quia verbum, pertinere, late patet. ff.
de verbo. ſig. l. illud. §. pertinere. Quandoque petitur electio
confirmari, vel infirmari, quia ad me pertinet de iure: & dic
ꝙ tunc vr̃ deducta proprietas ad confirmandã vel infirman
dam electionem, & non confirmabitur, vel infirmabitur ra-
tione poſſeſſionis. Idem ſi dicat, q̃a apud me eſt ius eligendi:

quia

Hinc eſt, ꝙ ↄfeſſio tituli non prodeſt bñficiato, ut no. Io. And.
de eo, qui mit. in poſ. c. 1. lib. 6. in ver. terminari. in nouella. &
Archi. in c. fin. de confeſs. eod. titu. in verſi. pro confeſſo. Si ta-
men pars confitetur eum habere ius in beneficio, hoc ſuffi-
cit ad concludendam quaſi poſſeſſionem, & coloratam ad a-
gendum etiam poſſeſſorio. Et hoc dicunt Domini in duabus
ultimis allegationibus, & ſic fuiſſe de facto obtentum. Mihi
videtur de iure tenendum, quòd ſi agitur de ſolo fine haben-
di poſſeſſionem corporalem rerum beneficij, tenendo ꝙ ha-
beat naturalem, quod tñ ſupra nō tenui: & ingreſſu acquirit̃

ſine aliquo titulo ipſa poſſeſſio, dūmodo intimet: aliàs interim det, vel negligat cuſtodiā eccl'iæ, uel poſſeſſoriū. Sic intelligo Inno. de poſtu. præla. bonæ. & alle. vt eccle. bñfic. c. 1. in ſi. 12. q. 2. non liceat. Si intendit acqrere quaſi poſſeſſionē reſpectu tituli, & naturaliū rerū, tenendo opi. ꝙ habeat nālem, qđ tñ ſupra nō tenui: & tunc, vt dicit Inn. in d. c. bonæ. in glo. magna, ver. & ēt dicimus, exigit cōſenſus ꝯfirmationis, vel īueſtitionis, vel ſaltē patientia, & ſciētia cuſtodū eccl'iæ: ſed inquātum dicit quaſi poſſeſſionē acqri, hoc dependet à ſequēti mēbro. Si agat vt quærat quaſi poſſeſſionē reſpū tituli, quē hēt, & nō aliā, vt s. ī prin. dixi, nō video ꝙ illā hr̄e poſſit, niſi det patientia illius, à quo pēdet ius trāsferre, vt collatoris, vel īſtitutoris: nā in talib⁹ quaſi poſſeſsionib⁹ cū traditio actualis non cadat, oportet ꝙ habeat ex pati illius, à quo pendet ius trāsferendi, l. 3. §. 1. ff. de vſufr. s. e. cū eccleſia. & c. cū olim. & s. eo. cū ſup. vbi caſus. Vnde nō exigo aliā tituli iuſtificationē, dumtñ patiētia oſtendat ſuperioris, à quo pēdet ptās ius creādi: nec ī canonicatu ſufficere puto patientiā canonicorū, cū ab eis nō depēdeat ius trāſferendi, niſi forte ad capl'm ſpectaret collatio, in quo caſu ꝓcederet dictū Io. And. & Inn. Et hęc uera, qñ agit de acqſitione quaſi poſſeſsionis totalis iuris. Si ageret de acqſitione quaſi poſſeſsionis alicui⁹ partis iuris canonicalis, vt de iure eligēdi, vel vocē dādi, bñ ſufficeret patiētia canonicorū, à quorū ptāte pēdet illud ius trāſferri, s. eo. cū eccl'ia. de elec. cū Vintoñ. & c. Cumana. & de poſtu. p̄la. bonæ. Caut⁹ ergo ſit articulans in mā, vt ſi intēdit ꝯcludere quaſi poſſeſsionē reſpū tituli, vt ꝯcludat patientiā illorū, à qbus pendet titulū trāſferre. Si aliū particulariū iuriū, ꝯcludat patiētiā illorū, ad quos ſpectat illud ius, de his, quæ fi. à maio. par. capit. c. ex ore. Si aūt vltra poſſeſsionis habitū intendit alius effectus, ſi ītendit in finē poſſeſſorij recuperādæ, ſtylus curiæ hēt ꝙ oportet titulū iuſtificari. Et puto ſatis iuſtificari, ſi oñditur patientia illorū, de qbus eſt dictū, nō apparēte al'r ingreſſu, nec defectu tituli: nā eo ꝙ patiunt, eſt p̄ſumptio, qa eorū authoritate fuit ingreſſus, ſaltē quo ad finē iuſtificādi poſſeſsionē ꝓ facultate agēdi poſſeſſorio in odiū violēti. Et ita ſaluo ſtylū curiæ, & opi. Doct. qui titulus ēt iuſtificat quo ad hoc ex cōfeſsione partis aduerſæ. Et dñt Dñi de Rota, ſi ꝯſtat de īgreſſu, & ꝙ nulla interceſsit ſuperioris authoritas, & ꝯſtat de titulo de facto, nō ꝓficit hoc poſſeſſoriū, dato ꝙ detur ſcientia ei⁹, à quo pendet trāſferre: qa cū à iure ſit datus certus modus poſſidēdi, ſ. p̄cedente titulo verè, vel p̄ſumptiuè, dato ꝙ quaſi poſſeſſio d̄tur ex patiētia, illa eſt euidenter iniuſta, & ſic nō parit effectū poſſeſſorij. Sic intelligo Inn. in p̄al. c. bonæ. ad hoc qđ no. Ioā. And. ſup rub. de reſti. ſpol. & Inn. de fil. p̄sbyt. ꝯſtitut⁹. Si notoriè nō ꝯſtat de tituli defectu, patet tñ ingreſſus ꝓpria authoritate, nec al'r ꝯſtat de titulo, & patet de ſcientia illorū, ad quos ſpectat, dico ꝙ licet ſic hēat quaſi poſſeſsionē, hēt eā iniuſtā, qa eſt intruſus. Et hoc dicit Hoſt. in c. in literis. ibi Io. And. ī gl. magna, ad finē, ver. dicas ergo. Vel formal'r ſic dicit, ꝙ ꝑ actū ꝯfirmationis, vbi expectat ꝯfirmatio, acqritur ius adminiſtrādi, de elec. noſti. & c. trāſmiſſam. no. de elec. cū in cunctis. §. cū vero. ex quo hēt ius adminiſtrādi ꝑ ſe ipſum, hēt apprehendere poſſeſsionem oīum pertinentiū ad dignitatē, in qua eſt cōfirmatus: Idem dicit, ſi loco ꝯfirmationis intercedat prouiſio ab hñte ptātem. Allegat de elec. cū nobis olim. de trāſlat. p̄la. poſtulationem. §. fi. de app. ꝯſtitutus. Item in bñficijs, in qbus per collationem ꝓuidet, ſi intercedat coll'o. Idem ſi ad īferiorem ſpectat pręſentatio, ad ſuperiorem inſtitutio, qa illa loco ꝯfirmationis eſt, de cle. pereg. c. fi. de offi. arch. cū ſatis. Talis ergo ſic cōfirmatus inſtitutus poſſeſsionem ꝓpria authoritate apprehendere pōt: al'r aūt intrūſus dr̄, de præb. cum iam dudum. ſm̄ Hoſt. Si vero patet, ꝙ tpe ingreſſus nō habuit authoritatem, qa latenter eſt ingreſſus, nec ꝯſtat de confirmatione manifeſtè, eſt poſſeſſor iniuſtus, qa iure reſiſtente intruſus dr̄, & cū certo tm̄ modo, & ordine quaſi poſſeſsionē hr̄e poſſit, vnde nō hēt poſſeſſoriū: ſic intelligo ſtylum curiæ. Nec ob. c. in literis: qa ibi arguit de corporalibus ad incorporalia: & argumentū procedit, qñ nō cōſtat de titulo, vel legitimo īgreſſu: & talis p̄do eſt reſtituēdus, vt dicit illa litera, qñ nō conſtat cū prædonē, & iniuſtū poſſeſſorem. Ideo caute dicit tex. ꝙ exceptio nō canonicæ īſtitutionis nō obſtat: Nō dicit exceptio nō inſtitutionis. Et ſic loquit, qñ erat inſtitutus, licet nō canonicè: & ſic nō erat manifeſtè iniuſtus poſſeſſor. Idem per oīa puto, ſi intendat quaſi poſſeſsionē ad finē agendi vti poſſidetis pro turbatione. Et hoc dicit, & determinat Ber. in cle. j. de cā poſ. Nec ob. l. cogi. C. de peti. hęr. qa loquit, qñ non p̄ſumitur ꝯ poſſidentem: dicit tñ ꝙ non cogitur docere titulū ad inſtantiā moleſtantis, ſed officio iudicis. Ad hoc de procu. ex inſinuatione. & ſic dicit in curia obtentū. Si aūt intendit finem reſtitutionis irreuocabilis ꝯ officiū ſuperioris, oportet ꝙ doceat de titulo. Tex. eſt optimus de procu. ex inſinuatione. qui tex. melius alio probat, ꝙ in poſſeſſorio non exigitur iuſtificatio poſſeſsionis ex titulo, niſi qñ ītendit irreuocabilem reſtōnē. Quod tēperat verū de plena ꝓbōne tituli: exigit tñ qualiſqualis ꝑ patientiā, vt s. dcm̄ eſt. Idē ſi intendit, vt ſi in poſſeſſione nō ꝯfirmatur, qa oportet ꝙ plenè, de teſti. ex ꝑte Adæ. d̄ accu. ad petitionē. Et de iſtis duob⁹ iuribus, ex qbus appet, an ī ipſis exigat vtentē vti vt ꝓ iure ſuo, ita ꝙ verè ius adſit: & patet ꝙ ſic, ſaltē p̄ſumptus, vel coloratus: & patet ſic, qa requiritur ius ſaltē p̄ſumptū, vel coloratū, &c. In alijs aūt iuribus rl'r quaſi poſſeſſio nullā hēt mixturā cū ꝓprietate; iō nō exigit vtētem vti vt ꝓ iure ſuo, qa verè ius adeſt. Sed an exigat, ꝙ vtat vt pro iure ſuo, qa putet adeſſe: & tūc ſi ſolū ēt intēditur finis hñdæ poſſeſsionis, nō exigitur ꝙ putet vti ut ꝓ iure ſuo, ſed ꝙ ſic utatur quaſi ꝓ iure ſuo, l. 2. §. Pōponius. ff. ſi ſer. vēdi. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. ſed & ſi ī re. & §. hoc īterdicto. s. eo. cū eccl'ia. Et hoc verū, maximè ī tenēte noīe alieno, ff. quēad. ſer. am. l. vſu. & l. 3. §. ult. ff. de iti. actuq; pri. & ſic dēt ītelligi gl. Inn. d̄ poſtul. p̄la. bonæ. ī gl. magna. ver. qđ aūt. s. e. cū eccl'ia. in gl. magna, in prin. ver. ſed hoc vr̄. nā, vt dicit ibi, p̄do quaſi poſſeſsionē hēt, de reſti. ſpol. in literis. Si aūt agitur ad finē hñdæ quaſi poſſeſsionis q̊ ad finē p̄ſcribēdi, an tunc exigatur titulus, vel nō, dicā in tractatu effectus quaſi poſſeſsionis. Quo ad p̄ſcriptionē, de cen. ꝓuenit. Vide Inn. d̄ p̄ſcri. veniēs. & eo. ti. c. 1. li. 6. cū ibi no. ff. de Publi. ſi ego. §. 1. ſi ſer. uen. ſi qs diuturno. Si aūt agitur de effectu quaſi poſſeſsionis, q̊ ad validitatē act⁹ à iure pēdentis, vt in iure eligēdi, de validitate electionis, vel p̄ſentādi, de ualiditate p̄ſentationis, an exigatur ꝙ vtatur vt pro iure ſuo: hoc expediā, ubi tractabo de effectu immediato quaſi poſſeſsiōis, quē ponā j. d̄ de iure patr. ꝯſultationib⁹. an exigatur utentem uti ut ꝓ iure ſuo, qñ agitur d̄ effectu quaſi poſſeſsionis, quo ad poſſeſſoria creāda, expediā in c. literis: Et hęc ſufficiant de principali eius articulo: s. uidere dēs de reqſitis ex p̄ſona acq-
35 rentis quaſi poſſeſsionē. ¶†Nūc uidendū reſtat de reqſitis ex ꝑſona eius, ꝯ quā agitur q̄ri quaſi poſſeſſio. Iura cōiter exigūt patientiā, ff. de uſuc. l. 3. §. 1. de publ. ſi ego. §. 1. l. j. ī fi. ff. ſi ſer. uē. e. tit. l. ſicuti. §. Ariſto, & l. fi. de ſer. l. q̊ties. s. e. cū eccl'ia. & c. cū olim. de ele. querelā. de p̄ſcr. auditis. de poſtu. p̄la. bonæ. & aliqui tex. uñr ꝯ, ff. de ſer. urb. p̄d. l. ſeruitutes, q̊ in ſuperficie. l. ſi ędes. §. fi. e. ti. Pet. in d. l. ſeruitutes. & Cy. in d. l. j. C. de ſer. dñt, ꝙ ſi agitur de trāſlatione poſſeſsionis iam formatæ, nō exigitur patientia hñtis ius, ſed ꝯſenſus ſolius quaſi poſſidentis. Si de creāda, exigatur patiētia hñtis ius: unde ſi hēs ſeruitutē uię in fundo Titij, alienando fundum meū quaſi poſſeſſionē illius ī aliū trāſfero: qa eſt formata, licet dñs fundi, ꝯ quē ſeruitus hr̄, nō patiatur. Sed ſi ago nouiter q̄rere ſeruitutem uię ꝑ fundū Titij, quaſi poſſeſsionē nō acqro, niſi Titius patiat. Sic ītelligit oīa iura, q̄ in hñda quaſi poſſeſſione excludūt clādeſtinitatem, uel precariū, ut d. §. hoc īterdicto. & l. 2. C. d̄ ſer. & aqua.
36 ¶†Ad ueritatē declarandā hui⁹ puncti tria occurrūt ꝯſiderāda circa pati. Primū, an ī ip̄m pati exigat neceſſario. Secūdū, quale pati exigat. Tertiū, cuius patiētia exigat. Ad primū dic, ꝙ in his, in qbus nō dat quaſi poſſeſſio, ſed uſus tm̄, ſufficit ſolus uſus ex ꝑte q̄rere intēdētis abſq; patiētia illi⁹, ꝯ quē, ut no. per Bar. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuq; pri. Et hoc uerū: inquantū ad aliū effectū nō intēdit ultra uſū. Sed ſi intēdit ultra aliqd, ut p̄ſcriptionē, dicā in d. §. ꝓuenit. Si agit de his iuribus, in qbus ultra uſum eſt dare quaſi poſſeſsionē, ſatis puto ſtandū dicto Pet. & Cy. Scđo dixi ꝯſiderandū qualis patiētia exigat. Qñq; em̄ dat patiētia gratioſa, qñq; nō gratioſa, uolūtaria tñ: qñq; patiētia īuolūtaria. De gratioſa, an ſufficiat, diſputat Inn. d̄ poſtu. p̄l. bonæ. 2. ī gl. ī uer. reqſitus. & tenet ꝙ nō acquirit quaſi poſſeſſio ex tali patiētia uſus iuris, niſi ſit actū ab utraq; ꝑte ꝙ poſſideat. Et iō ſi canonici de gr̄a admittunt aliquē ad eligendū, ille nō acqrit quaſi poſſeſsionē, niſi ab utraque ꝑte agat ut hēat: & tunc dicit, ꝙ erit p̄caria poſſeſſio, ff. d̄ acq. poſ. l. ſi añ. ſm̄ Inn. & tūc puto, ꝙ poſſideat noīe alieno, ñ ꝓprio, qa nō poſſidet ut pro iure ſuo, ff. de iti. actuq; pri. l. pe. ff. quemad. ſer. ami. l. fi. & qđ ibi no. Hęc oīa uera puto, ubi ad actū admittit, ad cuius ualitudinē exigit quaſi poſſeſſio: ut ſi admitteret ut intereſſet electioni, nō ut coeligat: ſed ſi exigeret quaſi poſſeſſio, ut qa uolūt ut det uocē, ul' aliū actū faciat de ſubſtātia electionis, q̊ caſu tūc exigit ꝙ quaſi poſſideat: tūc dico, ꝙ talis ſit admiſſio ad electionē, ꝙ tūc pro tunc acqritur quaſi poſſeſſio: ſed illa durat ut p̄cario q̄diu durat gr̄a, l. j. ff. d̄ p̄cario. de ꝓcu. c. 1. & qđ ibi no. ad hoc l. j. §. qđ ſi tibi fundū. ff. de iti. actuq; pri. Et in dubio p̄caria intelligitur, & p̄ſumitur, ſm̄ Inno. in p̄alleg. gl. qñ eſt ꝯ ius, ut eſt hr̄e uocem in capitulo ab extrinſeco de capitulo, de cauſa poſ. & proprie. cum eccleſia. Vnde oportet dicentem non precariam probare, ꝙ nō precario nomine poſſideat, ff. ſi ſer. uen. l. ſi quis. licèt ſecus ſit in poſſeſsione rerum corporalium: quia precaria non præſumitur, niſi appareat, ſecundum Innoc. Certe idem eſt in qualibet quaſi poſſeſsione incorporalium, ut in dubio precaria præſumatur, ut l. j. §. hoc interdicto. ubi glo. & Bart. ff. de itine. actuque priua. licet Dyn. tenuerit primum, & poſt eum Cyn. in l. j. C. de ſer. & communiter tenent primum Doct. Hęc vera

puto,

puto;qñ recens eſt quaſi poſſeſſio:ſecus ſi antiqua,vt qa multoties quis eſt admiſſus,ſ.eo.cū eccleſia.& c.cū olim. dicit Innoc.de reſti.in integ.c.2.in gl.ꝑ monachos.ad fi.ver.itē no.alle.ff.de acq.poſs.l.poſſideri.§.ſeruum.Et quæ dicatur antiqua poſſeſſio,relinquit arbitrio iudicātis,l.j.ff.de iure delib. Si aūt patientia eſt volūtaria,ſed non gratioſa, vt qa patiens patitur vtentē vti non de gr̄a,ſed quaſi ius habeat:& tunc oportet, ꝙ talis ſit patientia, q̄ ↄcludat patientē pati vtentē vti vt pro iure ſuo,ff.queād.ſer.ami.l.j.§.ſed & ſi iuris.l.fi.ff.d̄ iti.actuq́; pri. & h.d.Inn.ſ.e.cū eccl'ia.ī ver.affuiſſet.circa prī.alle.l.fi. ff.d̄ iti.actuq́; pri.& l.j.§.Ariſto,e.ti.ff.d̄ aqua quot.& æſt.l.j.§.Iulianꝰ. & §.hoc interdictū.Itē tenet de poſtu.præla.bonæ.in uer.reqſitis.in prin.Sed dubiū eſt,qñ dicatur patientē ↄſtare pati vtētem vti vt pro iure ſuo.Dicit Inn.in p̄dicto c.bonæ.in præalle. glo.in prin.ꝙ conſtat qñque per expreſſa verba vtētis,quibus exprimit ſe vti iure ſeruitutis,intendens vti illo iure, i.ſeruitute,vel alio iure, tanq̄ ſuo,i.ꝙ non intēdit vti illo iure quaſi ex gratia,ſed quaſi ex debito:& is,ↄ̄ quē vtitur,nec verbo,nec facto ↄ̄dicit,ſed ſic patit̄. Quādoque declarat̄ hoc ex qualitate exercitij iuris,ſ.quia talis eſt actus,qui de facili non pōt cōuenire,niſi ius hñti & volenti vti iure ſuo:vt ſi egi aliq̄d, q̄d non cōuenit niſi poſſeſſori,vt quia interfui electioni ſcrutinio,vel cōpromiſſo,de priui.dilecto.de elect. in Geneſi. Quādoq; declarat̄ ex mō faciēdi, vt qa vtēte eo illo iure is,in cuius præiudiciū fiebat,ↄ̄dicebat,& ipſe eo ꝓhibente vſus eſt poſſeſſione iuris:nā tunc vr̄ vti pro iure ſuo, & acq̄rit ſibi quaſi poſſeſſionem,niſi is,ↄ̄ quē,ſibi ꝓuideat ꝑ modū, qui no.de reſti.in īte.c.1.Vnde ↄcludit,ꝙ qñ quis dicat̄ vti vt pro iure ſuo,hoc arbitrabit̄ bonus iudex ex qualitate actuū, ex multiplicatione eorū, ex mō petendi & vtendi iuris, & ex multis alijs hm̄ōi actibus,& ſ'm alteras & alteras qualitates refundit onus ꝓbādi in alterutrum.Hæc ſunt quaſi ad literā verba Inn.in p̄alle.c.bonæ.in ver.requiſitis.vſque ad ver.quod aūt. Latius ſe declarat Inn.faciens eandē concluſionē ſ.eo.cū eccleſia.ī gl. mag. ver. ſed dices.& ibi cōcludit,ꝙ quidā ſunt actus, q̄ veriſimiliter ēt vna vice non permitterent,niſi ius hñti, neq; ex quadā facilitate,vel amicitia paterent: & in talibus ſufficit vnicus actus, vt in eccleſia eligendi,vel vocē dandi. Allegat l.j.§.quæſitū. ff. de aqua quoti.& æſti.Nā ducere aquā per fundū meū nō permitterē ueriſimil'r, niſi ius hñti. Ideo ſufficit, ꝙ vna die aquā duxerit me ſciente, vt videar pati ꝙ illo iure vtat̄ vt pro iure ſuo.Quidā ſunt actus,qui veriſimil'r bis & ter ex quadā facilitate,vel amicitia,multoties tñ cōtinuanti nō pateret̄, niſi ius habēti:& tales multoties ↄtinuati cōcludunt patientem pati vtentē vti vt pro iure ſuo. Bis aūt, vel paucis vicibus ↄtinuati nō,de iti.actuq́; pri.l.j.§.hoc interdictū. Vnde in itinere ꝑ fundum,qui veriſimil'r pateret̄ per modū facilitatis, & amicitiæ, acquirit̄ quaſi poſſeſſio,ſi triginta vicibus fuerit, ff.de iti.actuque pri.l.j.Quidā ſunt actus,qui ēt multoties ↄtinuati paterētur per modū cuiuſdā facilitatis, vel amicitiæ ēt ius nō habēti,vt ꝙ vnus de domo ep̄i hoſpitaretur,vel in domo militis reciperetur:nā veriſimile eſt,ꝙ hoc pateret̄ ēt ius nō hñti, & nō vtenti vt pro iure ſuo: nā tunc p̄ſumit̄ ꝙ patiatur illū vti non vt pro iure ſuo,niſi al'r probet, vt quia hoc ex debito petebat, de empt.& ven.c.1.vel niſi ex alijs circunſtantijs aliud iudicetur:vt ſi eſt talis,q̄ ex debito hoc petere ↄſueuerat, vt qa ex cā dñij vel p̄lationis fuit in domo ſubditi hoſpitatus, vel ī domo exempti,vt ſ.e.cū olim. vnde ſi ep̄s viſitans in tali domo reciperetur,& ea,q̄ viſitationē exigunt, exerceret patiētibus illis, q̄ prohibere poſſent,p̄ſumeretur pati vti vt pro iure ſuo, arg. de p̄ſcri.cū ex officij.de cen.ſopite.& c.nuper.ex q̄bus ↄcludit, ꝙ ex actibꝰ,& ex mō,& alijs arbitrabitur bonus iudex, & trāſfundet,vt dictū eſt,onus ꝓbandi in alterutrū:& iō ſi de gratia cū proteſtatione admittitur,niſi in ↄ̄rium ꝓteſtetur,nō acq̄ritur quaſi poſſeſſio: qa nō credit tunc patientē pati vtentē vti vt pro iure ſuo,ff.de iti.actuq́; pri.l.3.§.ſi tibi fundū. & de reſt. ſpol.olim.& ſ.eo.cum olim. cauta eñ eſt ſemp ꝓteſtatio,&c. Ex his patet,ꝙ ſi ſubditi vnius p̄lati ab alio p̄lato excōicent̄,& ipſi ſeruāt ſñīas,ſi hoc faciāt aīo deliberādi, vel ex deuotione, vt qa ſunt gentes bonarū mentiū,q̄ timent, vbi nō eſt timendū,5.diſt.ad eius,vel ut tutiorē partē eligāt, & ne rūpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ,23.q.j.excōicatus.notabili actu ñ acq̄ritur quaſi poſſeſſio,ff.de acq.poſ.l.pro hr̄de. & de condi. ob cau.l.j.& qa potius vti patiūtur vt pareāt Deo,q̄ pareāt excōicāti,vel ꝙ credant excōicantē ius hr̄e,vt dicit Inno. in c.cū olim.3.de reſti.ſpol.in gl.fi.Per hoc dicit ī ea.gl. ꝙ ſi aliq̄bus à nō ꝓprio ep̄o excōicatis,alij habeant eos ꝓ excōicatis, & non cōicent eis,per hoc nulla acquiritur quaſi poſſeſſio facultatis excōicendi,qa non ſeruant ſñīas,vt quaſi à ꝓmulgante poſſideātur,& illi vt pro iure ſuo vtātur,ſed tanq̄ iuri obediētes,q̄d mandat excōicatos ab oībus euitari,11.q.3.citare. & hoc ponit ī p̄alleg.gl.magna,ver. alij aūt. Per hoc patet, ꝙ ſi ego permiſi te ire per fundū vna uice,vel duabus,nō tibi q̄ritur quaſi poſſeſſio viæ:qa hoc tibi nō ꝑmitto quaſi ius hñti,ſed quaſi rōne cuiuſdā facilitatis,& amicitiæ, fas eſt ire per fundū alienum,non meum, 1.diſt.ius.& c.omnes.hoc maximè,ſi tranſitus ſit propter publicum iter deſtructum, vel quia via eſt conoſa,vel non eſt ibi aliter ſecurum tranſire, l.j. §.hoc interdictum.& §.viuamus.ff.de iti.actuq́; pri. Ex hoc patet, ꝙ ſi pl'es acceſſerunt ad Sanctū Iacobū,vel molendinū alterius,ad molendū,quia ex cauſa amicitiæ fit,non ut ius habeatur, nō acq̄ritur quaſi poſſeſsio.Per hoc patet,ꝙ ſi aliqui, qui nō ſunt de conſilio,admiſsi ſunt ad conſiliū, dum tñ non admittātur ad particularia cōſilia, vt ad dandā vocē, non acquiritur quaſi poſſeſsio iuris intereſſendi cōſilio: qa hoc pati nō vr̄ tanq̄ ius habenti,vt dicit Bar.in l.j.§.hoc interdictū. ff.de iti.actuq́; pri. ſecus ad dandam vocem ad regendum.Hoc credo,niſi conſilium ſit ſecretum,& ſcrutetur in tractatu, ut cōiter fit in Italia:quia tunc extraneus de facili nō admitteretur per Doctores ad examen,tanq̄ intereſſens ex ſua nobilitate, vel alia cauſa impellente,nō vr̄ admiſſus vt pro iure ſuo, ita vt ex hoc acquireret quaſi poſſeſsionē intereſſendi. Et per hoc datur uia ad multa.Tertio dicebā,ꝙ quædā eſt potētia non voluntaria, an ex hoc quaſi poſſeſsio imprimatur,ita ꝙ patientia pati uideatur vtentē vti vt pro iure ſuo.Et cōiter text.exigunt, ꝙ patientia non ſit ui,clā, vel precario, l j. §.ſed de iure.ff.de aqua quoti.& æſti.l.j.& l.fi.de iti.actuq́; pri.& l.fi.ff.queād.ſer.amit. Dic, ꝙ patientia inuoluntaria habet in ſe voluntatē tāquam meticuloſam,& puſillanimē,transfertur quaſi poſſeſsio,ſi eſt formata.Hoc dicit Inno.de reſti.ſpol.olim.2.in gl.j.puta,prælatus hñs ſubiectos, lata ſñīa excōicatiōis ab alio p̄lato nō punit parētes & ſeruātes illā, nec al'r eos excōicat aīo puſillanimi,poſseſsionē deſeruiſſe vr̄; & ſic ī aliū ē trāſlata, ff.ſi ſer.vē. l.ſi forte.§.1.Ideo de cætero nō poterit in tales parentes ſententiā ferre.Et idē puto,ſi agitur de creāda, quia eo puſillanimo non ↄ̄dicit,& illo actu vtitur,q̄ non pateretur, niſi ius habenti,præſumitur ꝙ hoc patiatur vt pro iure ſuo illū agere. Sufficit eñ ꝙ hoc palā agant,non ſuſpicantes ſe poſſe repelli:licèt forte hoc non ꝓficeret quo ad remedia poſſeſſoria oīa,d̄ quo dicetur in loco ſuo. Quādoq; hæc patiētia eſt inuolūtaria ex toto,vt qa ↄ̄dicit,& facit quicq̄d pōt ↄ̄, ut quia parentes excōmunicatos ab alio p̄lato ſeruātes ſñīam eius punit, excōicat, & incarcerat,quanq̄ facere nō poſsit,quin illi ſeruent ſñīam: vel alio mō ꝓcedit ↄ̄ eos,ita ꝙ apparet eū aīo poſſeſsionē deſerere non velle,imò cōſtanti aīo reſiſtit vt poteſt: tunc dicit Inno.in loco præall.ꝙ nedum acquiritur quaſi poſſeſsio,imò plus dicit,ꝙ ſi non audet excōicare, vel al's punire ſubiectos, ſi tñ ꝓteſtatur ꝙ non ↄſentit nec patitur, hoc ſufficit ne ꝑdat poſseſsionē. Alle.de offi.ord.paſtoralis.§.fi.de app. ſi iuſtꝰ metus.cū ſimi.q̄d eſt notabile. Per q̄d ↄcludi vr̄,ꝙ in incorporalibus violenta non poſsit hr̄i quaſi poſseſsio: qa ī creāda ea exigitur pati, vt l.3.§.dare.ff.de ſeruit. Nec ob.ꝙ in incorporalibꝰ violenter hr̄i poſseſsio non pōt,ff.de ui,& ui arm. per totum. qa ibi poſseſsio hr̄i pōt actuali apprehēſione: nec expectatur pati aduerſæ partis,ſed ſufficit ꝙ actu repellatur, vt l.clā poſſidere.§.qui ad.de acq.poſ.Et hoc tenet Inn.in præalle. c.olim. Cōtrarium ſentire vr̄ ipſemet ſ.c.cū eccleſia.in verbo, affuiſſe.circa prin.gl.ibi dicit poſseſsionē hr̄i in incorporalibꝰ violenter:qa non eſt ius,vt ipſe dicit, ſi tractus ſit,vel patiatur,cū poſseſsionē habeat,vt in c.in literis.j̄.de reſti.ſpol. Non ob.de iti.actuq́; pri.l.fi.ff.de aqua quoti.& æſti.l.j.§ Ariſto. qa illa iura ꝓcedunt,qñ agitur de effectu poſseſsionis quo ad poſſeſſorium recuperādæ,de ſolo poſseſsionis habitu ex circūſcripto alio effectu poſseſsionis extrinſecæ. Credo pro ↄcordia iſtorū Doct.ꝙ ſi patitur q̄s,licet violēter, qa nō credat vtētē vti vt ꝓ iure ſuo,nō acq̄rit ille quaſi poſseſsionē:ſi aūt violēter patiēs credit illū vti vt ꝓ iure ſuo,ſi violentia infert̄ ſubiectis, & non poſsidenti,quanq̄ ↄ̄ voluntatē poſsidentis ſubiecti obediant, non q̄ritur quaſi poſseſsio.& ſic intelligo Inno.in d.c.olim.Si aūt is,à quo intēditur quaſi poſseſsio, patiatur violentiā ſui, quaſi poſseſsio eſt formata,ꝑ hoc nō ꝑditur,qa nō ſuſpicatur ſe poſſe repelli,ex quo,quantū eſt ī ſe,ↄ̄dicit, vel ꝓteſtatur, vl' officiū ſuperioris implorat.Sinaūt ſic nō ꝓteſtetur, poſseſsionem ꝑdit.Et idē puto, ſi ageretur de creāda, ꝙ illa crearetur: & ꝑ hunc modū poſſet hr̄i violenta quaſi poſseſsio. Hoc verū, niſi aliq̄s actus exterior intercedat ad demonſtrandū priuationē,vt ſi veniret ad eligendū,eijceretur ex capitulū:nam quantūcunq; ↄ̄diceret,& ꝓteſtaretur, ꝑderet quaſi poſseſsionē,vt dicit Inno.de reſti.in īteg.c.2.ī gl.ꝑ monachos. ver.hoc tñ intelligo.Si agitur de creāda p̄cisa violēta, nō poſſet quaſi poſseſsio,qa hic deficeret pati:ſed cauſatiua uel cōditionalis ſic,ut ſi petēs unà cum canonicis electioni intereſſe,quibꝰ minaretur,adeo ꝙ ꝓteſtari nō auderent, & ipſe ꝓteſtaretur ꝙ ipſe intereſſet animo acquirendi quaſi poſseſsionem, ut ꝓ iure ſuo.Et ſic pōt intelligi Inno.de poſtu.p̄la.bonæ.2.ī gl.magna, i.uer.quidam etiā requirunt.ad fi.ꝙ ſi Papa,& idē de Imperatore conſequenter,ꝙ ſi aliquis exerceret de plenitudine poteſtatis, quia hoc non facit tanquam ius habens, nec patiens

patitur tanꝗ̃ ius habẽti: qa talia exercendo non acqrit aliquã
quaſi poſſeſſionẽ. Alius tñ ab eo recipiẽs, & ex plenitudine po
teſtatis facultatẽ aliqd agendi per illã facultatẽ à Papa datam
exercendi, acqrit quaſi poſſeſſionẽ, qa ille vtit̃ vt pro iure ſuo:
qđ eſt notandũ. Ex his apparet, ꝙ ſi violenter eijciat̃ qs de ca-
ſtro, acquirat̃ quaſi poſſeſſio iuriſdõnis expellenti. Bar. in l. ſe-
quit̃. §. viã, de viuca. tenet ꝙ poſſeſſio iuriſdõnis nõ acquiritur
expellẽti, ſi iuriſdictio cõpetebat pſonæ in caſtro, ſed reuertit̃
ad ſuperiorẽ, l. illicitas. §. q vti. ff. de offi. præſi. De hoc dubio te
ne tex. & gl. in cle. j. de fo. cõpe. & vide Bart. ad mãm in l. j. §. in
37 operis. ff. de no. oper. nun. ¶†Venio ad tertiũ, cuius patientia
exigit: Inn. ponit de poſtu. prela. bonæ. & j̃. de reſtit. ſpol. olim.
de offi. ord. cõquerẽte. gl. ĩ l. j. C. de ſer. exigit duorũ patientiã,
proprietarij, & poſſeſſoris. Per qđ dicit, ꝙ patientia ꝓprietarij
ꝓficit, & nõ proficit poſſeſſoris ſciẽtia. Alij dñt, ꝙ ſufficit ſciẽ-
tia ꝓprietarij, & nõ ꝓficit ſciẽtia poſſeſſoris. Sup hac dubita-
tione loquit̃ Cy. in l. j. C. de ſerui. Et dubiũ facit, ſm eũ, qa ſicut
colonus hẽt poſſeſſionẽ, de acq. poſſ. l. 3. §. qđ ſi ſeruus. ita poſ-
ſeſſor vel colonus hẽt quaſi poſſeſſionẽ. Olim videbat̃ certũ:
hodie recidit in dubiũ, an poſſit interuertere poſſeſſionẽ: de
quo in l. fi. C. de acq. poſſ. Cõcludit tñ patiẽtiã poſſeſſoris crea
re nõ poſſe quaſi poſſeſſionẽ. Bar. ĩ d. l. j. adhæret gl. cũ ĩ hmõi
trãſitu quaſi poſſeſſionis, & creationis exigat̃ patiẽtia eius, de
cuius p̃iudicio agit̃, vt l. 3. §. dare. ff. de vſufr. & l. pe. ff. de ſer. In
oppoſitũ tñ facit, qa in poſſeſſore ineſt veritas iuris creãdi, s. e.
cũ olim. & c. cũ eccleſia. de elec. querelam. de iurepat. ↄſulta-
tionibus. cũ ſi. Dico, ꝙ ſi qs eſt poſſeſſor iuris, qđ in ſe agit̃ q̃ri,
patiẽtia illius trãsferat̃ quaſi poſſeſſio. Ideo ſi patit̃ exiſtens in
quaſi poſſeſſione iuris p̃ſentandi aliũ p̃ſentare, vel exiſtens in
quaſi poſſeſſione iuris ↄferendi alterũ cõferre, vel exiſtens in
quaſi poſſeſſione iuris ſubiectionis alterũ vti illo, priuatur iu-
re quaſi poſſeſſione, & in aliũ transfert quaſi in dato animo,
vt no. Inn. j̃. de reſti. ſpol. olim. in gl. magna poſt princ. & tenet
aperte de poſtu. pla. bonæ. 2. in gl. magna, 1. ver. hoc aũt intelli
gimus. poſt prin. gl. Quãdoq; exiſtens in poſſeſſione, & patiẽs,
non eſt in poſſeſſione iuris, cuius quaſi poſſeſſio agit̃ q̃ri, ſed
eſt in poſſeſſione rei, in qua agit̃ nouũ ius creari, & eius quaſi
poſſeſſio quæri, vt qa poſſidet fundũ, de cui⁹ agit̃ ſeruitute q̃-
renda: & tunc ſi eſt in poſſeſſione iuſto titulo, & bona fide, ita
ꝙ habeat ius Publicianum, eius patientia ſufficit ad creandũ
ius, & ad dãdũ quaſi poſſeſſionẽ. Et de hoc eſt caſus apertus ff.
de pub. l. ſi ego. §. 1. Et hoc tenet ibi Gul. de Cu. All. ꝓ caſu l. in-
ter quos. §. 1. ff. de dam. infe. & tenet hic Inn. aperte in p̃alle. c.
bonæ. in verſi. præalle. hoc aũt ĩtelligimus. & clarius ponit j̃.
eo. c. in gl. 2. & mag. in fi. c. & gl. alle. de ſerui. l. quoties. de ſer-
ui. ruſt. præd. l. j. §. fi. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi forte. §. 1. Si aũt eſt ĩ poſ-
ſeſſione rei mala fide, tunc non creatur quaſi poſſeſſio ei⁹ pa
tientia. Sic intelligo gl. C. de ſerui. l. j. Vñ remanet ↄcluſio In-
no. Vnde illius exigit̃ patiẽtia, de cuius agit̃ p̃iudicio, & à quo
pendet ptãs ius transferendi; & ſi ſunt plures, oĩum exigit̃ pa-
tientia, s. eo. cũ eccleſia. & c. cum olim. s. de ele. c. bonæ. de po-
ſtu. præla. Et hanc regulã ponit Inn. in d. c. bonæ. ĩ gl. j. magna.
ver. itẽ de illo, in cuius p̃iudiciũ, &c. Ideo dicit j̃. eo. gl. in ver. &
plus dicimus. ꝙ ſi iura ſunt ſeparabilia, ita ꝙ vni tm̃ fit p̃iudi-
cium, & alteri ſaluũ manet ius, acquirit̃ quaſi poſſeſſio ↄ̃ illũ,
& non ↄ̃ aliũ: puta in ea parochia ↄiunctæ ſunt iuriſdictiones
plebani, & ep̃i, ſi intẽdit qs plebanalis, & ep̃alis iuris acqrere
poſſeſſionẽ vel quaſi, vtriuſq; exigit̃ patiẽtia: ſi alterius tm̃, vt
qa intendit acquirere plebanalẽ ad p̃iudiciũ plebani: tũc ſuffi
cit patiẽtia plebani, ẽt dato ꝙ ep̃s ignoret. Itẽ ſi aliqs ĩtret poſ-
ſeſſionẽ eccleſiæ aĩo acqrendi quaſi poſſeſſionẽ eccleſiæ, ſed
nõ iuris eligẽdi, acquirit̃ quaſi poſſeſſio tituli, ẽt nõ patienti-
bus electoribus, & ignorãtibus illis, ad quos ſpectat confirma
tio: & ſufficit poſſeſſorem eccleſiæ ſcire, & ſi eccleſia vacaret,
nullius ſcientia vr̃ neceſſaria, ſm quoſdã. Sed melius, ſm Inn.
vr̃ ꝙ neceſſaria eſt ſcientia, & patientia cuſtodis eccleſiæ, vt ec
cle. bñfi. c. 1. in fi. 12. q 2. illud. & ẽt cõfirmatoris, & ĩueſtitoris,
cũ ſine authoritate eorũ nõ poſſit iuſtè poſſidere: de quo dixi
s. Et hanc eandẽ regulã ponit Inn. de offi. ord. ↄquerente. ver.
vt aũt liqueat. vbi dicit, ꝙ ſi aliqs hẽt generalem iuriſdictionẽ
in aliquo loco, vt ep̃s in tota dioceſi, nullus hõ, vel ep̃s, vel ali⁹
p̃nt præſcribere totam iuriſdictionem ep̃alem, vel poſſidere,
vel aliquod capitulũ iuriſdictionis, ſ. ꝙ viſitet aliq̃ eccleſiã il-
lius dioceſis, vel ꝙ vocet aliquẽ ad ſynodũ, vel cognoſcat de
aliqua cã, niſi ep̃s patiatur, & ſciat. Sed ſi non tangitur præiu-
dicium ep̃i, & ſi alius archiepiſcopus quaſi primus in dioceſi
alicuius ſuffraganei alterius archiepiſcopi velit acqrere qua-
ſi poſſeſſionem iuris archiepiſcopalis, vel aliq̃ partẽ eius, ſuffi
ceret ſcientia & patientia archiepiſcopi, de cuius agitur prę-
iudicio, licèt ignoret epiſcopus ſuffraganeus. Item dicit, ꝙ ſi
plebanus intenderet quærere quaſi poſſeſſionẽ plebanalẽ in
plebe alterius dioceſis ſub dioceſano, ſufficit ſciẽtia plebani,
ẽt ſi ep̃s nihil ſciat: qa ipſius ep̃i nõ tangitur præiudicium, ſed
plebani. Itẽ dicit, ꝙ ſi aliquis vult præſcribere aliqua iura, quę
habet archiep̃s ex priuilegio in alterius dioceſi, alter ep̃s poſ-
ſet illa iura poſſidere ignorante ep̃o, in cuius dioceſi archiep̃s
tenet hæc iura, dũmodo hæc ſciret archiep̃s, cui hoc ius debe
tur. Item dicit, ꝙ ſi aliquis habet iuriſdictionẽ in certis articu-
lis, vt archiep̃s, & in alijs vellet acquirere qs quaſi poſſeſſionẽ
in dioceſi, poſſet ſolũmodo ſciente & patiente ep̃o. Itẽ dicit,
ꝙ vnus archiep̃s in dioceſi ſubiecta alteri archiep̃o nõ p̃ot ac-
quirere quaſi poſſeſſionẽ iuris deferendi crucẽ ante ſe, vel v-
tendi pallio, & alijs ſimilibus, niſi patiatur archiep̃s: & hoc ei
tm̃modo prę iudicatur. Non obſt. ꝙ ex priuilegio q̃rere poſſit,
ergo poterit poſſidere illo ignorante: qa in priuilegio nouũ
ius à Papa creatũ, ſed poſſeſſio hr̃i non p̃ot, niſi cũ patiẽtia te-
nentis. Hæc oĩa ponit in d. c. cõquerente. Ex his patet, an patiẽ
tia ſubiecti, is, qui hẽt quaſi poſſeſſionẽ, priuetur altero iure
ſubiectionis vtentis. Hoc tangit Inn. de reſti. in integ. c. 2. de re-
ſti. ſpol. olim. 3. in gl. magna, circa princ. In c. 2. vacillat: primo
dicit, ꝙ non ſufficit patiẽtia ſubiecti: vnde dicit, ꝙ ſi inſtitutus
ab ep̃o noĩe alterius vellet ſe dicere electũ, & illi ſubiectũ, nõ
poſſet illi acqrere quaſi poſſeſſionẽ, vt in d. l. cũ nemo. & de re
li. do. cũ dilectus. In eadẽ aũt gl. ver. poſſeſſionẽ aũt. dicit ꝙ ve
niente inſtituto ꝑ ep̃m p̃ot priuari ep̃s quaſi poſſeſſione, & al-
teri quæri, ſi ſubiectus cęperat alteri reſpõdere. Allegat de re-
ſtit. in integ. c. 2. alle. 3. ipſe in c. olim. præalleg. tenet ↄ̃rium, ꝙ
ſola patientia ſubiecti non noceat dño in transferendo poſ-
ſeſſionem. Vnde dicit ep̃m quaſi poſſeſſione priuari, & alteri
quæri, qñ ſciuit ep̃m alium, vel prælatũ iura exercere, & po-
pulum obedire, & eos non puniuit nec tp̃aliter, nec ſpiritua-
liter: & ſic animo puſillanimi vr̃ deſeruiſſe poſſeſſionem, ff. ſi
ſer. ven. l. ſi forte. §. 1. Sed ſi nõ eſt paſſus illos ſñias ſeruare, pu-
ta quia tẽporaliter, vel ſpiritualiter puniuit parochianos, li-
cèt non potuerit facere quin ſeruarent, vel alio modo ꝓceſ-
ſit ↄ̃ eos, ita ꝙ apparet ꝙ poſſeſſionẽ aĩo non dimiſit, ꝙ nõ ac-
quiritur illi quaſi poſſeſſio. Ad hoc l. j. §. ſi tibi fundũ. ff. de iti.
actuq; pri. Et forte ſi neuter ſeruaret, nec ſuperior, nec ſubie-
ctus: qa tunc vel poſſidet prælatus, promulgauit. Nec ob. l. 3.
§. quod ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. quia loquit̃ in apprehenſione
corporalis rei, in qua nõ expectatur patientia illius, cui p̃iudi-
catur, & à qua p̃ot violenter eijci. Plus dicit ibi Ioan. And. ꝙ ſi
ep̃s ↄ̃dicendo proteſtatur ꝙ nõ intẽdit ꝙ ſibi prę iudicetur, li-
cet ſubiecti paterentur, non quæritur quaſi poſſeſſio. Allegat
de acq. poſ. l. licet. de app. ſi iuſtas. alias iuſtus. 7. q. j. pontifices.
de offi. ord. paſtoralis. ad fi. Nec ob. ẽt l. qđ ab oĩbus. §. de illo.
ff. de vſufr. vbi perdit̃ quaſi poſſeſſio, eo ꝙ ſubiectus patiat̃ ſe
apprehẽdi, & nõ ſe gerit ĩ aliquo pro ſubiecto primi: qa illud
in rebus & iuribus, in quibus hr̃ vera poſſeſſio iuris, vt in iure
vſusfructus: quo caſu eligitur media via, vt inſpiciat̃ animus
poſſidentis, an in aliquo gerat ſe per ſubiecto, an non. Recitat
autem Inn. alios tenere in loco præalle. in glo. fin. ꝙ ſi animo
obediendi ſubiectus pareret ſententijs alterius, illi acquireret̃
quaſi poſſeſſio. Sed ſi aĩo deliberãdi hoc faceret, vel qa ex de-
uotione hoc faceret, qa timeret vbi timendũ nõ eſſet, 5. diſ. ad
eius. non acquirit quaſi poſſeſſionem: alleg. de acqui. hæred.
l. pro hærede. ff. de cond. ob cau. l. j. In dubio aũt quidã præſu-
munt, ꝙ faciant aĩo obediendi, de his, q̃ fiunt à ma. par. cap. c.
ex ore. Alij diſtinguunt, an obedientia conſiſtat in faciẽdo: &
p̃ſumit̃ facere aĩo obediendi, vt qa ponit manus, vel inter ma
nus prælati in ſignum obedientiæ: & ſic loquitur c. ex ore. An
conſiſtat in non faciendo, & patiendo: & tunc nõ dat poſſeſ-
ſionem obedientiæ. Et diuerſitatis ratio, quia actus affirmati-
ui ſunt maioris potentiæ, quàm negatiui, vt dicit gl. de ↄſti. cũ
acceſſiſſent. & Inn. de fil. presb. veniens. Facit quod no. Cy. in
l. certis annis. C. de pac. qđ dictum ponit Io. And. j̃. de cen. per-
uenit. quanquam hæc diſtinctio placeat quo ad præſumẽdũ
animũ obediendi, vel non: hic non diſputamus de volũtate,
ſed de poteſtate. Ideo in puncto iſto puto, ꝙ ſi agat aliqs exer-
cens in ſubiectũ alterius creare nouã ſpeciẽ poteſtatis, ꝑ quã
non derogetur iuri alterius, quaſi poſſeſſionem eius acquirit
ex ſola patientia ſubiecti, inquantum non præiudicet ſuperio
ri in aliquo. Si agit creare quaſi poſſeſſionem ad præiudiciũ
alterius ſuperioris, vel quærere illam, quæ eſt in ſuperiore, nõ
poteſt abſque patientia illius, argum. de re iudic. cum ſuper.
& de inſti. cum veniſſent. de arbit. cum tempore. cum ibi no.
& ſunt verba Inno. de reſtit̃. ſpol. olim. 1. & 3. Ex his dicit Inn.
de capel. mona. dilectus, ꝙ ſi ſubiecti confiteantur, ꝙ ſint iu-
riſdictionis alicuius, vel in manibus eius abiurent, & renun-
cient iuriſdictioni ſuperioris domini: per hoc tamen non ac-
quirit ille quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in eos: tum quia
hic non interuenit aliquis iuriſdictionis actus, per quam iu-
riſdictio quæratur, de relig. domi. cum dilectus. tum quia ſu-
biecti domino præiudicare non poſſunt eo ignorante, vt in d.
ca. cum ſuper. Per hoc infertur ad dubium: Tyrannus eſt in
quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ciuitatis: alia ciuitas occupat
de terreno ciuitatis illius, ſciente, & patiente tyranno, vel ali-
quam partem iuriſdictionis, nunquid quaſi poſſeſſio iuriſdi-

ctionis

ctionis ciuitatis illius acquiratur illi occupanti. Barto. dicit ꝙ non, in l. j. C. de ſeruit. ſecundum vltimam lectu. per glo. quia nõ pendet a tyranno, qui ius non habet ex patientia transferre poſſeſſionem. Hoc dictum non placet mihi, præſuppoſito ꝙ tyrannus haberet formatã quaſi poſſeſſionẽ iuriſdõnis, vt quia haberet pati illius, a quo pendet transferre quaſi poſſeſſionẽ, vt Imperatoris, vel alterius ſupioris: nã illa formata pẽdet ab eius facultate illã in aliũ trãsferre, quocũq; hẽat, ex ſua puſillanimitate perdere põt, vt dicit Inn. in d. c. olim. iij. & patet ex doctrinã ſ. dicta. Dictũ autẽ Bar. pcederet, & ſic intelligo gl. in d. l. j. qñ tyrannus eſſet in poſſeſſione ciuitatis, nondũ formata quaſi poſſeſſione iuriſdõnis. Scd̃o dicit ibi Bar. ꝙ ciuitas tempore vacationis Imperij, quia ibi non eſt perſona, q̃ quaſi poſſideat adminiſtrationẽ Imperij, a quo hr̃ patientia. qđ dictũ eſt falſum, quia imo Imperio vacante ſuccedit Papa in adminiſtratione, de fo. compe. licet. Ideo patientia Papæ q̃rere poſſet: ſufficit enim patientia cuſtodis adminiſtrantis vacante dignitate, vt notabiliter dicit Inn. in c. bonæ. ij. in gl. magna. ibi circa fin. qđ dictũ ſ. recitaui. Per quæ deciditur, an vacante dignitate epiſcopali morte, ad quẽ ſpectat electio, ſi aliqs confert beneficia ad eũ ſpectantia, an acquirat quaſi poſſeſſionẽ. Breuiter ſi capitulum non ſuccedit in poteſtate cõferendi, non poterit acquirere quaſi poſſeſſionẽ. Vbi aũt ſuccedit capitulũ, illã acquirere põt ex patientia capituli. Nunquid aũt ſuccedat, vel non capitulũ in poteſtate conferendi, colligitur ex c. j. ne ſe. va. lib. vj. Ex hoc concludit Bart. in l. vti poſſidetis. ff. vti poſſi. ꝙ ſi ſint duo iudices, quorũ vnus habeat vniuerſalẽ iuriſdõnẽ in prouincia, & qualibet ciuitate puinciæ, & ſint alij iudices, qui habeãt iuriſdõnem ſpecialiũ ciuitatũ: vel in eadẽ ciuitate vnus hẽt iuriſdõnẽ ſuper damnis, alter ſuper ciuilibus alijs, alter ſuper criminalibus: vel vnus hẽt tpalẽ, alter ſpiritualẽ, ꝙ ad quærendã quaſi poſſeſſionẽ exigit patientia illius, cui præiudicat: vt ſi quærere intendit vniuerſalẽ, ſufficit, & exigitur patientia habentis vniuerſalem, & ciuilem habentis ciuilem, & ſic de ſingulis. Idem dicit, ꝙ ſi ſit aliquis, qui habet ius pedagij animalium, alter hominũ: vel vnus tpe indulgẽtiæ, alter altero tpe, illius patientia exigitur, vt alter q̃rat quaſi poſſeſſionẽ, cuius iuri præiudicat. Ad hoc l. iij. §. vnde vi. ff. de vi, & vi ar. & d. l. fi. ff. vti poſſi. Ex his patet, ꝙ ſi præſentatus ab vno alterum recognoſcat in patronum ignorante primo præſentante, nulla acquiritur quaſi poſſeſſio illi, qui recognoſcitur in patronum, niſi talis recognitio fieret ex ſcientia ſuperioris, de iu. pa. ex literis. & c. ſi vero. & no. gl. de ele. querelam. Infert etiam ex his, ꝙ ſi exiſtens ſub iudice vnius portæ, vel quarterij, alium recognoſcat in iudicem, non acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi ille, cui præiudicatur, conſentiat, vel eius ſuperior, a quo pendet poteſtas vtraq; creare. Infertur etiam, ꝙ ſi ſubditi vnius artis obediant rectori alterius artis ad præiudicium rectoris ſui, non quæritur quaſi poſſeſſio, niſi rector
38 patiatur, cuius ſunt ſubiecti. Ex iſtis habet via ad multa. ¶ † Reſtat vltimo videre, quæ exigantur ex parte rei, vel iuris, ĩ quo agitur queri quaſi poſſeſſio: & primo exigitur, ꝙ res, cuius reſpectu agitur quæri quaſi poſſeſſio, ſit capax poſſeſſionis illius iuris, & ꝙ ius illud ſit approbatum: nam ſi volo quærere quaſi poſſeſſionem iuris concubinatus, acquiri non poteſt, qa tale ius a canone eſt improbatũ, vt dicit Inn. in c. ex parte M. de reſt. ſpol. Idem ſi vellem acquirere quaſi poſſeſſionem meretricalis iuris fieri in re ſacra, & de tali eccleſia vellem acquirere quaſi poſſeſſionẽ cenſus, de cenſi. c. j. Si laicus vellet acquirere quaſi poſſeſſionẽ tituli in eccleſia, vel iuriſdõnẽ in clericiſ, & ſic de ſingulis, data capacitate rei vel iuris. ¶ Pro hoc vltimo duo breuia occurrunt videnda. Primum, iuris exercitiũ erga ipſum ius. Secundo, q̃rere circa rem, in qua ius quæritur. Ad primum ſi datur exercitium actus proportionabilis iuri totali, & cuiuſlibet eius parti, totiꝰ q̃rit̃ quaſi poſſeſſio vtriuſque, l. j. ff. de iti. actuq; pri. & l. ſi quis hoc interdicto. & l. j. §. j. ff. de ſerui. ruſt. præd. Si quis vtit̃ iure hauſtus ad fontem animo quærendi viam, & hauſtum, acquirit quaſi poſſeſſionem viæ, & hauſtus, l. Neratius. §. qui habet. ff. de ſerui. ruſt. pręd. q exercet vſumfructum, habet quaſi poſſeſſionem vſus, & vſusfructus, l. per ſeruum. §. j. ff. de vſu, & habi. quemadmo. ſeru. amit. l. is, cui. Et per hoc qui vtitur iure canonicali quo ad actũ cantãdi, eligendi, & vocem in capitulo dãdi: iure patronatus quo ad actũ alimentandi, & præceſſionis, & honorificentiæ, & quo ad alios actus, abſq; dubio totalis iuris patronatus acquirit quaſi poſſeſſionem. Qñq; dat̃ exercitiũ iuris proportionabile alicui particularitati iuris: & tunc ſi intentio commenſurat̃ ſolum ad exercitium particularitatis iuris alterius, nõ quærit̃ quaſi poſſeſſio. Ideo ſi quis exercet vſum tm̃ iuris vſusfructus, vel viam tãtum vti poſſi. reſpectu actus, viam tantum quærit, ex quo de intentu conſtat, ff. quemadmo. ſer. amit. l. quidam. iuncta l. is, qui vſumfructum. ff. qui. mo. vſusfr. amit. Per hoc dico, ꝙ ſi iudex exerceat actũ poſitionis banni per oẽs partes ciuitatis, vt quicunq; fecerit ſic, incurrat talem pœnã: & ſi nullus incurrat bannũ, acq̃it ille quaſi poſſeſſionẽ iuris vl̃is, eo ꝙ actus eſt vniuerſalis ad totum populũ: & quia eo ꝙ patit̃ illum ponere bannũ, & patit̃ illum exercere iuriſdõnẽ. Et hoc tenet Inn. in d. c. dilectus. de capel. mo. Quãdoq; exercitiũ iuris determinat̃ ad aliquã partẽ iuris, & intentus animo quærẽdi extẽdit ſe ad tale ius: & hęc eſt dubitatio, ꝙ ad limites exercitij reſtringat̃. Probat̃, quia non dat̃ pati, niſi inquantum dat̃ exercitiũ: igit̃ vltra non quærit, vt d. l. 3. §. j. & d. c. cũ eccleſia. & d. l. pe. ff. de ſerui. In ꝯrium eſt, qa talia incorporalia ad inſtar poſſeſſionis corporalium plurimũ regulant̃: vnde reſtringuntur, & regulant̃ ſm̃ intentum quærere volentis, vt l. 3. & l. non quemadmodũ. ff. de acq. poſ. Vnde ſi attingo vnã partẽ fundi cũ intẽtu acquirẽdi totum fundũ, poſſeſſio totius fundi acq̃ritur, vt ibi. Subtilẽ mãm attingit Innoc. in c. dilectus. de capel. mo. & aliquid in gl. de reſcri. auditis. Aliquid Inn. de offi. arch. c. fi. & de reſti. ſpo. in literis. in gl. magna. ver. & credimus ꝙ. in omnibus ſentit, ꝙ inquantũ eſt poſſeſſorium, & in quo datur exercitium, q̃rat, & non plus. In gl. aũt ij. magna, ver. itẽ generaliter. ꝙ ſufficiat partẽ iuris attingere cum intentione quærẽdi totũ ius vl̃r: & illud totũ quærit̃, ſi tñ is ſciat, cui præiudicat̃. Vnde dicit, ꝙ quærit canonicus quaſi poſſeſſionẽ iuris canonicalis, vel cuiuſcũq; alterius, ſi vtatur aliquo iure canonici, intendendens vt generale totũ ius quærat. Allegat de poſtula. præla. bonæ. ſecundo, de pręben. dilectus. & de elec. Cumana. & illud etiam tenet Spec. in ti. de præſcri. §. j. ver. notandum. Puto dicendum colligendo aliqua dicta Inn. aliquo addito, ꝙ qñq; agitur de creanda quaſi poſſeſſione alicuius iuris, aliqñ agit̃ de iã creata acquirẽda. Si agit̃ de quaſi poſſeſſiõe creãda, tũc ſi dato in parte aĩus ptendit ad q̃rendũ ius oĩno ſepatũ, & non acquirit̃ quaſi poſſeſſio iuris oĩno ſeparati: ſicut ingreſſu partis fundi nõ acquiritur poſſeſſio alterius fundi ſub diuerſo limite ꝯſtituti, vt d. l. 3. ff. de acq̃r. poſſ. ff. de aqua plu. arc. l. ſi prius. ff. quemad. ſer. amit. l. ſi cõem. §. fin. & l. ſi ſtillicidij. §. fi. Ideo ſi vſus ſum aqua diurna animo quærendi nocturnã, nõ acquiritur quaſi poſſeſſio nocturna. Ideo ſi vſus ſum aliquo iure canonicali animo quærendi quaſi poſſeſſionẽ alterius iuris ſeparati, non acquiritur illa. Quãdoq; ingreſſu & exercitio alicuius partis volo acquirere quaſi poſſeſſionẽ alterius iuris in ſpecie ſeparati, clauſi tñ ſub eodẽ gñe: & tũc ſi ſpecies generis, in quã protendit̃ intentus, eſt oĩno diuerſæ ſpeciei in fine, & in quãtitate, qa eſt alterius gradus, nõ quęrit̃ quaſi poſſeſſio, niſi illius partis, qua eſt vſus exercens, niſi intentio illorũ, ꝯ quos quæritur, aliud operetur. Et ratio patet, quia in dãdis pportionabilibus nõ de facili fit tranſitus, & extenſio, qa ſymbolum non hẽt. Ad hoc cle. de pcu. nõ põt. & ſtatim per illationes patebit exemplum. Nec ob. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. ij. & l. is, qui vſumfructum. ff. quemadmo. vſusfruc. amit. qa iuncta quaſi poſſeſſione bene per retẽtionẽ partis & vſus retineo quaſi poſſeſſionẽ alterius partis vlterioris gradus: ſed non ſic ſi de nouo acquiro. Ideo habẽs ſeruitutẽ vſusfructus, & exiſtẽs in quaſi poſſeſſione, per ſolũ vſum retinet vſumfructũ: & habẽs ſeruitutẽ actus vtẽdi via retinet quaſi poſſeſſionem ſeruitutis actus, qa vnica eſt poſſeſſio, & contigua: & eundo vtit̃ itinere vt actus parte: & ſic tangendo partẽ, totũ artificialiter iunctum tetigiſſe vr̃, de pęni. diſt. j. vulgaris. Qñq; ius, ad quod protendit̃ intentus, hẽt ſe inferius vt pars æquiuoca ſub eodẽ genere: & tunc pp contiguum generis tacta parte vnius acq̃ritur quaſi poſſeſſio totius iuris ſub genere cõprehenſi. Ad hoc de relig. domi. c. j. Et ſi eſt dubium de intentu, ſtabitur dicto vtentis, vt d. c. j. Hæc vera, vbi poſſeſſio eſt licita, & non ꝯ ius: ſecus ſi ſit illicita, & contra ius, non iuſtificata titulo aliquo, qa illa odioſa reſtringeretur ad limites vſus: dicit Inno. de offic. archi. c. fi. ad hoc de præſcri. cum olim. & c. auditis. Vnde per hoc dicit Inn. in d. c. dilectus. ꝙ ſi quis poſſidet iuriſdõnẽ vniuerſalem exercens iniuſte partẽ, acquirit illam partem tantũ. Allegat l. quod nemo. §. fi. ff. de acq. poſ. & ponit ibi in ver. poſſeſſorium. & ver. generaliter autem. Per quę infert, ꝙ ſi aliqs exerceret vnum actum iuriſdictionis cognoſcendo de cauſa vna, ſiue ciuili, ſiue criminali: vel excommunicauit aliquem, vel quicquid aliud faciat ad iuriſdictionem pertinens, ſi ſolũ intendit quærere illam partem, qua vſus eſt, vt quia vſus eſt ciuili, & intendit quærere ciuilem, ciuilem tantum acquirit, & non vltra. Alle. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. fi. de præſcri. auditis. & c. cum olim. Si intendit quærere iuriſdictionem ciuilem per citationis actum, adhuc illam quęrit. Per hoc dicit, & in hoc non bene, ꝙ ſi animus intendit per vſum ciuilẽ ad acquirendã criminalẽ, vel per vſum iuriſdictionis intẽdit quærere, q̃ ſunt meri, vel miſti imperij, per illã quærit. Quod dictũ procedit, per ea, quæ dicta ſunt: & ipſum reprobat Cy. in l. j. C. de eunuchis. ad hoc ff. quemadmo. ſeru. amit. l. ſi ſtillicidij. & d. l. ſi prius, de aqua plu. arc. Per hoc infert, ꝙ ſi aliquis exercet aliquẽ actum iuriſdictionis ciuilis, vel criminalis cum intentione quærendi ſpiritualem, non quærit: nec per exercitiũ iuriſdictionis voluntariæ quærit̃ quaſi poſſeſſio iuriſdictionis ꝯtẽtioſæ,

tioſæ, quaſi ſint gradus altioris. Hæc vera, niſi ius cuiuſcunq;
iuriſdictionis iam ſit vnicum conuentione, vel contractu, aut
actu procedendi: vt quia prælato ſit collata dignitas habẽs has
iuriſdõnes, vel alicui baroni ſit donata iuriſdõ, & merũ & mi-
ſtum imperium alicuius ciuitatis, altero illam non poſſiden-
te, quàm donante vel conferente eam propter vnionem con-
tractus, ſpecies aliæ ſeparatæ vnitæ vr̃, & tunc per exercitium
alicuius partis iuriſdõnis tota quærit. Sic põt ſaluari dictum
Inn. ad hoc tex. & gl. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. ij. & ff. quib.
39 mo. vſusfr. amit. l. is, qui vſumfructum. † Ex his apparet, ꝙ ſi ca
nonicus exercet actum eligendi, vel recipit donum alijs ca-
nonicis dari conſuetum, vel aliquem actum exercet iuris ca-
nonicalis cum intentione quærendi, totum quærit, de præbẽ.
dilecto. quia iſtæ ſunt partes ſubiectiuæ iuris canonicalis, nec
facit quęlibet pars per ſe diuerſam ſpeciem iuris canonicalis.
40 † Idem ſi rector parochię recipit decimã reſpectu vini animo
& intentione quærendi ius decimale quo ad omnia alia, quia
iſtæ ſunt partes ſubiectiuæ iuris decimalis, totius iuris deci-
malis quæritur quaſi poſſeſſio: quia licet vinum, & granum
differant ſpecie, tñ reſpectu iuris decimalis de eodem genere
41 ſunt, nec faciunt ſpeciem iuris decimalis diuerſam. † Per hæc
determinantur doctorũ dicta ſ. e. cum eccleſia. & fuit dictum
Goffr. ꝙ ſi aliquis interfuit poſtulationi, ꝙ p hoc acqrit quaſi
poſſeſſionem iuris eligendi, & econuerſo. Allegat d. l. ſi vſusfr.
qb. mo. vſusfr. amit. & d. l. ſecundã. quẽadmo. ſerui. amit. & qa
poſtulandus eligitur, de renun. poſt tranſlationem. de elec. in
cauſis. & hoc maxime, quia non poteſt eſſe in actu poſtulatio
nis, quin participet de actibus animo proportionabilibus ele
ctioni, cum & ibi forma ſeruetur, quę hr̃ de ele. quia propter.
42 † Et quia hę partes coęqueuę, & ſubiectiuæ eiuſdẽ generis, &
finis, ſ. prouiſionis: & ſic eſt dare contiguitatem quandam. Ad
hoc quod no. gl. de poſtul. præla. c. j. in fi. & idem tenet Archi.
43 liij. diſt. noſce. † Item ex his patet, ꝙ ſi aliquis in capitulo ha-
bet vocem, & exercet ſe tanq̃ de capitulo ad actum vocis dan-
dæ in contractu, per hoc non acquirit quaſi poſſeſſionem iu-
ris eligẽdi, vel vocem in electione: ad hoc de app. ſignificauit.
44 † Item ſi eſſet in quaſi poſſeſſione iuris canonicalis per exerci
tia aliquorum actuum, per hoc non eſſet in quaſi poſſeſſione
iuris eligendi: quia non eſſet omnino pars ſubiectiua iuris ca
nonicalis, cum multi ſint canonici, qui non habent ius eligẽ-
di, vt dicit Inn. in d. c. bonę. Et ex his datur via ad multa. Qnq;
agitur de quærenda poſſeſſione iam formata, vel quia contra
prælatum exiſtentem in quaſi poſſeſſione iuris canonicalis, &
eligendi: vel contra habentem quaſi poſſeſſionem iuriſdictio
nis exercet quis aliquam partem iuris prælationis, vel canoni
calis iuris, vel iuriſdictionis: quia tunc ſi poſſeſſor eſt iniuſtus,
vel exercens, quia eius poſſeſſioni reſiſtit ius, vel ſi non reſiſtit,
non eſt iuſtificata ex patientia ſola poſſeſſoris. & tunc dicen-
dum, ꝙ tantum quãtum exercuit, poſſidet, & non plus. Et idẽ,
ſi patientia eſſet meticuloſa: ad hoc de pręſcr. auditis. Si autẽ
iuſta eſt poſſeſſio, quia voluntarie patiuntur, cum intentione
vt ille totum quærat, abſque alia diſtinctione quærit totum
ſub eodem genere clauſum: & hoc, quia quaſi poſſeſſio tunc
eſt vnica, d. l. ii. ff. quemadmodum ſerui. amitta. & l. ſi vſusfru-
ctus. ff. quib. mod. vſusfru. amit. Et ſic intelligo Inno. in d. c. cũ
dilectus. de cap. mo. Exempla patent ex dictis. Per hoc dicit Ar
chid. xvj. quæſtio. j. quicunque. ꝙ ſi aliquis ingreditur paro-
chiam alterius, & exercet actum colligendi decimas in paro-
chia aliena, & colligit tantum vinum, per hoc non acquirit
quaſi poſſeſſionem colligendi decimas de grano: & hæc poſ-
ſeſſio non eſt iuſta, & ei reſiſtit ius, vel ſola patientia non iuſti
ficatur. Secus puto in actu eligendi, quia ſi patientia aliquo-
rum canonicorum poſtularet cũ quis intentione quærendi
quaſi poſſeſſionem iuris eligendi, acquireret vtranque, vt ſu-
pra dixi, cum patiẽtia canonicorum iuſtificatur poſſeſſione,
45 de electione. cum Vintoñ. & ſ. c. cum eccleſia. † Ex his apparet,
ꝙ etiam ſi quis tãquam patronus defendit bona eccleſię, vel
ab eccleſia alimentatur, per hoc non concluditur in poſſeſſio
ne iuris præſentandi, altero poſſidente, vel non poſſidente, ni-
ſi forte ex voluntate patroni poſſidentis induceretur in quaſi
poſſeſſionem iuris pręſentandi alterius horum actuum animo
& intentione vt quærat totum, vt quia actus proceſſerit
46 ad transferendum ius totale. † Ex his infertur, ꝙ ſi epiſcopus
in dioceſi ſua, vel vbi eſt dubiũ de dioceſi, exercuit actũ chriſ-
mãdi, vel alium actum iuris epiſcopalis, cenſetur eſſe in quaſi
poſſeſſionẽ totius iuris epiſcopalis, vt eſt caſus de reli. do. c. j.
47 ¶ † Nunc vltimo reſtat videre quid exigatur ex parte rei, in
quam ius quæri intenditur. Dico, ꝙ quandoque agitur de ac-
quirenda quaſi poſſeſſione iuris in vna re tantum, quandoq;
in pluribus. Si in vna, quia ius concernit totam rem, ſufficit
etiam vſu contingere partem rei, ff. de acquir. poſſ. interim
partem fundi, ſciente domino fundi, & patiente. Si intendo ac
quirere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in caſtro, ſufficit ꝙ
in aliqua parte caſtri iuriſdictionem exerceat, ſcientibus, &
patientibus illis de caſtro: niſi forte iuriſdictiones eſſent diui-
ſę p quarteria, vel partes, quia tunc ſufficeret exercuiſſe iuriſ-
dictionem in aliqua parte quarterij ad quærendam eam re-
ſpectu totius quarterij, & non reſpectu alterius quarterij. Et
aduertendum, ꝙ vnam rem appello habito reſpectu ad cõ-
prehenſibilitatem iuris: nam in iure epiſcopali vnam rem di-
cerem vnam dioceſim, vnam parochiam: in iure vſusfructus,
vnum fundũ. Ideo ſi quis exercet ius decimale reſpectu vnius
fundi, ſcientibus & patientibus omnibns de parochia, & fun-
dus cõis eſſet, totalis iuris decimalis acquireret quaſi poſſeſ-
ſionem. De hoc de reli. do. c. j. Quandoq; ius non concernit to
tam rem, ſed poteſt reſtringi ad aliquam partem rei, vt eſt ſer-
uitus viæ: tunc ſi vſus eſt determinatus in tota, acquirit quaſi
poſſeſſio eundi ad totam rem, ff. ſi ſerui. vendi. ſi cui. & l. certo.
§. j. ff. de ſerui. ruſti. præd. & quemadmo. ſeruit. amit. l. ſi in par
tem. Compellitur tñ ire ciuili modo, ne tempore meſſiũ, vel
vindemiarũ vadat per medias ſegetes, vel vineas, vt d. l. ſi cui.
& etiam per iudicẽ, & arbitrum poſſet compelli ad terminan
dam aliã viam ad certam partem fundi, vt d. l. certo. §. j. Si au-
tem vſus eſt determinatus ad certam partem rei, quaſi poſſeſ-
ſio reſtringitur ſolum ad illam partem rei, in qua vſus, vt in di
ctis iuribus. Si agitur de quęrenda quaſi poſſeſſione in rebus
pluribus, tunc ſi res erunt omnino ſeparatę, quia nec reſpectu
rei nec reſpectu iuris inter eas eſt ꝯiunctio aliqua, non quærit
quaſi poſſeſſio, niſi in re in qua datur iuris exercitium. Ideo ſi
ſum vſus quaſi poſſeſſione iuris decimalis ĩ vna parochia, vel
iuriſdictionis in vno caſtro, vel ciuitate, vel iuris eligendi in
vna eccleſia, vel præſentandi cum intentione quærẽdi in alijs
ciuitatibus, parochijs, vel eccleſijs, non acquiro quaſi poſſeſ-
ſionem in alijs ſeparatis, niſi forte aliæ res ſeparatæ accederẽt
ad alia: vt ſi ciuitas habeat caſtra ſubiecta, in quibus conſue-
uit iuriſdictionem exercere principalis dominus ciuitatis, vel
eccleſia habeat alia acceſſoria vnita, vel copulata eius bonis,
acquiſita quaſi poſſeſſione in principali, quæritur quo ad ſu-
biectos, Inſtitu. de adop. §. iſtius. ff. de capt. ducẽ. alias, de capi.
diminu. l. in liberos. ad hoc no. Vin. de religio. domi. quia mo-
naſterij. Quãdoq; res non ſunt omnino ſeparatæ, ſed iunctæ
ſaltem reſpectu contiguitatis iuris, etiam ſi ſint ꝯtiguæ actu
& habitu, per exercitium iuris in vna quærit quaſi poſſeſſio
quo ad alias. Ideo ſi dñs habet exercitium iuriſdõnis in toto
populo, & alter exercet iuriſdõnem in aliquem de populo, il-
lo ſciente, & patiente, ꝙ intendit quęrere in toto populo, in to
to quæritur quaſi poſſeſſio iuriſdõnis. Et hoc tenet Inn. de ca.
mo. dilectus. qa iam vnita eſt, & ꝯtingua in toto populo. Ideo
tangens partem, totum tetigiſſe vr̃, de pęniten. diſtin. 2. vulga-
ris. ad hoc l. j. §. Iulianus. ff. de iti. actuque priua. nec tunc extẽ-
ditur iuriſdictio de perſona ad perſonam, quia vnita erat iu-
riſdictio in vna perſona, quæ plures comprehẽdit. Ad hoc de
deci. ad audientiam. Idem puto, ſi iuriſdictio eſſet determina-
ta in loco ad certã dignitatem: vt quia ſi aliquis vteret aliqua
parte iuriſdictionis, totius quaſi poſſeſſionẽ acquireret: iõ ſi
aliquis tanquã eps exerceret quaſi iuriſdõnẽ epalẽ in vno de
populo, ſciente, & patiente epo proprio, q̃rit quo ad oẽs. Itẽ ſi
quis Comes habeat comitatũ, & iuriſdõnem in comitatu, &
alius tanq̃ comes exercet iuriſdictionem, illo patiente in ali-
quo de comitatu, in toto comitatu acquiret quaſi poſſeſſio-
nẽ iuriſdictionis. Quandoq; res non ſunt iunctæ reſpectu iu-
ris, quod agitur quæri, vt quia in ciuitate eſt populus, nec ibi
aliquis ſuperior iuriſdictionẽ habens, & ago quærere iuriſdõ-
nem reſpectu ipſius populi, per exercitium iuriſdõnis in vno
de populo non acquiro quaſi poſſeſſionẽ in oẽs de populo.
Hoc dicit Innocen. in d. c. cum dilectus. de cap. mo. quia alius
eſt Titius a Martino, & alia eſt iuriſdictio in Titium, & alia in
Martinum. Vnde dato ꝙ ſint ſub vno populo, non ſunt ſub
vna iuriſdõne: quia adhuc non eſt vnica in vno, ideo exerci-
tium iuriſdõnis in vno non extendit ad reliquũ. Nec obſtat
quod dictũ eſt ſupra, ꝙ exercendo partem iuriſdõnis quæro
totam, ſi habeo intentũ quærendi totam: quia poteſtates iu-
riſdõnis ſunt omnes contiguę ſuper hoc toto, iuriſdõ: ſed om
nes de populo, licèt ſint cõtingui ſub eodem populo, nõ ſunt
contigui ſub hoc toto, iuriſdõ, quæ agitur quæri: vnde non da
tur contiguitas, ſaltem actu reſpectu eius iuris, quod agitur
quæri. Et hic eſt intentus Inn. Item quia ſingularium exigitur
48 patientia, cum de ſingularium præiudicio agitur. Per † hoc di
co, ꝙ ſi aliquis vult acquirere ius decimale in vna parochia,
altero prius non poſſidente, ſi exercet ius decimandi in vno
fundo, non acquirit quaſi poſſeſſionẽ quo ad aliorũ fundos:
quia cũ agatur de ſingulorũ pręiudicio, exigitur pati ſingulo-
49 rum. † Per hoc dico, ꝙ ſi quis ingrediatur domum conſuetam
ꝯferri canonico, vel aliquam rem de iure canonicali, ſcienti-
bus & patiẽtibus illis, ad quos ſpectat trãferre ius canonicale,
ꝙ p hoc acqrit quaſi poſſeſſionẽ iuris canonicalis, de p̃b. dile
cto. qa eſt ꝯtiguitas reſpectu iuris, quod agit quęri, ex quo agit
50 de patiẽtia vni⁹ tm̃, l. vna eſt via. ff. de ſer. ruſt. p̃di. vbi † ſi vtor
in fun-

in fundo vna ſeruitute viæ reſpectu vnius fundi, vti dicor etiã
reſpectu aliorum, quibus eadem ſeruitus debetur: quia illi di
cuntur contigui reſpectu iuris, de quo agitur. Et per hoc dicit
Inno. in loco prædalle. ꝙ ſi aliquis exercet iuriſdictionẽ in vni-
uerſitatem vt vniuerſitatem, non quærit in ſingularibus vt
ſingulis, qa alia eſt vniuerſitas a ſingulis, xij. q. ij. qui manumit
51 titur. ¶†Ex his apparet, quid de iure eligendi, an ſufficiat ſo-
la patientia exercitij actus eligendi, an quòd vltra hoc exiga-
tur, vt patiatur, vt electus habeatur pro electo. Innocen. de re-
ſti. ſpo. in literis. in gl. fi. magna, verſi. poſſeſſore, poſſeſſio autẽ
eligendi. dicit, ꝙ poſſeſſio iuris eligẽdi non põt quæri, niſi ele-
ctus habeatur pro electo ab iſtis, qui poteſtatem habent eligẽ
di, vel ad minus eis ſcientibus patiantur eum, qui eligit, eſſe
in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, ſuſtinendo electum ab eis,
qui ad minus in non contradicendo altero de modis, de qui-
bus ĩ. dicam. Si autem alijs poſſidentibus ignorantibus eligãt,
non acquirunt quaſi poſſeſſionem, quæ non admittitur, niſi
eis ſcientibus, & de recuperatione deſperantibus, ff. de acqui.
poſ. l. clam. §. qui ad nundinas. Plus exigere videtur Inno. in c.
ij. ſ. de in integ. reſti. in gl. per monachos. verſi. vnde ſi poſſeſ-
ſor. ꝙ habentes ius eligendi ſciant, & patiantur electum ab il-
lo inſtitutum, & confirmatum, antequam illi quæratur quaſi
poſſeſſio, qui eligit. Ideo dicit, ꝙ ſi videntes electum in poſſeſ-
ſione eccleſię, ſtatim intra tempus ſtatutum eligãt, vel implo
rant iudicis officium quàm citius poſſunt, quia arbitrio boni
viri eſt relinquendum, vt remoueatur ab eccleſia, cum nõ ſit
per eos electus, pati non videntur, ita ꝙ ille, qui eligit, acqui-
rat quaſi poſſeſſionem. Innocen. plus dicit, ꝙ ſi infirmitate te-
neretur, vel copiam iudicis non haberet, coram quo agat, vel
aliam iuſtam cauſam, ſiue de iure, ſiue de facto haberet, non
acquireretur ingrediendi quaſi poſſeſſio. Nec ob. prædictis, ſi
dicatur, ſecundum hoc eſt impoſſibile quæri quaſi poſſeſſio-
nem iuris eligendi. Et ſi dicis, ꝙ ſola electio non quæritur, vt
eſt dictum, quod verum videtur, ꝙ ex quo electio non habuit
effectum, quia non fuit confirmata, nec habuit poſſeſſionem
dignitatis, non poteſt dici eligentem quæſiuiſſe quaſi poſſeſ-
ſionem iuris eligendi per ſola verba, quæ protulit, Ego eligo
talem. Nec etiam poteſt dicere, ꝙ per confirmationem quęra
tur, quando eſt habitus pro electo: quia ex alieno facto, quod
meo nomine non fit, mihi quaſi poſſeſſionem acquirere vo-
lenti nihil quæritur: quia vt dicit Inn. in d. c. ij, in gl. per mona-
chos. ver. ſed quærens. quæritur eligẽdi quaſi poſſeſſio, ex quo
ſuo facto, quando eligit, & ex facto aliorum, quando electio
confirmatur, & illi prius erant in quaſi poſſeſſione iuris eligẽ
di, patiuntur eum pro electo, vel patiuntur agere quę prælati
agunt. Vnde ex facto ſuo, iuncta patientia illorum, quæ nõ di-
citur perfecta, & firma, ante quam patiuntur electum haberi
pro electo, eis hoc patientibus quæritur quaſi poſſeſſio: quia
in quaſi poſſeſſione quærenda exigitur patientia illorum, qui
poſſidebant, de poſtu. præla. bonæ, & ſic patientia illorum, ha-
bẽdo illum pro electo, trahitur ad tempus electionis. Ad hoc
ſ. eo. cum eccleſia. vbi probauerunt clerici, ꝙ interfuiſſent ele
ctioni trium epiſcoporum immediate præſentium, ſ. eo. cum
olim extiterit, &c. Tu dic, ꝙ ſi conſtat de voluntate habentiũ
ius eligendi, ꝙ permittant alium electioni intereſſe, vt ius ha-
bentem: credo ꝙ hæc ſola patientia ſufficit. Et idem ſi conſtat
tacite, quia ſecum eligunt, nec proteſtantur, nec aliquod op-
ponunt. Vel ſi proteſtantur, vel admittere nolunt, ipſe quaſi
poſſeſſionem quærere intendit, inuitis eis proteſtando electio
ni intereſt, & tacitum operatur, ꝙ illi reuocãt proteſtationes
ſuas. Vel ſi ipſe eis a capitulo eligit, hoc ſolo actu vſq; ad ſecu
tam confirmationem, quæritur quaſi poſſeſſio, vt dicit Inno.
in d. gloſſ. per monachos. ver. hæc tamen intelligo vera. circa
princ. Puto tamen, ꝙ ſi incontinenti eligerent, vel illi electio-
ni contradicerent, vt implorando iudicis officium, vel actum
aliquem facerent, ꝙ incontinenti recuperarẽt poſſeſſionem,
& ſibi liceret, vt dicit Innoc. in loco prædalle. C. vnde vi. l. j. de
reſti. ſpo. olim. Quandoque actus electionis fit a volente quę-
rere quaſi poſſeſſionem iuris eligendi tali modo, quo non eſt
clarum de patientia eligentium, vel habentium ius eligendi
pure, quia per ſe eligunt ſcientibus illis: & tunc cum habeant
facultatem oſtendendi, & defendendi vſque ad confirmatio-
nis actum, vel alium, per quem ſe gerat pro electo prælato, in
quo completiue perficitur ius eligendi, cum confirmatio ſit
de parte iuris eligendi, ſupra de conſue. cum dilectus. pote-
runt oſtendere impatientiam ſuam in confirmationis actu:
poſſunt enim actũ electionis pati, quia credunt ꝙ nihil agant,
& expectant hæc detegere ſuo tempore. Ideo nõ patiuntur vt
ius habenti: & ſic non quæritur quaſi poſſeſſio. Et idem pu-
to in iure præſentandi, & ſimilibus. Sit ergo cautus aduo-
catus articulans, vt concludat quòd talis inetrfuit in actu
eligendi, quo fuit talis electus, & confirmatus, & pro præla-
to habitus, ſcientibus & patientibus talibus canonicis, ad
quos de iure ſpectat ius eligendi, & ſimiliter in iure præſen-
tandi. Et hæc pro præſenti ſufficiant ad laudem omnipo-
tentis Dei.

## ¶De reſtitutione ſpoliatorum. Rub.

¶Viſo de cauſa poſſeſſionis, quia cauſa ſpoliationis poſſeſſo-
ria, ideo de illa ſubmittit. Vel viſo qualiter poſſeſſio perdatur,
qua perdita reſtituenda eſt: Ideo &c. Materia, ij. q. ij. iij. q. j. &
repetitur in Sexto.

### SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ſi conſentit ſpoliationi, de qua petit reſtitutionem, poteſt ſibi quæſtio de proprietate referri. nu. 23.*
2 *Poſſeſſorium recuperandæ datur de iure canonico pro quacũque irrationabili occupatione.*
3 *Spoliato agenti recuperandæ non obeſt aliqua exceptio.*
4 *Libellus in poſſeſſorio recuperandæ quomodo formari debeat.*
5 *Poſſeſſorio recuperandę agenti nulla proprietatis exceptio nocet.*
6 *Clauſula reſcripti, per quam mandatur delegato, vt veritatem inquirat, quid importet.*
7 *Actor quando deficit in ſua intentione, debet deſiſtere a ſuis propoſitis.*
8 *Exceptio notoria obſtat ad proceſſum actoris, vbi notorie conſtat de actoris defectu.*
9 *Libellus in poſſeſſorio concludens rem ſibi reddi, bene concludit.*
10 *Poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat exceptio proprietatis volente actore propoſita. nu. 23.*
11 *Reſtitutio datur parte non inſtante ex officio, vbi periculum etiam animarum imminet.*
12 *Contra ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperandæ admittitur contentio concludens ad poſſeſſorium, licèt proprietatis contentio non admittatur inuito actore. nu. 23.*
13 *Rector eccleſiæ qua actione recuperet ius decimarum.*
14 *Religioſus, vel monachus, admittitur ad defenſionem ſine mandato.*
15 *Spoliato agenti poſſeſſorio recuperandæ, non ſufficit probare dominium, niſi probet de poſſeſſione, & ſpoliatione.*
16 *Dictio, alioquin, quid importet.*
17 *De violentia, aut ſpoliatione per aliquem illata, quomodo eccleſia, vel dominus teneatur.*
18 *Ex familiæ facto quando dominus teneatur.*
19 *Villa, aut ciuitas an teneatur ex damno vel delicto ſui ciuis. 21. 22.*
20 *Scire quando quis præſumatur aliquid, etiam ſi agatur de facto communitatis.*
24 *Spoliato agenti poſſeſſorio, vel interdicto adipiſcendæ, obſtat exceptio proprietatis.*
25 *Fructus percepti, & percipiendi ſunt reſtituendi agẽti etiam ſpoliato, poſſeſſorij materiã intentata.*
26 *Expenſas, vel ſumptus iure retinet ſpoliatus reintegratus, quas inuaſor donare videtur.*

### C. A. P. I.

1 LIcet. ¶† Si conſentit is, qui reſtitutionem
petit, poteſt ſibi quæſtio de proprieta-
te referri. hoc dicit. In prima ſpoliati conque-
ſtio. In ſecũda, ibi, quod ſi, cauſę commiſſio bi-
2 membris. Secũda ibi, alioquin. ¶†Nota, quòd
de quacunque irrationabili occupatione da-
tur de iure canonico poſſeſſorium recuperandę. dicetur infra
3 eodem, ſæpe. ¶†Not. ij. quòd ab agente recuperandæ excludi
tur omnis exceptio, quo minus reſtituatur: & ſic cõtra ſe nul-
4 lam admittit exceptionem. ¶†Not. tertio practicam conclu-
ſionis libelli in poſſeſſorio recuperãdæ, Peto ante omnia poſ-
ſeſſionem rei ablatæ reſtitui: & ſic non debet concludere rem
reſtitui. Vide in Spec. de act. & peti. §. ſequitur. ver. ſed quam
vocas. dicam infra c. cum ad ſedem. vide in Specu. in loco al-
5 leg. §. j. ver. & ſcias. ij. col. ¶†Not. ꝙ exceptio proprietatis con-
tra agentem recuperandæ non admittitur, niſi volente, & cõ
6 ſentiente actore. ¶†No. ꝙ per hæc verba, Veritatem inquire:
vbi cauſa committitur inter duos, nõ poteſt iudex ad inquiſi-
tionem procedere, ſed oportet quod cauſam agat iure ordi-
7 nario, inſtãte parte: ad quod de iudi. exhibita. ¶†Nota conſi-
lium actoris, & modum practicandi, quando actor deficit in
ſua intentione, vt dicatur ſibi vt deſiſtat a ſua intentione, ne
innanibus ſumptibus vexetur, ff. de inoffic. teſtamen. l. prima.
8 †Et ſic videtur, ꝙ exceptio notoria, vel vbi notorie conſtat de
defectu actoris, obſtat exceptio ad proceſſum, de quo infra de
9 except. paſtoralis. ¶†Vltimo not. in poſſeſſorio poſſe conclu
di rẽ reddi, & ſententiari. Et ex hoc habes aliam practicam, qa
10 redditur res ratione poſſeſſionis. ¶†Not. ꝙ agenti poſſeſſorio
recuperandæ obſtat exceptio proprietatis, de qua conſtat pro
11 batione iam iudicialiter facta, licèt partiũ voluntate. ¶†Opp.
ꝙ reſtitutio detur parte non inſtante, ij. q. j. notum. no. Archi.
& no. in Spe. de peti. & poſ. §. j. ad finem. Sol. Reſtitutio datur

regula-

regulariter parte inſtante. Fallit primo, vbi periculum eſt ani-
marũ, quia ex officio reſtituit, vt in c.j. de conuer. coniu. no. de
12 diuor. c.j. ¶†Oppo. quòd aliqua admittatur contentio contra
agentem poſſeſſorio: nam contendi poteſt contra agentem
non ſpoliatum, in c. olim. & c. accepta. Solu. Non admittitur
contentio proprietatis, ſed admittitur contentio concludens
13 ad poſſeſſorium. † Per hæc dicunt Domini de Rota, ſua con-
cluſione cliiij. quòd ſi rector parochialis eccleſiæ agat poſſeſ-
ſorio recuperandæ pro decimis terrarum in ſua parochia cõ-
ſiſtentium, quibus dicit ſe per aliquos ſpoliatum a quinque
annis citra, & religioſi ad excluſionem poſſeſſorij dent arti-
culos, quibus per centum annos & citra, & vltra per tantum
tempus, cuius memoria &c. fuerunt in quaſi poſſeſſione per-
cipiendi, & a preſtatione liberi, & immunes: admittitur hæc
exceptio. Non ob. quòd illis reſiſtit ius eccleſiæ, per c. ad deci-
mas. de reſtitu. ſpoliato. quia illa loquitur in agente, hæc in ex-
cipiente ad retinendam poſſeſſionem, & excludendum poſ-
ſeſſorium: duo enim non poſſunt eandem rem in ſolidũ poſſi
dere: & verbum, & citra, quod notat continuationem, vt not.
de proba. licet cauſam. Vnde cum continuent poſſeſſionem,
non ſpoliant: & ſic excluditur poſſeſſorium, infra c. cũ veniẽs.
14 cum ſimil. ¶†Oppo. quòd non debuerit admitti conuentus,
de ꝓcu. c.j. Dic ꝙ habebat mãdatum: vel dic ꝙ admittitur ad
defenſionem ſine mandato, ſecundum Gul. no. xij. q. ij. non li-
ceat. de reb. eccle. nõ alie. ſi quis. de teſti. cum olim. Et per hãc
remiſſionem tolluntur quę ſuperflue ponit Ioan. de Lign.
15 ¶†Oppo. quòd non ſufficiat non probare reum de dominio,
vt reſtituatur, niſi probet de poſſeſſione & ſpoliatione actoris,
16 de reſcrip. olim. † Solu. Dicit, ꝙ dictio Alioquin, ſic debet in-
telligi, & exponi, ſi conuentus non probauerit de dominio, &
17 actor probauerit de ſpoliatione. ¶†Vltimo per decr. dicit Ho
ſtien. & Abb. eccleſiam teneri de violentia per ſuos homines
illata. Quod dicit verum Hoſt. quãdo res peruenit ad ipſam,
ĩ. eod. ſępe. vel quando hoc mandauit, vel ratum habuit, ĩ. eo.
cum ad ſedem. cum concor. §. ſi. Gloſ. tetigit ff. de incen. rui. &
18 nau. l. ne quid. † & tenuit, quòd de factis colonorum, & aliorũ
poſitorum ad cuſtodiam agrorum, vel reorum dominus te-
netur, ar. Inſti. de obl. quæ ex quaſi delic. §. ſi. quod non placet
Bar. quia domini non tenentur ex facto familiæ, niſi quando
delinquunt in miniſterio, quorum operis vtuntur: vt ſi publi-
canus impoſuit familiam ad vectigal exigendum, & in vecti-
gali deliquit, l.j. §. familiæ. ff. de publi. niſi eſſet præpoſitus ad
cuſtodiam totius territorij, ne committatur furtum, & roba-
ria ibi facta per extraneum, ſi fuit ſciens: quia dominus tene-
batur ad cuſtodiam ſui loci, C. de fal. mo. l.j. & de his, q ve. æta.
19 l.j. & hoc dicit gloſ. 3. d. l. ne quid. † Villa autem, vel comitatus
glo. tenet ꝙ non tenet, in Auth. vt nulli iudi. §. q vero. colla. ix.
& ibi tenet Iaco. de Bel. ibi concludit bene, quòd & dominus,
& villa, & comitatus, ſiue fuerit dominus reſpectu iuriſdictio
nis, ſiue reſpectu proprietatis loci, vbi delictum eſt commiſ-
ſum, ſi fuit ſciens, & prohibere valens, l.j. in fin. ſi fa. fur. fe. di.
aliàs ſi non poterat, non tenetur. Licet alias ſit verum, quòd
ſola ſcientia nõ faciat quem teneri ex delicto, niſi interueniat
vſus, vt l. ſciẽte. de parrici. & not. per Bart. in d. l. j. ſi fa. fur. fe. di.
20 & not. ĩ. de ſenten. excom. quanto. † Dicit autem vniuerſitatẽ
hoc ſcire, quando factum eſt ita palam, quòd maior pars vni-
uerſitatis ſciunt, l. quod maior. ad muni. & l. aliud. §. refertur.
21 ff. de regu. iur. † Probabitur autem damnum, ſecundum ali-
quos, per iuramentum, vt l. ſi quando. C. vnde vi. Dic de hoc
vt dixi ſ. quod met. cau. c. fin. & per Doc. in d. l. ſi quãdo. & per
22 Barto. in d. l. ne quid. † Et imponitur pro ſatisfactione collecta
pro ſolido & libra, C. de mu. patri. l. ſi. lib. xij. & non in capita, l.
fin. C. de naufra. lib. xj. & tenet Spec. in titu. de cap. Dic vt in l.
aut facta. in fi. ff. de pęnis. per Barto. & in l. 4. §. ſi actor. ff. de iu-
dic. poſuit hic Ioan. de Lig. & ſunt verba Barto. in d. l. ne quid.
23 ¶†Oppo. cum gloſſ. quòd non debuerit admitti proprietatis
exceptio, infra c. in literis. & c. ex conqueſtione. cum ſimil. So-
lu. non admittur inuito actore, ſed volente ſic. Grauauit ergo
ſe, inquantum admiſit exceptionem proprietatis: ſed releua
uit ſe in alio, quia poſſeſſori non incumbebat probatio ꝓprie-
tatis: & modo ſibi incumbit, ſecundum Innocen. Sed certe &
incũbebat, ex quo poſſidebat iniuſtè, C. de ꝓba. l. ius eius. ſed
24 hoc non conſtabat adhuc. ¶†Oppo. ꝙ eo inuito admittatur,
ſi actor incontinenti velit probare, infra eodem. literas. l. 3. §.
ibidem. ff. ad exhi. Solu. In interdicto adipiſcendæ committi
tur, ſi incõtinenti ſe offerat probaturũ, non in recuperandæ,
excepto caſu dicti c. literas. in cauſa ſcilicet matrimoniali, vbi
diſpenſare non poteſt. no. gloſſ. qualiter reſtringit illũ caſum,
gl. hic ponit, & veritatẽ dicit, & idem dicit in d. c. literas. licèt
contrarium ſenſerit Innocen. & male, ſ. ti. j. ad vltimum. Cau
ſa diuerſitatis hic aſſignatur, ſecundum Gof. & Hoſt. ꝙ inter-
dicta adipiſcendæ, & exhibitoria de facili expediuntur, & ſic
de facili impediuntur: ſed interdictum recuperandæ requirit
cauſę cognitionem, vt no. de offic. deleg. conſultationibus. Et
not. bene hoc dictum, quia quod not. in l. prima, C. quorum
bo. vt in poſſeſſorijs procedatur ſummarie, non procedit in
interdicto recuperãdæ. Dic ut dixi in d. c. conſultationibus. &
25 per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ¶†Op. ꝙ ſola poſ-
ſeſſio non reddatur, ſed & fructus percepti, & percipiẽdi, ĩ. eo.
26 grauis, gl. fatetur. ¶†Quæro, an ſumptus factos iure retineat.
glo. ꝙ non, quia inuaſor, & malæfidei donare videtur, Inſti. de
re. diui. §. ex diuerſo. quicquid plantatur, &c. Inſti. de re. diui.
§. ſi Titius. Imo tenetur etiam de eo, quod caſu perijt, ff. de le
ga. j. l. cum res. in fi. neceſſarios tamẽ ſumptus, ſine quibus res
perijſſet, retinet, C. de rei vendi. l. domum, ſecundum glo. De
hoc ĩ. eo. grauis. Anto. de But.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliato petenti reſtitutionem beneficij non obſtat exteptio abiurationis factæ poſt ſpoliationem. 12.*
2 *Exceptio, quæ poteſt eſſe veriſimilis, vbi opponitur, & non eſt veriſimilis, ſi illa habeat præſumptionem contra ſe, inueſtigandum eſt ex iudicis officio, an opponatur in caſu quo non ſit veriſimilis.*
3 *Renuntiationis exceptio factæ poſt ſpoliationem non admittitur.*
4 *Summariè diſcuſſum in præparatorijs iudicij circa legitimationem iurium admittendorum ad ingreſſum diſcuſſionis, debet iterato probari ad merita negotij.*
5 *Exceptio dubia, quæ poteſt, & non poteſt concludere admittendum, non ſtatim eſt reijcienda.*
6 *Fama non repellit legitimam exceptionem.*
7 *Iudex quando poſſit ſupplere ex officio inter partes.*
8 *Exceptio proprietatis non ſemper admittitur contra agentem poſſeſſorio.*
9 *Spoliato agenti poſſeſſorio recuperandæ obeſt exceptio detrahẽs iuri agendi poſſeſſorio.*
10 *Actio quod metus cauſa, tollitur exceptione voluntariæ ſolutionis.*
11 *Renuntiatio beneficij facta poſt metum illatum, an tollatur exceptione.*
13 *Renuntiatione facta de beneficio in manibus eius, ad quem ſpectat collatio, uel recipere renuntiationem, an is, cuius eſt recipere dictam renuntiationem, poſſit illud beneficium conferre propria authoritate.*
14 *Spoliatus agens poſſeſſorio an poſt annum audiatur.*

## CAP. II.

1 SOlicite. ¶†Petenti reſtitutionem non ob. ex-
ceptio abiurationis factæ poſt ſpolia
tionem. Ponitur commiſſio cauſæ quæ poſt proui
det replicationi: qua probata repellit exceptionẽ,
ibi, & ſi. Submittit rationem, ibi, quia non eſt. De-
mum principaliter diffinitionem, ibi, ſed teſtes. Ioan. An. pro-
ſequitur intellectum glo. ſummando. Ego aliter intelligo de-
cre. ſecundum quam contra agentem recuperandæ non veri
ſimilis exceptio non admittitur, ſed ea reiecta admittitur pro
2 batio poſſeſſorij, & diffinitio. hoc dicit. ¶†No. ſecundum iſtũ
intellectum primo, quòd vbi opponitur exceptio, quæ poteſt
eſſe veriſimilis, & nõ eſt veriſimilis, ſi illa habeat præſumptio-
nem contra ſe, inueſtigandum eſt ex officio iudicis, an oppo-
natur in caſu, quo non ſit omnino veriſimilis: & ſi ſic eſt, re-
3 pellitur, aliàs admittitur. ¶†Ex hoc no. ꝙ contra agentẽ poſ-
ſeſſorio non admittitur exceptio non veriſimilis, & cõtra quã
adeſt magna præſumptio: ideo exceptio renuntiationis factę
ante ſpoliationem admittitur, exceptio renuntiationis factæ
poſt ſpoliationem non admittitur, quia non eſt veriſimile ꝙ
quis ſponte renuntiet ſpoliatus. ¶†No. ſecundum alium in-
tellectum, quòd exceptio ſolum includens defectum proprie-
tatis in agentem recuperandæ, vt non detrahens iuri agendi
poſſeſſorio, non obſtat agenti recuperandę: ſed concludẽs ad
ſubſtantiam agendi poſſeſſorio, illa bene admittitur vt detra-
hens iuri agendi. Ideo renuntiatio ante ſpoliationem admit-
titur, quia concludit quem non ſpoliatum. Ex quo autem ſe
renuntiatione ſpoliant, & non admittitur renũtiatio poſt ſpo
liationem, quia non concludit niſi ad proprietatem, nõ quo
4 ad poſſeſſionem, quam ante perdiderat, ſecũdum Io. ¶†No.
ſecundũ vtrunque intellectum, quòd ſummarie diſcuſſum
in pręparatorijs iudicij, & circa legitimationem iurium ad-
mittendorum ad ingreſſum diſcuſſionis, iterato debet proba
ri ad merita negotij: & ſpoliatio probata ad finem declarãdi
an ante, vel poſt ſpoliationẽ fuerit facta renũtiatio, nõ ꝓficit
ad finem vt poſtea fiat reſtitutio. Ad hoc infra de teſti. veniẽs.
infra c. ex parte quod no. No. ꝙ defectus ſpei in faciliter recu-
peranda recludit habitum pro derelicto, & renuntiationem
5 inuoluntariam. ¶†Not. quòd exceptio dubia, quæ poteſt, &
non poteſt concludere admittendum, non ſtatim eſt reijcien-
da, ſed ante omnia diſcutiendum, an tali caſu opponatur: qđ
concludit ad hoc glo. de procu. petitio. ¶Nota, quòd non de-
bet admitti ad probandum, quod probatum non releuat.
6 ¶†Oppo. quòd ſuperflue mandet bis ſpoliationem probare:
nam in principio in diſcuſſione, an exceptio debeat admitti,
mandat

mandat diſcuti,an ante vel poſt ſpoliationem:& hic probabi
tur ſpoliatio:poſtea ſecundo incidet, ſi per teſtes probet, &c.
Solu.Primo mandat de hoc inquirere per famam,& hoc ſuf-
ficit ad reprobandam, & admittendam exceptionem: & hoc
nõ ſufficit ad obtinendum in interdicto, ĩ. de teſti. veniens.j.
Nõ placet hoc, vt ſola probatio per famam repellat exceptio-
nem legitimam, ſecundum Inn. & Hoſt.ideo dic ꝙ primo nõ
mandat inquiri de ſpoliatione, ſed de poſſeſſione,an tunc qñ
renũtiauit,poſſideret certe,& de ſpoliatione inquiritur. Ideo
dic ſm Io.An.ꝙ probatum ad vnum finem, ſ.exceptionis re-
pellendæ per viam replicationis, prodeſt bene quo ad illum
finem, maxime autem quando ſummarie eſt probata. Cum
ergo ad diuerſum finem,& principaliter deducatur ſpoliatio,
vt res reſtituatur, oportet ꝙ iterato probetur, quia ad iſtum
finem nõ fuit facta, nec ſufficit prima probatio in ſummario
7 in hoc plenario,ar.de teſti.veniens.ij.¶†Oppo.ꝙ cauſa ſpolia
tionis non debeat ex inquiſitione certari, ſed inter partes, cũ
inter partes iudex non ſuppleat, vt l.iij.§. hoc autẽ iudiciũ. de
dã.infec.ſ.de poſtu.ꝑlat.bonæ.j. Sol.Regulariter ex officio nõ
ſupplet in poſſeſſorijs. Fallit quãdo perſonę ſunt miſerabiles,
vel quando epiſcopus cognoſcit inter clericos ſuos,xj.q.j.ſi qs
cum clero.No.bene hunc caſum. Ad contraria dic, ꝙ iudex
hoc nõ ſupplet, ne inquirit ex officio ſuper principali petito,
ſed bene ſupplet,quando proponitur exceptio nõ veriſimilis,
8 & non concludens.¶†Opp.cum gl.ꝙ agenti poſſeſſorio in be
neficio non debeat admitti aliquo caſu diſcutienda exceptio
ſpontaneæ renuntiationis,vt pote ad proprietatem cõcludẽs,
ſ.c.j.ĩ.e.in literis.ſicut non admittitur exceptio non canonicæ
inſtitutionis,vt ſ.tit.j.cum ſuper. Gl.rñ.ꝙ quãdoque exceptio
ſolum detrahit proprietati,& non admittitur ↄ agentem poſ-
ſeſſorio,vt in contrario:quia cum aliud ſit proprietas,& aliud
poſſeſſio:item & aliud ſit poſſeſſorium,& aliud petitoriũ con
cernens ſolam proprietatem, nõ ob.agenti poſſeſſorio, cũ nõ
detrahat iuri agendi, vt l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de
9 acq.poſ.†Quandoque exceptio detrahit iuri agendi poſſeſſo-
rio,& eſt certum, vt quia agis tanq̃ ſpoliatus,nego,& excipio
te non ſpoliatum,vel te tunc nõ poſſediſſe:& hoc bene admit
titur tanq̃ pertinens.Quandoque opponitur exceptio dubia,
quę poteſt cõcludere ad petitorium tm̃, & ad poſſeſſoriũ tm̃,
vel ad vtrunque: vel ſi opponitur ſic,ꝙ concludat ad poſſeſſo
rium,replicatur,ita ꝙ non concludit: & tunc ante omnia,an-
tequam admittatur exceptio,iudex etiam ante probationem
principalis poteſt æſtimare,& debet factum circa exceptionẽ,
an ſic ſe habeat ꝙ cõcludat ad poſſeſſorium: & tunc admittit
exceptionem.An ſic ſe habeat,ꝙ nõ cõcludat,& ipſam repel-
lit,& admittit actorem ad probandum,vt hic. Exceptio enim
ſpontaneæ renuntiationis concludit ad poſſeſſorium, quan-
do fuit renuntiatio facta ante ſpoliationem: quia renũtiatio-
ne probata perdita eſt poſſeſſio,& proprietas,l.ſi quis vi.§.dif-
ferentia.ff.de acquir. poſſ. & ſic renuntians nõ potuit ſpolia-
ri.Ad poſſeſſoriũ autem nõ cõcludit, qñ eſt facta poſt ſpolia-
tionẽ: qa cum iã fuerit ſpoliatus poſſeſſione,quam nõ habe-
bat,renuntiare nõ intendebat, vt de renun.cum P.& ſic ordi-
natur ad tollendam ſolam proprietatem,quam habebat:con
cludebat ergo ad ſolam proprietatem.Si ergo opponit ſimpli
citer exceptio ſpõtaneæ renuntiationis,& nõ apparet an ante
ſpoliationẽ,vel poſtea facta fuerit, vel de hoc excipiendo,vel
replicando inter partes reuocatur in dubium: iudex ante oĩa
examinat ſummarie,an ſic opponat,ꝙ cõcludat: & ſi reperit
cõcludere,illam admittit,& actorẽ repellit:ſi nõ cõcludit,ad-
mittit actor ad probãdũ, & repellitur exceptio. Ex hoc habes
practicam, vbi opponitur dubia exceptio, quæ põt,& nõ põt
cõcludere ad intentum agentis, qa iudex nõ ſtatim eã reijcit,
maxime ſi pars dicat eã tali caſu occurriſſe,ꝙ cõcludat,alio ↄ-
rio replicante: ſed illam debet examinare, an occurrat factũ
10 exceptionis tali caſu,ꝙ cõcludat.†Huic obuiat,ꝙ vr̃ exceptio
nem indiſtincte admitti debere: qa dato ꝙ ſpoliatus renũtia-
uerit,præcedens violentia purgatur per ſubſequentem volun
tariam renuntiationem. Sic actio quod me.cã tollit pro pro-
miſſione meticuloſa,ſecuta voluntaria ſolutione,ff.condi.ob
cauſam.l.pe.dicit ibi,ſolutio ordinabitur ad tollẽdã exceptio-
nem odioſam,vt eſt quod me.cã,vel ob turpẽ cãm,hoc ad tol-
lendum interdictũ quod fauorabile,ff.de cõdi.inde.l.qui exce
ptionem.Hoc nõ placet, qa ſi ponderet exceptio per reſpectũ
ad odium inferentem,& turpitudinem agentem,ita eſt odio-
ſum poſſeſſoriũ,ſicut & actio quod met.cã,& condõ ob cãm,
de cau.poſ.cle.j.Si per reſpectum ad eum,cui violẽtia, vel tur-
pitudo illata eſt,vtrunque eſt fauorabile:& ideo deret pariter
priuilegiari, & fortius exceptio, l.inuitus.§. cui damus. ff.de
regu.iur.de iudi.intelleximus. Ideo ſecundo ſoluit,hic renun-
tiatio non ordinatur in reſpectum ad eum, qui poſſidet, nec
ad eius commodum, vt titulum parãdum, vt l.ij.C.pro emp.
l.ſi fundo.C. de rei ven. põt enim ex altera cauſa renuntiare:
vnde nõ habet in ſe cauſam tenendi,vel acquirendi per reſpe-
ctum ad poſſidentem,nihil ſibi acquirit, & vitium non purga
tur.Ibi ſolutio ordinatur ad quærendum ei,cui ſoluitur.& ha
bet in ſe,cauſa nõ ſubſiſtente,tacitam præſumptam donatio-
nem,ff.de ſolu.ſi cum aurum. Ideo ex tacita cauſa tenendi ex
actu ſolutionis ſurgenti purgat primũ vitium, & mutatur cã
poſſidendi, cã extrinſecus accidente, l.nõ ſolum.§.quod vul-
go.ff.de acqr.poſſ.& l.cum nemo.C.de acqui.poſſ. Per hoc vr̃,
ꝙ ſi renuntiatio fieret ex pacto, non ex renuntiatione,puta ꝙ
ordinaretur ad perſonam, & eius contemplatione, ꝙ purgat
vitium violentiæ.Sed hoc nõ placet in beneficialibus,cũ exce
ptio nõ poſſit haberi cã tenendi,in alijs procedere poſſit. Sic
intellige no.per Inn.de renun.ſuper hoc.& e.tit. a dino.& no.
Io.iij.q.j.in ſumma. & no.ſ.de ord.cog. cum dilectus.& c.ſup
ſpoliatione.Vel tertio hic in renuntiatione facta abſente par-
te, ex qua non quæritur aliquo mõ aliquid,vt l.certũ.§.ſi quis
abſente.ff.de confeſ. vbi in ſpoliatione facta parti,ex qua quę-
ritur,quia valet,ex quo fit cum parte. Per quæ patet,ꝙ ſi renũ
tiatio eſſet facta præſente parte,ꝙ vitium purgaret,quaſi hẽat
vim pacti,vt patet ex no.C.de pac.l.j.Sed non puto,ꝙ nec pa-
ctum, nec renuntiatio habens in ſe tacitũ pactum, cum ordi-
netur ſolum ad tollendum ius beneficij, & ſic proprietatem,
illa nõ dabit cãm tenendi ipſi poſſidenti: vnde nõ purgabitur
primum vitium,etiam in alia re, q̃ beneficio eccleſiaſtico,l.2.
ff.pro emp.niſi aliter impugnaretur,ꝙ concluderet ad poſſeſ-
ſorium.vt ĩ.dicam. Ad hoc quod no.ff.de rei ven.l. hæc ſi res.
& in l.j.ff.pro emp.Ideo ſolue quarto, vt dicit Inn.ſ.de renun.
c.ſuper hoc.Solu.ad promiſſionem ſe habet vt executio,ideo
illa vt proximior attracta a promiſſione, & ab illa cauſata, vt
in eis implementum tendẽs purgat vitium promiſſionis: hic
renũtiatio nõ eſt ↄiuncta ſpoliationi vt eius executio, cũ alte-
ro reſpectu fieri poſſit, meritoꝗ neceſſario nõ cauſat,vr̃ mouet
a ꝓmiſſione: nõ ergo illã approbat, vel vitium illius purgat.
Et ſic ſaluatur hęc lec.Sed huic ob.quia vr̃,ꝙ renuntiatio poſt
ſpoliationem cõcludat ad poſſeſſorium, & illi detrahat, & ſic
conſequenter admittenda ſit: renuntiando enim rem vr̃ ha
bere pro derelicto: ergo vr̃ voluiſſe perdere omne ius ad rem,
vel poſſeſſionem vendicandã,ff.de acqui.poſ.l.ſi quis vi.§.dif-
ferentia. Dic,ꝙ renuntians bene habet pro derelicto ius reale
ei cohęrens,nõ perſonale, vt eſt interdictum perſonæ cohærẽ
te facto ſuo quæſito: imo illi renuntiare nõ põt abſente par-
te, vt no.in l.j.C.de pac. & in ꝑſente renuntiatio rei nõ tolerat
illud ex iure renũtiationis, merito põt adhuc agere poſſeſſo-
rio,quia ad illud non ↄcludit. Per quæ puto,ꝙ ſi præſente par-
te renuntiaſſet illi iuri, vel etiam pactum feciſſet de non agen
do poſſeſſorio,illa exceptio admitteretur.Et ſic proprie loqui
tur Inn.de renun.ſuper hoc.in gl.in verbo,repoſcentibus.ver.
ſi autem.alle.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pacta. Per hoc determinant
Domini de Rota,ſua concluſione cccxciij.ꝙ contra agentem
poſſeſſorio, etiam in beneficiali, obſtat exceptio iuramẽti de
non moleſtando poſſeſſorio:alle.no.per glo.in exceptione pa
cti,ſ.de procu.ex inſinuatione.& Innocen.in d.c.ſuper hoc.&
Spec.eo.ti.de peti.& poſ.§.fin.ver.xij.Ad hoc dictum Ioan.iij.
q.j.in ſum.alle.de iureiur.peruenit.a contrario, & eo.c.ad no-
ſtram.& c.j.ſ.eo.Item quia hoc iuramentum poteſt ſaluari ſi-
ne interitu ſalutis æternæ, de iureiu.ſi vero. Ad quod facit qđ
no.Inn.de ord.cog.c.fi.& ponit ibi Cal.in v.opi. Saluo ꝙ in cã
matrimoniali,quia illi non obſtat pactum: no.gl.in c.literas.
in gl.iij.Non ob.ꝙ hoc iuramentum poſt ſpoliationem præſu
matur dolo,& metu extortum:quia hæc præſumptio põt pur
gari,vt ſi in inſtrumento publico, quod produceret, apparet
ꝙ ſpõte renuntiauit:vt quia dicitur ꝙ ſponte, & ea certa ſciẽ-
tia,&c.nec dolo,vel fraude, &c.maxime quando contra iura-
mentum nihil opponitur de dolo, vel fraude, de fi.inſtr.cum
Ioãnes.& d.c.ſuper hoc.Per quos fuit illud concluſum,ẽt ꝙ il-
lud iuramentum nõ ſolum extenderetur ad moleſtationes
iuris,ſed etiam facti, ſecundũ eos ſua cõcluſione cccxciij. Ad
hoc facit quod dixi poſt eos ſ.c.j. Per prędicta dicit Lapus ſua
alleg.xxv.ꝙ ſi pars antequam ſpoliaretur,cõſtituit ꝓcuratorẽ
ad renũtiandũ, qui renũtiauit poſtquam fuit ſpoliatus, ꝙ ex-
ceptio obſtat agenti poſſeſſorio, quia præſumitur voluntarie
renũtiaſſe:& ſic ceſſat ratio capit.Et quia hæc renuntiatio tra
hitur ad poſſeſſionem ex mente renuntiantis,cui a tanto tem
pore commiſſionis noluit renũtiare,& ſic cõcludit ad poſſeſ-
ſionem.Item quia cõſtituendo procuratorem habetur perin
de,ac ſi tunc renũtiaſſet, quia hic actus a nuda volũtate pen-
det,vt l.Paulus.de acquir.hæred. & quod no.in c.accedens.de
ꝓbẽ.trahitur ergo ad poſſeſſoriũ renũtiatio, cui renũtiare vo-
luit poſſeſſori,ergo ſubrogato loco poſſeſſionis: Quãquã hic
intellectus defendat, vt patet, text.aſſignat aliã rõnem,ꝙ hęc
exceptio non admittitur, quaſi inuoluntaria præſumatur, &
cauſata ab effectu ſpei primæ recuperandæ:ex quo dabitur ꝓ
regula, ꝙ habebit poſſeſſorium hoc aliud priuilegium: quia
vbicumque contra agentem poſſeſſorio opponitur aliqua ex-
ceptio non veriſimilis,etiam dato ꝙ ↄcludat ad poſſeſſorium,

vbi multæ ſunt præſumptiones contra eam, repelletur oppo
nens, & non admittetur exceptio, niſi tali caſu concludatur
ꝙ habeat in ſe veriſimilitudinem, vt eſt renuntiatio:qa ſi fiat
poſt ſpoliationem, ſemper præſumitur inuolũtaria. Sed huic
obuiat de renun.ſuper hoc.vbi exceptio ſpontaneæ renuntia-
tionis admittit̃,& tñ non eſt veriſimilis, vt ibi no.Dic ꝙ ibi op-
ponit̃ petitorio ſm intellectum,ꝙ petitorium ageretur: Ideo
admittitur,quia non eſt in hoc priuilegiatum:hic opponitur
poſſeſſorio,& iudicio de facili expedibili,& tali,ↄ̃ quod repelli
tur longa intentio, vt s̃.c.j.& l.ſi quis a ſe fundum.C.ad legem
Iul.de vi publi.ſecundum hoc non debet admitti exceptio re
nuntiationis ẽt factæ ante ſpoliationem,ↄ̃ tex.hic. Nam nõ eſt
veriſimile,ꝙ quis renuntiet beneficio multis laboribus,& ſu-
doribus acquiſito, maxime in quo viuere debet. Sed dic,ꝙ li-
cet non ſit veriſimilis tunc,tñ maiorem hẽt præſumptionem
ↄ̃ ſe poſt ſpoliationem. Si ergo non habet veriſimilitudinem
leuẽ,admittit̃, ſed cum cauſæ cognitione, vt d.c.ſuper hoc. ſi
magnã præſumptionẽ, vt qñ renũtiat poſt ſpoliationẽ, quaſi
p̃ſumit̃ ꝙ ex defectu ſpei recuperãdi renuntiet ex toto,nõ ad-
mittit̃ in poſſeſſorio de facili expedibili,ſic in petitorio. Et hoc
tangit glo.j.in prin.& gl.2.dicens,ꝙ ante ſpoliationem licet p̃-
ſumat̃ ↄ̃ renuntiationem, non obeſt tñ p̃ſumptio iuris, & de
iure,q̃ non admittat probationem in ↄ̃rium,ſed eſt p̃ſumptio
iuris,& de iure,quæ nõ admittit:nõ puto ꝙ ſit p̃ſumptio iuris
& de iure.Ideo puto, ꝙ ſi allegatur aliqua veriſimilitudo, vt
qa corã iudice, vel quia ſane ibi non moraret̃, vel inimicitias
haberet, vel præſumeret̃ ↄſciã, admitteretur exceptio, dũmõ
ↄcluderet ad poſſeſſorium: alias aũt nõ.Et ſic põt ſaluari iſte
intellectus:& hoc ſentiunt Domini de Rota, per ea, quæ dixi
11 s̃.poſt eos.qđ no.gl.de renun.ſuper hoc. ¶†Oppo.ij.ꝙ agenti
poſſeſſorio indiſtincte obſtet exceptio renũtiationis,j.c.pe.So-
lu.Hic renuntiauit corã nõ ſuo iudice, ibi corã iudice:qa pri-
mo caſu non tollitur p̃ſumptio inuoluntarij, ſecũdo ſic,ff.qđ
me.cã.l.non eſt veriſimile.Itẽ qñ renũtiatione facta corã iudi-
ce,& eſt notoria,& exceptio defect⁹ ꝓprietatis notorie obſtat
agenti recuperandæ, vt no. de fil.p̃sby.ↄſtitutus. Vel ſi agatur
poſſeſſorio tm̃,agenti non ob.exceptio ſpoliationis. Si agitur
petitorio & poſſeſſorio,obſtat,ſm gl.quaſi ex intẽtione petito
rij videatur data licẽtia opponẽdi, ar.eius,quod no.de or.co.
c.ij.Puto tñ,ꝙ ſi ſuſpendetur petitorium, qđ põt,& ſi perſiſte-
ret in ſolo poſſeſſorio,ꝙ ceſſaret exceptio,ar.s̃.de cã poſ.paſto
ralis. Vel iij.ſi opponitur exceptio ſpontaneæ renuntiationis
ſimpliciter,& nihil replicatur,illa admittitur,qa poſtea decla
rabitur in ꝓceſſu,vt in c.accepta. Si opponit̃,& replicat̃ ꝙ fue-
rit facta poſt ſpoliationẽ, & iudex tunc inquirit, ſi ſic inuenit
ꝙ ante ſpoliationẽ renuntiauit,repellit agentem.Si inuenit ꝙ
poſtea,illum admittit,vt hic,& in c.ſeq.& ſic non diſcordant.
12 †Cã aũt quare obſtet ante ſpoliationem facta renuntiatio, ꝙ
nõ poſt,eſt, qa primo caſu negat̃ proprietas & poſſeſſio,ſcđo
13 ꝓprietas ſola.Quod declara vt in primo ↄ̃rio glo, ¶†Propter
p̃dicta s̃. de renuntiatione coram cõpetenti iudice reuocat̃
in dubium: & hoc ponit Inn.hic, quod Io.An.hic transfert,
an poſſit is,ad quẽ ſpectat collatio facta renuntiatione in ma-
nibus eius,ad quẽ ſpectat recipere renuntiationẽ,illud confer
re propria authoritate,abſque quod det ei licentia conferen-
di:& an poſſit propria authoritate ſibi tradere poſſeſſionem.
Ad primum dicit, ꝙ libere põt alteri conferre abſque aliqua
licentia, ex quo vacat renuntiatione, habet poteſtatẽ a iure.
Ad hoc de præben. de multa. & c.licet ep̃s,eo.tit.lib.vj.qa hic
nullum habet collatorem poſſidendi:ad hoc quod no.de cõ-
ceſ.præben,cum noſtris.& c.literas. Cautius tñ eſt ad cautelã,
ꝙ habeat licentiam,vt eſt tex.j̃.de pur.can.cũ dilectus. Ideo ſi
collatio ſpectet ad recipientem renuntiationem,libere poteſt
conferre. Si ad alium, illi mandabitur vt conferat: licèt non
mãdet,poterit conferre ex mandato iuris,de cõceſ.præbẽ.c.ij.
Imo plus dicunt Inn. & Hoſt. ꝙ poterit poſtea collator ꝓpria
authoritate ipſum ſpoliare poſſeſſione: quinimo & is, cui eſt
facta collatio, illud ſm quoſdam poterit propria authoritate
occupare.quod vltimum non placet eis. De priuato ꝑ ſniã
an liceat ↄferre non data licẽtia, vide de accu.qualiter.ꝑ Inn.
in verbo,ad diminutionem.& vide Doc.de ↄceſ.præben.cum
noſtris.Conclude,ſi quæritur, an abſq; alia ſnĩa beneficium,
quod ab alio nõ canonice tenetur, ꝓſſit alteri ↄferre: dic,ſi
priuatio eſt facta ipſo iure, vt per renuntiationis actũ, vel ali-
ter,ſiue ſit idem cõferens,ſiue alter,põt alteri fieri collatio,ẽt
dato ꝙ nõ ſit ſecuta alia ſententia: quia ex quo facto eſt ipſo
priuatus,non expectatur alia ſnĩa,vt dictum eſt.Si non eſt pri
uatus ipſo iure,ſed ad priuandum,expectatur ſententia,vt qñ
ad mandatum ep̃i clerici contẽdunt promoueri ad ordines,
s̃.de elec.cum in cunctis.§.inferiora.de æta.& qual.q̃ris.qcqd
aliqui dicãt, non poterit procedi ad collationem, niſi ante
fiat actualis priuatio per ſnĩam: quia non eſt priuatus,anteq̃
actu per ſententiam priuetur.Hæc vera, excepto caſu de elec.
licet canon.lib.vj. vbi eſt priuatus ipſo iure. Ideo & tũc poteſt
fieri collatio abſq; alia cognitione: quia in hoc exequit̃ offm̃
ſuum,ſm Inn. Sed quærit̃, an poſſit pars comprehendere poſ-
ſeſſionẽ ꝓpria authoritate.Dic ꝙ nõ,ex quo nõ eſt vacans:de
quo plene ꝑ Inn.de arbi.ex parte.de p̃bẽ.licet ep̃s.Sed an colla
tor poſſit dare eam ꝓpria authoritate: hic Inn.dicit, ꝙ ſi non
eſt priuatus ipſo iure,non licet auferre ꝓpria authoritate:qa
expectat̃ ſnĩa,j̃.c.ↄquerẽte.C.de iure fiſ.l.fi.Si eſt priuatus ipſo
iure,tũc abſq; cognitione põt priuare illum poſſeſſione:quia
ſic priuando exequit̃ officiũ. Ita dicit hic Inn,alleg.de inſti.c.
3.de pac.cum clerici.Io.And.dicit, ꝙ hoc de collatione eſt ve-
rum,ſed quo ad poſſeſſionem,de præbẽn.licet ep̃s.lib.vj.Et re
mittit ad no.de offi.ord.c.ij.lib.vj. Puto, ꝙ ſi priuatio eſt facta
per ſnĩam, nõ exigitur alia cognitio, ex quo executio fit in re,
ſuper quã p̃ceſſit cognitio,vt no.in l.a diuo Pio.ff. de re iud.&
in c.veniens.ij.de teſti. de cauſa poſ.cum ſuper. & not.Io.An.
in d.c.iij.de offi.ord.lib.vj.Si priuatio eſt facta authoritate par
tis, vt renuntiatione,ſi illa facta coram iudice,tunc idẽ,quia il
la vt notoria habet executionem promptã,vt hic.Quod intel
lige,qñ idem iudex,qui renuntiationem recepit,vult exeq.Se
cus ſi alius,ad quem ſpectaret collatio, quia illud non eſſet ſi-
bi notoriũ,niſi aliter ſe informaret.Si eſt facta authoritate iu-
ris,ſi factum eſt notorium, & non hẽt aliquã excuſationẽ,po-
terit priuari poſſeſſione abſq; alia cognitione. Si nõ eſt noto-
rium, oportet ꝙ anteq̃ fiat executio, factũ per ſententiam de-
claret̃,vt in c.cum ſm.de hære. de pœnis.felicis.lib.vj.& not.in
in d.c.ordinarij.in Nouella.Et hoc,quia licèt perdatur ius ip-
ſo iure,non perditur per hoc poſſeſſio,vt l.fi.C.de acquir.poſ.
14 & de publi.l.commiſſa.& quod ibi no.¶†Quæro cum gl.vlti
ma,an ſpoliatus audiatur per annum agens poſſeſſorio.Dicit
gl.ꝙ quo ad rei proſecutionem actio eſt perpetua, quo ad pœ-
nam annalis.Hæc vera de iure ciuili:de iure autem canonico
vr̃ ꝙ debeat audiri perpetuo, per tex.iij.q.j.reintegranda. Qđ
dicit verum Gof. quando agitur condictione ex ipſo canone:
quia actio illa non eſt inducta a pretore, cuius remedia ſunt
annalia, vt l.honorarijs.§.ſed cum deſtiti.ff.de actio.& obl.ſed
eſt remedium canonis,& condictio ex lege,quæ vt perſonalis
eſt perpetua,C.de præſcri.xxx.anno.&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliato petẽti reſtitutionẽ eccleſiæ obſtat exceptio ſpontaneæ abiurationis.*
2 *Libellus in poſſeſſorio recuperandæ concludens,procedit,& bene cõcludit.*
3 *Exceptio ſpontaneæ abiurationis obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ.*
5 *Exceptio abiurationis propoſita contra ſpoliatum petentem reſtitui non pro bata,non obſtat quo minus reſtituatur ſpoliatus.*
6 *Renuntiãs beneficio, an perdat indiſtincte poſſeſſionem ciuilẽ & naturalẽ.*

## CAP. III.

1 ACcepta. ¶†Petenti reſtitutionẽ eccleſiæ ob-
ſtat exceptio ſpontaneæ abiuratio-
nis,h.d.in prima conſultatio duo continens,com-
miſſionis formam,& rei exceptionem.In ſecunda
2 ibi,mandamus.rñſio. ¶†No.j.ꝙ procedit libellus
in poſſeſſorio recuperãdæ, Peto rẽ reſtitui. ¶No.ij.ꝙ exceptio
non debet opponi, antequam conſtet de intentione actoris.
3 ¶†No.iij.exceptionẽ ſpontaneæ abiurationis obſtare agenti
poſſeſſorio recuperandæ.Et nota,ꝙ dicens ſpontaneam renũ
tiationẽ aggrauatur onere probandi. ¶Not.ꝙ probata exce-
ptione defectus proprietatis contra agentem poſſeſſorio, im-
4 ponitur perpetuum ſilentium agenti. ¶†Opp.ꝙ contra agen
tem poſſeſſorio non admittatur exceptio ſpontaneæ renuntia
tionis,vt in c.præcedenti. Multiplex ſolutio datur. Prima, ꝙ
hic renuntiauit ante ſpoliationem, & ſic concludit ad poſſeſ-
ſorium:ibi renuntiauit ſpoliatus, & ſic nõ cõcludit. Vel tunc
non admittitur,quia præſumitur ꝙ non ſponte,ex quo ſpolia
tus.Secunda, ꝙ ibi fuit replicatum de ſpoliatione ante renun
tiationẽ,hic nõ fuit replicatũ,ideo nõ admittit̃. Tertia,ſi ſpo-
liatus intendit irreuocabilẽ reſtitutionem, ſ.& retentionẽ ad-
mittitur exceptio ſpontaneæ renuntiationis, non vt impediat
ſpontaneam reſtitutionem, ſed vt impediat reſtitutionẽ,& re
tentionem:de quo j̃.eo.in literis. & pro hoc caſu s̃.de procur.
ex inſinuatione. Si intendit tm̃ momentaneã reſtitutionem,
tũc nõ admittitur, vt ibi. Et ſic ſaluat Hoſt. Vnde ad verbum,
Mandamus quatenus:ſupplet Hoſt.& eum reſtituatis:quo re
ſtituto,ſi vobis,&c. Quarta, ꝙ hic renuntiauit coram legato,
& iudicialiter:vnde illa renuntiatio tanquam notoria obſtat
agenti poſſeſſorio recuperandæ, licèt ſolum concludat defe-
ctum iuris agentis.Item quia tunc non præſumitur meticulo
ſa:ibi renuntiauit extraiudicialiter.Cum hac diſtinctione de-
bet intelligi Hoſt,3.q.j.c.j. Quinta,quòd hic agebatur petito-
rio & poſſeſſorio, ibi poſſeſſorio tantum. Ad hoc s̃.de or. cog.
cum dilectus. Alij,ꝙ illa continet diſpẽſationem, hic ius cõe:
quia contra iuramentum non debet audiri. Inño.dicit,ꝙ hic
renuntia-

renuntiationem : ibi fuit ſpoliatus a priuato. Alij, ꝙ hic in vi compulſiua, cui obſtat exceptio defectus prorietatis: ibi in expulſiua. Quod non placet, per ver. ſpoliatus. ſecundũ Io. And. dic, ſi agitur petitorio & poſſeſſorio, obſtat exceptio proprietatis renuntiationis, dum tñ veriſimilis cõcludat, niſi ſuſpendatur petitorium, vt dixi in c. præcedenti. Si actione quod metus cã, obſtat exceptio ſ. de renun. ſuper hoc. Si agitur poſſeſſorio retinendæ, admittitur, vt in c. ſeq. Si agitur recuperandæ, ſi opponitur exceptio ſpontaneæ renuntiationis, ante ſpoliationẽ admittitur. Si opponitur exceptio ſpontaneæ renuntiationis poſt ſpoliationem, non admittitur, niſi renuntiatio includat ad interdictũ. Si opponit exceptio ſpontaneæ renuntiationis ſimpliciter, admittitur ſi nihil replicat: ſi replicatur, poſt ſpoliationem renuntiauit, hic diſcutitur ante omnia, & ſecundũ euentum iudicabitur, vt in c. præcedenti. Hæc vera, niſi opponatur ꝙ facta fuerit coram iudice, & in iudicio: quia tunc indiſtincte illa vt notoria, & veriſimilis admittitur. Hæc vera, vbi agitur de reſtitutione momentanea. Si de irreuocabili, indiſtincte admittitur, vt poſtea quod factum eſt retractetur, ſecundum Hoſt. Per hoc dicunt domini de Rota, ſua concluſione lix. ꝙ permutanti obſtat exceptio renũtiationis, ſi agat poſſeſſorio: quia voluntarie renuntiauit, & quia renuntiatio habet cauſam tenendi, & quia tunc concludit ad poſſeſſorium. ¶Opp. gl. de inſtitu. cum veniſſent. vbi patet, ꝙ archidiacono agenti ſuper iuribus cuſtodiæ, & inſtitutionis, non ob. exceptio abiurationis. Sol. dicit gl. ꝙ ibi non ob. archidiacono agẽti, quia perſonaliter iurauit, ſed non præiudicat eccleſię: quia renuntiatio non fuit realis, nec eſſe potuit ad pręiudicium eccleſiæ. Item ibi actum fuit petitorio, ſecundũ aliũ intellectũ.
5 ¶†Oppo. ꝙ abiurationis exceptio non admittitur, de conceſ. præben. poſt electionem. Dic, ꝙ ibi non fuit probata: ideo reſtituitur, & eo reſtituto auditur, ſi velit probare abiurationẽ,
6 vt ibi dicitur in fi. ¶†Vltimo quæro, an renuntians beneficio indiſtincte perdat poſſeſſionem & ciuilem, & naturalem. Dicit Inn. ꝙ licèt renuntiet, nihilominus de facto poteſt incumbere poſſeſſioni, vt ipſe no. de renun. ſuper hoc. Et dicunt Domini de Rota, ſua concluſione cliij. ꝙ ſi lite pendente poſſidẽs beneficium renuntiet liti, & cauſæ, nihilominus poteſt cõdẽnari in fructibus per eum perceptis incumbendo poſſeſſioni facti, vt not. in d. c. ſuper hoc. & c. quod in dubijs. adeo ꝙ ſi in tali poſſeſſione ſpoliaretur, poſſet petere reſtitutionem, vt no. in c. ſuper hoc. Item quia actor non poteſt, etiam poſt renuntiationem, poſſeſſionem ingredi abſq; ſuperioris authoritate, ex quo incumbit poſſeſſioni de facto, de præben. licet. lib. vj. & c. eum qui. Quod no. quia limitat omnia prædicta, vt inquantum exceptio ſpontaneæ renuntiationis admittitur contra agentem, antequam fuerit ſpoliatus. Iſtud eſt verum, quando non conſtat eum poſſeſſioni de facto incubuiſſe: ſecus ſi hoc conſtaret, ꝙ incumberet poſſeſſioni: imo & forte tunc nec naturalem, nec ciuilem perdidiſſet, quia per hoc oſtenderet ſe voluiſſe habere rem pro derelicto, vt no. in l. ſi quis vi. §. differentia. C. de acquirẽ. poſſeſ. & dixi ſupra de pac. cum pridem. quod no. Anto. de Butr.

*SVMMARIVM.*

1 *In poſſeſſorio, vel interdicto de retinenda ſuccumbit reus, ipſius abiuratione probata.*
2 *Poſſidenti moleſtato datur interdictum retinendæ, licèt non cõtendat ſe poſſidere. 5. 12.*
3 *Interdictum retinendæ vt competat, non exigitur vt contendat vterq;.*
4 *Interdictum vti poſſidetis quando competat pro moleſtatione iuris, & iudiciali iniuſta. nu. 4. 12. 18.*
6 *Beneficium petenti remedio reſtitutionis obſtat exceptio ſpontaneæ renuntiationis.*
7 *Libellus ſuper poſſeſſorio intentato remedio interdicti retinendæ, quomodo concludere debeat.*
8 *Sententia ſuper poſſeſſorio retinendæ debet ferri per viam præcepti.*
9 *Itineris arreptio ad ſedem apoſtolicam non ſuſpẽdit iuriſdictionem iudicis, qui cauſam inchoauerat.*
10 *Reſcriptum ſecundum faciens mentionem de primo expreſſe reuocato, tollit vigorem primi ipſo iure, & nullum reddit proceſſum prioris a tempore præſentationis. nu. 13. & 15.*
11 *Attentata a certo tempore an reuocentur per reſcriptum.*
13 *Clauſula generalis, non obſtantibus quibuſcunque: appoſita in ſecundo reſcripto non reuocat primum.*
14 *Iudicis iuriſdictionem impedit itineris arreptio facta ante iudiciũ cęptum, & iudici notificata.*
16 *Sententiam ſuam etiam diffinitiuam poteſt iudex reuocare authoritate ſuperioris.*
17 *Beneficium nitens virtute renuntiationis factæ ab eo, qui aliud habeat beneficium, ſufficit quòd probet renuntiationem factam.*
adulteriũ cum inceſtu. §. ij dẽ Polioni. ff. de adul. & no. ff. ſi cer.
pe. l. cum quid. & no. Cõpo. s̃. de conſue. cũ dilectus. ad qđ l. ſi
filius. C. de peri. hęred. Hæc tamẽ præſumptio non iuuat acto-
rem, qui actor eſt in cauſa appellationis, niſi aliter doceat ut
iuſtificet acta, vt hic: iuuat tamen reum opera, i. non grauatur
onere probandi, ut de renun. in præſentia. Idem ſi uterq; eſt
actor & reus, quia ille habetur pro reo, contra quem appellat̃,
vt ibi, ſm gl. Scđo põt ſolui, ꝙ appellatione pendente nõ præ-
ſumitur pro ſentẽtia, ut hic: quia præſumptio ſurgit ex autho
ritate rei iudicatę, q̃ ſuſpenditur appellatione pendente. Ad
hoc qđ no. Inn. de off. dele. cum in iure. de appel. bonæ. de ꝓb.
q̃m contra. Sed ſi tranſiuit in rem iudicatã, præſumitur, vt ibi.
Quid ſi nõ tranſiuit in rẽ iudicatã, ſed nõ eſt appellatũ: & q̃d
de ſententijs, quæ nõ trãſeũt: dic ut dicam de prob. quoniam
contra. & ibi Inno. & de app. bonæ. & remiſit ad Spec. in dicto
c. quoniã contra. & dixi de renun. in præſentia. An autem pen
dente nullitate præſumat̃ pro ſententia: Spec. ꝙ ſic, dũmodo
extrinſece tranſierit in rem iudicatã, q̃a lapſi ſunt decẽ dies, vt
dicit Specu. de proba. §. j. ver. ſequit̃. allegat iura iſta ad hoc qđ
dicit de ſententijs cenſuræ, de elec. bonæ. de proba. quoniã cõ
tra. per Inn. qui remittit per viam nullitatis, & tamẽ pro eis p̃-
ſumitur. Itẽ poteſt dici quãdo reuocatur per viam reſtitutio-
nis: nam dicens ſe lęſum, habet probare, ut in c. 2. de reſt. in in
te. niſi prætenderet iniquitatem: q̃a eo ipſo ꝙ non iuſtificaret
ſentẽtia, conſtaret de lęſione. Ex hoc decidit̃, præſuppoſito ꝙ
pro ſentẽtia arbitrorũ p̃ſumat̃, vt dicit Dy. in q. q̃ incipit, Tho-
lomeus. & ponit Io. An. in titulo de arb. in loco vbi remittam,
de iureiur. Quinta uallis, an pendente reductione ad arbitriũ
præſumatur. Puto ꝙ non, vt in ſententijs cenſuræ, poſito ꝙ nõ
ſuſpẽdat appellatio, tollitur tamen præſumptio, vt no. Inn. in
locis præalle. ſic & erit in reductione, licet illa nõ ſuſpẽdat, q̃a
habet vim reclamationis. Nõ obſtat, ꝙ ſi ago ad reſciſſionem
contractus, debeo probare læſionem, C. de reſcin. vend. l. 2. &
de verb. oblig. ſi quis cum aliter. l. Lucius. ff. ad Treb. de emp.
& uen. cũ dilecti. & c. cũ cauſam. q̃a illa iura procedunt in læ-
ſione ſurgente ex ↄ̃ctu meo, & mea voluntate geſto immedia
te, in quo mihi poſſum p̃iudicare: hoc in læſione ſurgente ab
alio, qui me lædere non poteſt, niſi ſm iuſtitiã: & q̃a arctat̃ ad
ſequendã iuſtitiã: non ergo præſumitur iuſtitia, niſi probetur.
Ad hoc quod no. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. nam eo ꝙ cõ-
demnatus ſum, ſum lęſus, niſi cauſa oſtendatur, ex qua ſim
condemnatus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Spoliatus omnibus bonis non poteſt in ciuili conueniri.*
2 *Ad fructuum reſtitutionem non vrgetur, qui non eſt ſoluendo.*
3 *Spoliator tenetur ad fructus reſtitutionem.*
4 *Libellus, per quem concluditur ad petitionem partis talis rei, quam tenes, valet, licèt aliàs non declaretur.*
5 *Libelli concluſio in poſſeſſorio, per quem petitur res cum fructibus reſtitui, valet.*
6 *Debiti cauſati a delicto impeditur executio propter inopiam.*
7 *Paupertas excludit agentem ciuiliter poſſeſſorio recuperanda.*
8 *Fructuum appellatione continetur prouentus.*
9 *Exceptio executionis eſt dilatoria.*
10 *Spoliationis exceptio, ut propter inopiam quis non teneatur ad fructuum reſtitutionem, an impediat condemnationem.*
11 *Inopiæ exceptio nunquid impediat ſpoliationis exceptionem.*
12 *Exceptio ſpoliationis non excludit agentem poſſeſſorio contra primum ſpoliatorem.*

## C A P. XVI.

1 OLim. Io. An. nõ ſummat. † Omnibus bonis
ſpoliatus non poteſt in ciuili conueni
ri, obſtante ſpoliationis exceptione inopiã con-
2 cludente. h. d. † Vel ſic. Qui non eſt ſoluẽdo, ad
reſtitutionem fructuũ nõ urget̃. h. d. Primo po-
nit querelã. Secundo prouidet: ibi, uerũ. Caſus
ſm Io. An. Rex Legionis cõtraxit matrimoniũ cum filia regis
Caſtellę cõſanguinea ſua: Papa mandat epiſcopo vt moneat
eum, &, ſi eſt neceſſe, compellat ad dimittendam eam. nullus
fuit hoc auſus facere, niſi Onecẽ. epiſcopus, propter qđ rex eũ
expulit ex ſuo epiſcopatu: Papa mandat Ianuacen. ut aſſigna-
ret ſibi partem ſuę diœceſis, vnde poſſet ſuſtentari: demum fa-
cta concordia Ianuacen. impetrauit literas ut hic. Onecen. vi-
dens ſe ex hoc præcepto grauatum, impetrauit ut ſequit̃. Hoſ.
ponit caſum ꝙ Onecen. infinitis debitis grauatus erat, vñ rex
Legionis de mandato Papæ occupauit totũ epiſcopatũ, aſſi-
gnatis ſibi quinq; millibus, donec debita eẽnt ſoluta: quia illa
pars nõ ſufficiebat ſibi, occupauit partẽ epiſcopatus Onecen.
quã cõdẽnat⁹ eſt reſtituere cũ fructib⁹ mihi Papa mãdat vt ſe
quitur: & ſic dicit ſe audiuiſſe a quodã ſocio Hiſpano. Gof. po
nebat caſum aliter, qđ omittit Io. An. q̃a ius nõ uariat̃ omiſſa
prolixitate facti. dic caſum: Cũ Onecen. occupaſſet partẽ epa-
tus Zamoren. & inde fructus percepiſſet, demũ fuit ſpoliatus
toto epiſcopatu Onecen. poſt hoc ad petitionem Zamoren.
fuit datus legatus, qui compelleret Onecen. ad reſtitutionem
partis diœceſis Zamoren. cũ fructibus, & ſic fuit condẽnatus:
ſed cũ ſup executione fructuũ ↄueniret̃, opponit ſe ſpoliatũ,
& nõ habere unde ſatisfaceret: ipſi delegati cõpellebant eũ:
3 habuit recurſum ad Papam, & Papa mandat vt hic. ¶ † Nota
4 ſpoliatores teneri de fructibus. ad hoc s̃. e, grauis. ¶ † Not. 2. ꝙ
procedit libellus, Peto partẽ talis rei, quam habes, & tenes: li-
cet aliter nõ declaretur, dum tamen per relationẽ ad partem
5 aliq̃d declaret̃: ut Peto partẽ talis rei, quã tenes. ¶ † Not. 3. ꝙ ꝓ-
cedit cõcluſio in poſſeſſorio, Peto rẽ cum fructibus reſtitui. di
6 xi s̃. c. proximo. ¶ † No. 4. unam exceptionẽ impedictem execu
tionẽ debiti, etiam qñ cauſat̃ debitũ a delicto, ſcilicet inopię,
7 de ſolu. Odoardus. ¶ † Not. 5. exceptio ſpoliationis omnium
bonorũ cõcludẽs, & inopia excludit agẽtem ciuiliter, ẽt tertio
8 nõ ſpoliante. ad hoc de reſt. ſpo. frequẽs. li. 6. ¶ † No. 6. ꝙ appel
9 latione fructuũ, & prouentus cõtinent̃, & ecõuerſo. ¶ † No. 7.
exceptionẽ inopię nõ cõcludere cõdẽnationẽ, uel ius agendi,
ſed ſolã executionem: & ſic eſt exceptio executionis dilatoria,
10 quæ poteſt opponi poſt ſniam, de quo đ exce. c. pe. ¶ † Quęro,
an ſpoliationis hæc exceptio impediat condẽnationẽ. Quidã
ꝙ non: imo cogit̃ ſe defendere: ſed executio tãtũ differt̃, donec
ꝓpria re habeat. hoc nõ credit Vinc. ſi talis eſt ſic ſpoliatus. Io.
An. remittit de reſt. ſpo. frequens. li. 6. & in Spe. de peti. & poſ.
§. j. uer. ſed cũ ſpoliatus. Puto ꝙ ſi fatet̃ ſpoliationẽ, non differt̃
iudiciũ, & cõdemnat̃, ſed differt̃ executio. Idẽ ſi aliter notorię
conſtet. Si diffitet̃, tunc ſi tanta eſt inopia, ꝙ excludat faculta-
tẽ & litigãdi, & ſe defendendi, differt̃ iudicium: vt l. ſi procura-
tor. §. ſi ignorantes. ff. man. iunctis no. de ꝓcur. nõ iniuſte. & C.
de procur. inuitus. Si nõ excludit facultatẽ ſe defendendi, fiet
11 cõdẽnatio, ſed differetur executio. † Nunq̃d autẽ exceptio ino
pię impediat ſpoliationis exceptionẽ, uerbi gratia, agis contra
me: oppono ↄ̃ te ſpoliationis exceptionẽ: tu replicas đ inopia,
ꝙ nõ potes reſtituere fructus ſpoliatos propter inopiã. Hoc tã
git Spe. in loco p̃allegato, & dicit ꝙ ſi euidens eſt, ſpoliatorem
agẽtẽ nihil hẽre, audiet iudex cauſam ſuã, & inde faciet cõpẽ-
ſationẽ ſpoliato. Alleg. ĩ. c. olim. 3. uel retinebit rem, ſi non eſt
cõpẽſabilis, quę petit̃, & æſtimabitur, & ſatisfiet de fructibus,
vel dãdo in ſolutũ, vel aliter vẽdẽdo. Quid ſi iam fuit reſtitut⁹
Onecen. an haberet exceptionẽ hãc. Dic ꝙ ſi eẽt reſtitutus, ita
ꝙ ſatisfacere poſſet, ceſſaret exceptio, aliàs haberet locũ exem
plũ primi caſus. Si reſtitutus per regem Legion. iam collectis
fructibus: nã expectare tenet̃ Zamorẽ. donec fructus forẽt col-
lecti. Et hoc eſt, qđ uult dicere tex. ibi, taliter fuerit reſtitutus,
12 ut reſtituere, &c. ſm Vin. all. de coll. bo. l. 2. §. ultimo. ¶ † Ad gl.
opp. ſpoliatũ nõ repellere ab agẽdo ſpoliatũ: q̃a ſpoliatio ſpo
liatoris nõ eximit eum ab obligatione, qua ex ſpoliatione te-
net̃, licet oſtendat ab alijs ſe ſpoliatũ, ff. de vi, & ui ar. l. cũ a te.
Dic cũ gl. ſi quæritur an ſpoliatio ſpoliationis excludat poſſeſ-
ſorium, eo ꝙ ſe oſtendit ſpoliatũ re ſpoliata tãtum: dic quod
nõ, iõ ſi Onecen. fuiſſet ſpoliatus ſola parte diœceſis Zamorẽ.
Si quærit̃ an ſpoliatus omnibus bonis poſſit opponere exce-
ptionẽ ne reſtituat rem, quã poſſidet, qua alterũ ſpoliauit: dic
ꝙ non, ut in contrario. Si q̃rit̃ an ſpoliatus omnibus bonis pro
prijs poſſit excludere agẽtẽ poſſeſſorio ad fructus: dic ꝙ ſic, ut
hic: q̃a hoc cõcludit inopia, per quã nõ eſt potens ad reſtituẽ-
dos fructus. Iõ dicit Hoſt. ꝙ ſi Onecen. habuiſſet aliud, ex quo
potuiſſet ſatisfacere de fructibus, nõ fuiſſet auditus opponẽs.
Nec obſtat ꝙ dolus, uel uiolentia illata Onecẽ. nõ dẽt nocere
Zamoren. quia hic nõ põderat̃ dolus, ſed impotẽtia, & inopia
conuẽti. Non obſtat ꝙ contra tertium agentem nõ poſſit op-
poni ſpoliatio tertij, ut de reſt. ſpo. frequẽs. li. 6. q̃a dic, ſi ſpolia
tus opponit ſe ſpoliatũ contra agentem criminaliter, ſerua c.
frequens. Si opponit ſe ſpoliatũ contra agentẽ ciuiliter, ſi de
re, qua ſpoliauit agentem ab altero ſpoliatũ, nõ excludit: ſi de
alia, ſi opponit ſimplicem ſpoliationẽ non concludentẽ ino-
piam, nõ repellit. Si opponit exceptionem cõcludentẽ inopiã
ſub ratione inopię, exceptionẽ repellit. Nunquid autem impe
diat condemnationem, uel executionẽ tãtũ, dixi. & dicit Ioã.
An. quod ſi eſt ſoluendo, nõ habet exceptionẽ, nec deducitur
ne egeat: quia dignum eſt vt male meriti egeſtate laborent,
ſm Vinc. all. de depo. bona fides. Et ex hac decre. colligit̃ eui-
denter ꝙ prælatus pro debito perſonali poteſt ſatisfacere de
fructibus eccleſiæ. Ad quod de fideiuſ. peruenit: & illi poſſunt

capi in cauſam iudicati. Ad qđ de fideiuſ. puenit. licèt Arch.
teneat cõtrariũ, de reſcrip. ſtatutum. li. 6. qđ ponit Io. And. de
ↄffi. ordi. præſenti. eo. li. Vide qđ no. de appel. reprehenſibilis.
ad fi. vbi idem dicitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio iuris parochialis non acquiritur per excommunicationem diebus aliquibus obſeruatam. nu. 9.*
2 *Poſſeſſorio etiam recuperandæ agere debet prælatus nomine eccleſiæ pro iuribus eccleſiarum.*
3 *Iuriſdictionis poſſeſſio, ſeu quaſi, non acquiritur alteri ſola patientia ſubiecti in iuriſdictionis exercitio.*
4 *Epiſcopus licèt fundet ſuum intentum ſuper iure epiſcopali in eccleſia ſua dioceſis, non tamen fundat in quaſi poſſeſſione.*
5 *Poſſeſſorio vt quis obtineat, ſufficit quòd concludat poſſeſſionem tempore ſpoliationis, vel ſe antea poſſediſſe.*
6 *Ad poſſeſſorium concludendum quid ſufficiat.*
7 *Sententia adiudicans poſſeſſionem valet in poſſeſſorio.*
8 *Epiſcopo eſt ſubdita eccleſia in ſua dioceſi ſita iure communi.*
9 *Iuriſdictio probatur in aliquos per excommunicationem.*
10 *Iuriſdictionis poſſeſſio, ſeu quaſi, non acquiritur patientia.*
11 *Iuriſdictionis poſſeſſio, ſeu quaſi, an ex pati indiſtincte quæratur.*
12 *Iuriſdictionis poſſeſſio, ſeu quaſi, an indiſtincte quæratur in quocunque iuriſdictionem exercente.*
13 *Excommunicationis timor an ſit iuſtus, vel vanus.*

## CAP. XVII.

1 OLim inter. † Per excommunicationem die
bus aliquibus obſeruatã in ob-
ſeruantes non acquiritur iuris parochialis poſſeſ-
ſio. Prima pars ponit factũ, & proceſſus deciſe. Se-
2 cundo diffinit, ibi, nos attẽdentes. ¶ † Nota præla-
tos pro iuribus eccleſiarum, ẽt poſſeſſorio agere debere noĩe
eccleſiæ: & ꝙ idem eſt agere pro tali, vel nomine talis: vide l. j.
3 §. j. & ibi Bar. ff. de ope. no. nũ. ¶ † Nota ſcđo, ꝙ ſola patiẽtia ſu-
biecti alteri in exercitio iuriſdictionis nõ acquiritur quaſi poſ
ſeſſio iuriſdictionis. Ad hoc qđ no. de reſt. in int. c. 2. & de re iu.
cum ſuper. ſ. e. cum veniſſent. ¶ No. 3. ꝙ patientia & obſerua-
tione exercitij iuriſdictionis aliquãto tpe humilitatis cauſa,
non ut ius habenti, non acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſdictio-
4 nis. ¶ † No. 4. ꝙ licet epiſcopus fundet intentum ſuper iure epi
ſcopali in eccleſia, ſiue in dioceſi, non tñ fundat in quaſi poſ-
ſeſſionẽ, quæ plurimum habet facti, de cõceſ. præben. cum no
ſtris. Si tamẽ reperiatur poſſidere, vel detinere, præſumit̃ poſ-
ſidere reſpectu iuris cõis, vt ſ. e. cum ad ſedem. ibi, quæ Cuma-
5 nus eps. &c. ¶ † No. 5. ſufficere ad hoc ut quis obtineat poſſeſ-
ſorio, cõcludere poſſeſſionẽ tẽpore ſpoliationis, vel ſe antea
poſſediſſe, qa hodie poſſidere præſumitur. Qđ dic ut ſ. e. cũ ad
6 ſedem. patet ibi, uel prius ẽt habuiſſet. ¶ † No. 6. ad concluden
dum poſſeſſorium non ſufficere probare quẽ eiectum, niſi ꝓ-
batur ꝙ tempore eiectionis, vel ante poſſederit: qa non poſſi-
dens non cõcluditur ſpoliatus. Ad hoc ſ. c. cũ ad ſedem. & c.
7 olim. j. ¶ † No. 7. ꝙ in poſſeſſorio ualet ſñia adiudicans poſſeſ-
8 ſionem, & cõſequẽter ſic poteſt cõcludere libellus. ¶ † Oppo.
ꝙ epiſcopus debuerit obtinere, cum ſuper ſubiectione fundet
intentum de iure cõi, de rel. do. de xenodochijs. & c. cum uene
rabilis. So. Dicit Io. An. licet quidam dixerint ꝙ hic agebatur
petitorio, uerus eſt intellectus ꝙ hic agebat̃ poſſeſſorio, aliàs
9 epiſcopus obtinuiſſet in petitorio, per iura præalleg. ¶ † Opp.
ꝙ per excommunicationem probetur iuriſdictio, ut patet ſ. đ
elec. dudum. Sol. Probato ꝙ ius excommunicandi ſpectet ad
dignitatẽ, bene probatur iuriſdictio in dignitate: ſed per actũ
excommunicandi nõ probatur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis,
10 vt hic, niſi aliud intercedat. ¶ † Ad gl. opp. ꝙ eo ꝙ ſubditi tole-
rant excõicationẽ, & ſeruant, quæritur quaſi poſſeſſio excõicã
ti: poſſeſſio enim timore amittitur, l. j. §. nuntiet. ff. de acqui.
poſ. & cui obedit̃, acquiritur, vt de his quæ fiunt a maio. par.
cap. ex ore. de capel. mo. dilectus. Idem per patientiam ſubie-
cti, & alterius tenentis, transfertur poſſeſſio in alium, l. j. §. per
ſeruum. ff. de acqui. poſſeſ. & l. quod ſeruus. eo. ti. Et ad hoc qđ
ex timiditate perditur poſſeſſio, & alteri acquiritur, ut ſi ſuſpi
cor me poſſe repelli, ut patet in l. ſi id, quod. & l. clam poſſide-
re. ad finem. ff. de acquir. poſ. Glo. ſoluit dupliciter. Primo mõ
ꝙ patientia excõicationis ex quadam humanitate, vel delibe-
randi animo, ut non concludens patientem pati utentem uti
ut pro iure ſuo, nõ dat poſſeſſionem: talis enim ut titubãs nõ
cõſenſit, ſecundum Inn. & Hoſti. alleg. C. de condi. inde. l. fi. ſe-
cus ſi ſit deliberata, vt in contrario. Vel 2. patientia actus nulli
dat poſſeſſionem excommunicato, a non poſſeſſore eſt nulla.
Gl. ex his infert excommunicationem tribuere ſufficientẽ me
tum, & cadentem in conſtantem. ¶ Hic uidenda ſunt tria. Pri-
mum, an ex pati indiſtincte quæratur, an non, quaſi poſſeſſio
iuriſdictionis in patientes. Secundo, an dato ꝙ quæratur, an in
diſtincte quæratur, an in quocunque iuriſdictionem exercẽte
quo ad actum excommunicandi. Tertio uidebitur, qđ incidẽ
ter dicit glo. an timor excõmunicationis ſit iuſtus, an vanus.
11 ¶ † Ad primum proſequor duos caſus. Primus, quando patit̃
quis iuriſdictionem alteri non ſubiectus: & tunc dicit ꝙ ſi pa-
titur illum iuriſdictionem exercere animo obediendi, & hoc
cõſtat, abſque dubio acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis,
ut in c. ex ore. & in alijs iuribus allē. in gl. Si patitur animo deli
berandi, uel ex humilitate quadam, uel ad cautelam, & hoc
conſtat: & non quæritur aliqua quaſi poſſeſſio, quia non patit̃
illum uti ut pro iure ſuo, ut dixi ſ. ti. j. cum eccleſia. & not. in l.
j. & 2. C. de ſerui. & aqua. l. j. §. hoc interdictũ. ff. de iti. actuque
priu. Si eſt dubium, an patiatur ei ut ius habenti animo obe-
diendi, an animo deliberandi. Quidã dicunt, ꝙ in dubio face-
re cenſetur animo obediendi, arg. de his, quæ fi. a mã. par. cap.
ex ore. & C. de repud. hære. l. j. & hoc tenuit Ioan. & Phi. Inn. te
net contrarium per hunc tex. tamen ad concordiam dicit ali-
quos diſtinxiſſe, an obedientia conſiſtat in pati: & nõ uidetur
animo obediendi hoc facere in dubio, vt hic, & nõ eſt neceſſa-
ria proteſtatio. An ſonet, ſeu conſiſtat in faciendo, vt eſt, quia
ponit manus intra manus in ſignũ obedientiæ, de ma. & obe.
legebatur. & c. cũ in eccleſijs. & acquiritur quaſi poſſeſſio, qa
cenſetur animo obediendi. & ſic loquitur ſ. c. ex ore. Sit ratio,
quia quę ſonãt in faciendo, ſunt actus potentiores in exprimẽ
da voluntate, ut no. gl. de conſti. cum acceſſiſſent. no. Inno. de
fi. presbyt. veniẽs. no. de cenſi. peruenit. & per Cyn. in l. ſi certis
annis. C. de pac. Hæc puto uera, niſi longo tompore ſint paſſi,
quia ex patientia non modici tẽporis præſumitur facere ani-
mo obediendi. Ad hoc litera hic per aliquos dies: ſecus ergo ſi
magno tempore. Per quæ dicunt hic Inn. & Hoſt. ꝙ ſi ex deuo
tione, & in reuerentiam eccleſiaſtici iudicis obedierint, & ſer-
uauerint ſententias, licèt non animo deliberandi, quia ut nõ
ius habenti ſententiam paſſi ſunt, non quæritur quaſi poſſeſ-
ſio. Per quæ dicit Innoc. hic, & notabiliter, ꝙ ſi ille, contra quẽ
fertur ſententia excommunicationis, poſt appellationem ſer-
uat ſententiam, non propter hoc uidetur appellationi renun
tiare, nec propter hoc ratificatur ſententia, maxime ſi prote-
ſtetur ſe appellationi non renuntiare, & quia timet, & dubi-
tat de ſententia, & uult ſeruare, & tamen non credit quod te-
neat. Idem Hoſt. Pe. & Abb. qđ nota: quia licet ex agere aliud
coram iudice a quo quis renuntiat appellationi, de offi. dele.
relatum. non ex pati: uide quod dicãm j. de re iud. qđ ad con-
ſultationem. de patiente executionem. Secundus caſus eſt, qñ
patitur alteri ſubiectus. Dic, ſi agitur de acquirenda quaſi poſ-
ſeſſione ſolum quo ad præiudicium ſubiecti alteri, ita ꝙ non
præiudicetur domino: & hoc poteſt acquiri ex patiẽtia ſolius
ſubiecti, ſecundum diſtinctionem, de qua ſ. proximo caſu, ut
no. gl. & Doc. ſ. e. olim. j. Vñ forte hoc obtinuiſſet epiſcopus, ſi
egiſſet contra populũ: ſed abbas poſſet appellare, ſecundum
Hoſti. Si exercens agit acquirere quaſi poſſeſſionem ad præiu
dicium ipſius ſuperiotis poſſidentis ſubiectionem: & tunc ſi
exercet ſententiam, & promulget in ſubiectum populum, uel
alium, ſciente & patiente domino ſuperiore, vt qa ſcit ius qđ
poſſit per alium exerceri, & populum obſeruare ſentẽtias, uel
alijs obedire, & patit̃, & nõ ↄdicit non puniẽdo parochianos
ſic alteri obediẽtes ſpiritualiter uel tpaliter, forſam qa nec au
det, & ſic animo puſillanimi uȓ poſſeſſionem deſeruiſſe, & in
aliũ tranſtuliſſe, arg. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi forte. §. j. Per quæ infert,
ꝙ ſi tunc is, qui antea poſſidebat, parochianos poſtmodũ ex-
cõicat, ꝙ nõ tenet ſententia, ẽt ſi habeat proprietatẽ excõican
di. Licèt aliqui teneant, & male, ꝙ ille, qui de hoc cognoſcet,
primo debet attendere veritatẽ iuris excõicandi, ꝗ poſſeſſio-
nẽ: vñ ex quo de hoc ſibi conſtabat, cõfirmauit ſentẽtias latas
ab alio, qui ſolam proprietatẽ probat, argu. qui fi. ſint legiti. c.
per tuas. §. nos igitur. cum cõcor. De quo de in inte. reſt. c. 2. &
qđ no. de elec. auaritiæ. ſuper gl. arg. pro & cõtra, ſ. ti. j. cũ dile-
ctus. Sed quouſq; de veritate conſtet, tuendus eſt poſſeſſor in
poſſeſſione, de inſti. cũ veniſſent. ut lite pen. c. j. & tene qđ not.
ſ. de cauſa poſ. cũ eccleſia. & c. in literis. de reſt. ſpo. & qđ no. de
elec. Cumana. Quandoq; principalis, cui ſubiectus eſt, nõ pa-
titur populum vel ſubiectũ, inquantum in ipſo eſt alterius epi
ſcopi ſeruare ſentẽtiam ſine pęna, puta quòd punit ipſos ſpiri
tualiter, excõicando, uel temporaliter bona ipſorũ occupan-
do, uel ipſos capiendo, uel aliter qualitercunq; procedendo,
ita ꝙ bene uidetur non habere animũ dimittendi ipſam poſ-
ſeſſionẽ, ſed retinendi: & talis nõ amittit poſſeſſionẽ, quæ non
niſi animo amittitur, C. de acquir. poſ. licet. Nec dȓ iniuſte age
re, quia hoc facit non impugnando, ſed defendendo, qđ iura
permittunt, ff. de iuſti. & iur. no. de ſen. excom. ſi uero. ſ. c. cum
olim. Et ſi non põt, vel audet aliud facere, conſilium eſt ꝙ hoc
proteſtetur publicè, 7. q. j. pontifices. de offi. or. paſtoralis. §. fi.
de app. ſi iuſtus. Nec obſtat ſi dicatur, quòd poſſeſſio perditur,
dato quod uoluntarie non patiatur, ut ſi ueniens non admit-
titur, uel ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ut l. clam poſſidere. §. fin.
de acqu. poſſ. & l. ſi id, qđ. quia aliud eſt in re corporali, & poſ-
ſeſſione corporaliũ, quæ apprehẽdi pñt, in qua quantumcũ-
que excommunicet poſſeſſor occupãtes, perdit poſſeſſionem,
Cauſa

Cauſa eſt,quia incorporalia tenacius inhærẽt perſonæ,& diffi
cilius perduntur,ff.de pecul.denique pegaſus.pro ſocio.l.3.de
transla.præl.inter corporalia. Itẽ cũ ꝓbatio ſententiæ non ſit
actus agẽs incorporeus, per tactũ magis cõuenit retẽtioni in-
corporalium,quæ nõ ſubiacent tactui,q̃ corporaliũ, quæ tãgi
poſſunt,Inſt.de re.cor.in prin.ad hoc l. quarũdã. in rõe ſui, ff.
de acq.poſ.ſecundũ Inn.& Hoſt.Et eſt rõ,quia poſſeſſio corpo
ralium regulatur plus apprehẽſione,q̃ patiẽtia eius, a quo au-
fert.Sed incorporaliũ poſſeſſio nõ habeť niſi per pati,vt l.quo
ties.ff.de ſeruitu.& dixi s̃.ti.j.cũ eccleſia.qđ ceſſat, eo ꝙ aparte
& iuribus cõtradicit:nõ acq̃ritur ergo, ex quo patet ꝙ uiolen
ta poſſeſſio apparẽte cõtradictore in corporalibus haberi nõ
põt.De quo dic vt dixi s̃.ti.j.cũ eccleſia.Nõ obſtat,ꝙ patientia
ſubiecti dño p̃iudicat in poſſeſſione,ut l.3.§.qđ ſeruus.ff.de ac
qui.poſ.& l.j.§.per ſeruũ.e.ti. vbi ſi ſeruus, uel colonus tradat
poſſeſſionẽ alteri,præiudicatur domino:q̃a ſ̃m Innoc. ibi ſer-
uus,uel colonus poſſidebat,iõ põt poſſeſſionẽ alteri tradere:
ſed hic parochiani non poſſidebant,ſed abbas,vnde factum il
lorum non præiudicat prælato.Sed ratio nõ eſt bona, q̃a nec
ſeruus,nec colonus poſſident,ut l.qđ ſeruus.de acqui.poſ.& l.
rei cõmodato.ff.cõmod.Ideo dic,ꝙ aliud in apprehẽſione in-
corporaliũ,quæ trãsfert ex pati eius,a quo pẽdet ius, & poſſeſ-
ſionẽ trãsferre,ut dicta l.quoties.& no.de offi.ord. cõquerẽte.
& s̃.de cauſa poſſ.cũ eccleſia. Vnde dicũt hic Doc. ꝙ in acqui-
rẽdis incorporalibus neceſſaria eſt intẽtio acq̃rentis, ſicut eſt
neceſſaria illius intentio,in quẽ ius acquiritur,& cõtra quẽ,&
cui præiudicatur, ſicut & in ſeruitutibus rerum acquirendis:
q̃a requiritur intẽtio acquirentis,& illius,cõtra quem, & cui
pręiudicať,& ſcientia,vel patientia,ſ̃m Inn.& Hoſt.Sed corpo
ralia apprehenduntť actu,iõ non expectať patientia illius, cui
p̃iudicať,ſed transferť translata detẽtione coloni,vel ſerui, ſu-
per qua fundata eſt poſſeſſio dñi,ut in contrario. Quandoq;
promulgatur ſententia ab epiſcopo in parochianos alterius,
vel ſubiectos,& illã nõ ſeruat nec popul⁹,nec epiſcopus, alios
habent ſubiectos: & tũc excõicator nihil poſſeſſionis acq̃rit,
cũ ſic excõicando nihil poſſederit,niſi labia ſua,quibus ſentẽ
tiam protulit.Nec mirum,ſi in hoc caſu nõ acquirit poſſeſſio
nẽ,q̃a & ſi populus per aliquos dies hanc ſeruet ſententiam,
propter hoc idem epiſcopus nullã iuris parochialis poſſeſſio-
nem eſt aſſecutus,ut hic. Quãdoq; promulgatur ſententia in
parochianos alienos, & agiť de acquirenda quaſi poſſeſſione
ſubiectionis,non in illos,in quos promulgata eſt ſentẽtia, ſed
in alios ſeruantes illam ſententiam,puta quia excommunica
tos ab alio uitant:& tũc nihil iuris,vel poſſeſſionis acquiritur,
q̃a ipſi nõ ſeruant eius ſententiam quaſi ipſius ſubditi, uel ab
ipſo poſſeſſi,ſed tãquam obedientes iuri volenti, ꝙ excõicati
denuntiati ab alijs euitentur,11.q.3.curæ.de treu.& pa.c.j.Se-
cundũ Inn.hæc uera,niſi lata eſſet ſententia cõtra eos, & illis
quomodolibet participantes, q̃a tũc ſeruarẽt illã ut ſententiã
hominis:quo caſu idẽ quod in ſuperioribus caſibus dictũ eſt.
12 Et hæc ſufficiant de primo.¶†Venio ad ſecundum,an dato ꝙ
ſic quærať aliquo caſu quaſi poſſeſſio inſinuando,an quilibet
priuatus excõicãs, ex eo ꝙ ſeruatur,acquirat quaſi poſſeſſio-
nẽ?Quidã dicunt,ꝙ licet prædicta procedant quo ad alia iura
ſubiectionis,non quo ad ius excõicandi,niſi proferentes aliàs
ſibi uendicãt in aliquo poteſtatẽ ordinariã, & poteſtatẽ excõi
candi alios,licet nõ habeant ipſam ſpecifice in alios, in quos
poſſeſſionẽ quærere volunt,& in quos ſententiã protulerunt.
Alleg.de præſcrip.auditis.& c.cum olim. Secus ſi nõ habeãt
poteſtatem ordinariã: & hoc, q̃a ſunt incapaces poſſeſſionis
huiuſmodi poteſtatis excõicandi, q̃ poteſtas non cadit niſi in
eos,qui hoc habent a Deo tantũ,uel eius uicario,uel a iure:&
ſic de talibus dẽt intelligi Matthei,16.Quæcũq; ligaueris, &c.
& 18.Amen dico vobis,quodcũq; ligaueritis,&c.Et, Accipite
Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata, &c. Per quæ
concludunt iſti,ꝙ ſimplex clericus non poſſit excõicãdo poſ-
ſeſſionẽ iſtius iuris acquirere: q̃a nec põt hoc poſſidere, ſicut
nec laicus poſſidere poteſt ius cõfeſſionẽ audiendi,& animas
abſoluẽdi,quod non cõpetit niſi ſacerdoti proprio, de pęni.
omnis.Vel clericos iudicandi,de iud.decernimus.Vel decimã
percipiẽdi,de præſcr.cauſam,quæ.Inn.placet, ꝙ quilibet cleri
cus poſſit poſſidere,& præſcribere ius excõicandi, quãuis iu-
riſdictioni ordinarię nõ pręſit,dũmodo ſit perſona,in qua ius
iſtud cadere poſſit,đ his q̃ fi.a ma.par.ca. quęſiuit. Sicut enim
epiſcopi,qui a iure ptãtẽ hñt excõicãdi,24.q.3.corripianť. pñt
alijs clericis exp̃ſſe eãdẽ ptãtẽ dare,ut no.de offi.or.cũ ab eccle
ſiarum.ſic & per patiẽtiã,& cõſenſum tacitũ pñt clericis,in q̃-
bus hoc ius põt cadere,tradere poſſeſſionẽ, dũmodo bona fi-
de nitantur præſcribere,de p̃ſcrip.auditis.c. olim. & c. ueniẽs.
ſecũdum Inn.Hoſt.remittit de offi.or.irrefragabili.§.exceſſus.
de fo.cõpe.cum cõtingat.ubi dicit fore exp̃ſſum.Io.An.remit
tit ad no.de reli.do.dilectus.in gl.hic patet.Doc.de of.or. con
querente.dicunt,ꝙ ea,quæ ſunt curæ, non ſunt quęſibilia per
nõ exiſtentem in dignitate,vel prælatura.Hoſt.in c.cũ contin-
gat.tenet primã opi.s̃.poſitã.Dic,ꝙ quęſibilis ẽ per p̃latũ hñtę
dignitatẽ, ꝑ hñtẽ adminiſtrationẽ, per ſimplicẽ clericũ hñtẽ
ſub ſe aliquos ſubiectos quo ad illos,vt no.in c.ꝑuenit. de his,
13 quæ fi.a præl.Et hæc ſufficiant de ſcdo.¶†Venio ad tertiũ, an
ſnĩa excõicationis incutiat ſufficientẽ metũ.Gloſ. hic tenet ꝙ
ſic.cõtradicit gl.in c.dilectus.qđ me.cã.Illud tenet Gof.& Ho-
ſti.Io. An.ibi dicit opi. illius gl. procedere in excõicatione iu-
ſta,hanc in iniuſta.Et hoc tangit Archid.de ſen.excom.c.j.lib.
6.in uer.mortalis.tenet primã opi. ꝙ nõ incutiat iuſtum me-
tũ.Dic,aut ſnĩa eſt nulla,& nõ incutit iuſtũ timorẽ:ex ſcrupu-
loſa tamen obſeruatione illius non acquiriť poſſeſſio. Aut eſt
aliqua,& iuſta,& ipſe eſt timor iuris,qui nõ excuſat, & ipſe ſi-
bi timorem incutit,vt l.ſi mulier.ff.qđ me.cã. Si autẽ eſt iniu-
ſta excõicatio,hoc incutit iuſtũ metũ, quia cõtinet animę de-
trimentum,2.q.1.manifeſta.11.q.3.audi. Itẽ ſubuertit ſtatũ,
q̃a tranſit de familia Chriſti in familiã Zabuli,in dicto c.audi.
ff.qđ me.cã.iſti qui debet.Itẽ q̃a eſt ęternæ mortis dãnatio,11.
q.3.nemo.Nã per eam a Deo ſeparatur,34.q.3.certũ. Itẽ quia
nulla maior pęna in eccleſia,ea.q. corripiãtur. Nihil enim ſic
dẽt formidare Chriſtianos,quàm ſeparari a cõmunione Chri
ſti,11.q.3.nihil.Ipſe reſpondet ad omnia iſta,ꝙ procedũt in ex
cõicatione iuſta.Hæc vera,qñ excõmunicatio eſt iniuſta, nec
habeť facile remediũ ꝯ illã,quia timet appellare, vel ſuperio-
rẽ adire propter tyrannidem iniuſte excõicantis:nã licet iniu-
ſta excõicatio nullũ inferat p̃iudicium quo ad Deũ, infert tñ
p̃iudiciũ quo ad eccleſiã militantẽ,in quo vinculo ſi facile nõ
habereť remediũ,põt eſſe magnũ periculũ,ut repellať ab agẽ
do a teſtimonio,ſi interim eligať,ẽt ut non valeat electio, uel
ꝓmotio,ẽt ſi careat cõmertio hominũ,ut illis nõ poſſit loqui,
nec neceſſitatibus cõicare:& ſi ſit clericus, nõ poſſit intereſſę
in mẽſa,vel officio abſq; animæ periculo, qđ fortius eſt quo-
cunq; alio periculo,10.q.j.p̃cipimus.C.de ſacroſ.eccle. l. fi. Et
hoc habito reſpectu dicit lex,ꝙ durũ eſt inter hoĩes eſſe,& ho-
minũ carere cõmercio,C.de apoſta.l.hi,q̃ ſanctam. Ant.

*SVMMARIVM.*

1 *Spoliatus reſtitutionem rei petit ab illo, qui ſcienter rem a ſpoliatore recepit.*
2 *Poſſeſſorium non datur contra ſingularem ſucceſſorem in vitium ſuccedentem.*
3 *Poſſeſſionis effectus quomodo releuet quem a probandi onere.*
4 *Poſſeſſorij remedium quam vtilitatem afferat illud intentanti.*
5 *Dominium licet ſit difficilimum probare,quibus modis poſſit probari.*
6 *Poſſeſſorem ſe defendere cautum eſt,ne poſſeſſionis perditione ſequatur perditio proprietatis ex difficultate probandi,a qua releuatur quis propter poſſidere.nu.10.*
7 *Iuris ciuilis rigor cedit æquitati canonicæ.*
8 *Actio perſonalis quo caſu ſequatur ſingularem ſucceſſorem.*
9 *Ad poſſidendum iniuſte qualitatem concludendam,non refert an quis male acquirat,vel retineat.nu.11.*
10 *Poſſeſſionis perditione an ſequatur proprietatis perditio.*
11 *Poſſeſſio iniuſta an poſſit tranſire ad iuſtam,& econtra.*
12 *Poſſeſſorium quõ eſt dabile cõtra tertium poſſeſſorem, vel non dabile.*
*Poſſeſſionem ingrediens propria authoritate,vel Principis reſcripto,an dicatur in mala fide.*
13 *Poſſeſſorio agens in beneficialibus,an arctetur ad probandum titulum.*
14 *Spoliatus habens remedium canonis, reintegranda, an poſſit aliud habere.*
15 *Spoliato agenti interdicto vnde vi,ſicut non obeſt exceptio dominij, ita nec agenti cano.reintegranda.*
16 *Poſſeſſorij recuperandæ ex quo datur aduerſus tertium poſſeſſorem ſuccedẽtem ſcienter in rem,an præſumatur ſcientia,vel ignorantia.*
*Scientia,vel ignorantia vtra illarum præſumatur.*
17 *Spoliatus vbi agit contra tertium poſſeſſorem remedio c.ſępe.an conuentus teneatur in iudicio nominare dominum.*
*Furari rem furatam furi eſt furtum,vel auferre rem alienam,ſeu retinere, paria ſunt.*

## CAP. XIX.

1 SAepe. ¶†Spoliatus reſtitutionẽ petit ab illo,q̃
ſcienter rẽ a ſpoliatore recepit.h. d. Pri-
mo ponit factũ corrigendum. Secundo corrigit.
2 ¶†No.j.ꝙ de iuris ciuilis rigore nõ dať poſſeſſoriũ
ꝯ ſingularẽ ſucceſſorẽ in re ſciẽter in vitiũ ſuccedẽ
tẽ:& ꝙ de iure ciuili in ſingulari ſucceſſore nõ eſt dare ſucceſ
ſorem rei,& vitij quo ad facultatẽ agẽdi,licèt ſic quo ad p̃ſcri-
ptionẽ,quando habet ex cauſa lucratiua,l.an vitium. ff. de di-
uer.& temp.præſcrip.l.vitia.& quod ibi no.C.de acq.poſ.ff.de
3 reg.iuris.quod ipſis.& ibi plene gl.¶†Nota unum effectũ poſ-
ſeſſionis,ꝙ releuat quem ab onere probandi,de quo.s̃.eo.ſæ-
4 pe.¶†Nota vtilitatem intentãdo poſſeſſoriũ, quia per hoc cõ
ſequitur poſſeſſionẽ,qua ſe releuat ab onere,ꝓbãdi dñium:qđ
eſt difficile.Hac de cã conſulit lex,ꝙ quis excogitet,an ſibi cõ-
petat poſſeſſoriũ,vt ſic ex hoc ſe releuet,ff.de rei vend.l.is, qui
deſtinauit.Sed latius ꝓuidet ius canonicum,ut ẽt porrecto pe
titorio,illud ſuſpẽdat,& ĩtẽtet poſſeſſoriũ,vt s̃.ti.j.paſtoralis.&

5 de cā poſ.cle.j.¶†No.probationē dominij difficilimā. De mo
dis probādi per Bar.ff.de acq.poſ.l.rem,quæ nobis.& in Spec.
6 de acti.& peti.§.ſequit.uer.ſinautē uelis.in 5.col.¶†No.cautū
defendere ſe poſſeſſorē:qa ad ꝑditionē poſſeſſionis ſequitur ꝑ
ditio proprietatis ex difficultate ꝓbādi,a qua releuat̄ ꝑꝑ poſſi-
7 dere.¶†No.rigorem iuris ciuilis cedere æquitati canonicæ in
materia,in qua ex lege nutrit̄ peccatū.Per hoc credo hanc de-
cre.ſeruādā,ēt inter laicos,& foro ciuili:& idē dixit d̄ canone,
8 reintegrāda.vt dixi ſ̄.c.cū ad ſedē.¶†No.caſum, ī quo ius agē-
di ꝑſonale ſequitur ſingularem ſucceſſorem,qn̄ fundatur ſup
vitio,& ſucceſſor eſt ſucceſſor rei & vitij:ſic ſuccedit in iuriſdi
ctione delegata, quæ ſtrictiſſimi iuris eſt, ſ̄. de iudi. quia Gu.
9 ¶†No.ꝙ ad cōcludēdā qualitatem iniuſte poſſidendi non re-
fert,an quis male acquirat,an male retineat.Facit, ꝙ mala fi-
des ſuperueniēs præſcriptione cępta,vitiet præſcriptionē: de
quo ĩ.de præſcri.c.fi.¶No.ꝙ finis canonicus, ēt prout eſt fori
10 cōtentioſi,tēdit in finē cauſæ.¶†Opp. ꝙ perditione poſſeſſio-
nis non perdat̄ ꝓprietas, tū qa iura inhærēt oſſibus hominū,
& nō de facili ſeparabilia: tū quia ad perditionē poſſeſſionis
non ſequit̄ perditio ꝓprietatis,de exe.rei iud.l.& an eadē. §.fi.
de acq.poſ.naturaliter.§.nihil.de cōceſ.p̄b.cū noſtris.Legitur
dupliciter.Vno mō,ut propter difficultatē probationū,i. pro-
bādi ius proprietatis perdat,i.amittat effectū, id eſt in effectu.
Alio modo legit̄,vt verbū,ius,ꝓprietatis,reſpiciat uerbū Amit
tit:vt ſit ſenſus,Amittit ꝓprietatis effectū propter difficultatē
ꝓbationū,id eſt uſum: qa ꝓprietas hic apud ipſum remanet,
ſed inutilis.& hoc habēdo in litera,effectū,alias hr̄, effectu. Et
hęc litera placet Inn.& eſt ſenſus,ꝙ ſpoliatus nō p̄t agere poſ-
ſeſſorio cōtra poſſidentē rē ſuā,ius ꝓprietatis amitit effectu,i.
in effectu,& quo ad utilitatē:nam quo ad ueritatem nō amit-
tit̄,ut in contrario.Nā propter difficultatē ꝓbandi dominium
perdit vtilitatem proprietatis, & ob hoc data eſt Publiciana,
ut ſufficiat ꝓbare titulū,& poſſeſſionē,ut ff.de Publ.l.j.in prin.
11 de quo de re iud.abbate ſane.li.6.ſm Io.An.¶†Opp.ꝙ ad pro
bādā qualitatē poſſidēdi attendat̄ initiū,ut ſi poſſeſſio eſt clan
deſtina,eadē nō alteret̄,ff.de acqui.poſ.l.clā poſſidere. So.Le-
giſtæ dn̄t,ꝙ poſſeſſio de iniuſta ad iuſtam tranſire p̄t, noua ac-
cedēte cā,ff.de vſuca.l.nō ſequitur.§.j.ſed de iniuſta ad iniuſtā
nō.Hoc nō placet de iure canonico,quia de iuſta pōt tranſire
ad iniuſtā,mala fide ſuperueniente:licèt ſecus ſecundū leges,
ut l.j.C.de vſu. tranſ.Per quæ puto hanc decre.procedere,etiā
12 ſi ab initio neſciuerit ſpoliationē,ſed ex poſt facto. ¶† Opp. ꝙ
nō det̄ poſſeſſoriū cōtra tertium poſſeſſorem, ſed contra mā-
dantē ſpoliare,&c.ſ̄.e.cū ad ſedē.Gl.dicit, ꝙ ſi habemus reſpe
ctū ad rigorem iuris ciuilis, ꝯ tertiū poſſeſſorē nō ē prouiſum
de remedio poſſeſſorio:ſ; ad æquitatē canonicā, ſi agat̄ ſtricto
interdicto vn̄ ui,adhuc illo iure nō agat̄ ꝯ tertiū poſſeſſorem,
ſ̄.e.cū ad ſedē.De iure aūt canonico qn̄q; agit̄ per viā attenta-
ti,qđ attētat appellatione pēdēte: & hoc cōpetit officio iudi-
cis,& dat̄ ꝯ quemlibet poſſeſſorē,de app. bonæ. de quo dic ut
de app.nō ſolū.li.6. Itē quo ad remedia poſſeſſoria latius ē ad
hoc ꝓuiſum,qa ſi alius ſciēter ſe intruſerit in poſſeſſionē uio-
lenter ablatam,datur remediū condictione ex hac decre. con
tra ſuccedentem in vitium.Quoddā eſt aliud remediū latiſſi-
mū introductū de iure canonico,ſcilicet canon, reintegrāda.
qđ cōpetit cōtra quēcunq; poſſeſſorē, ſiue dolo, ſiue metu, ſi-
ue alio modo perdidiſſet poſſeſſionē: licèt actio de dolo non
cōpeteret,niſi cōtra dolū faciētē.Nota bene gl.ꝙ canon, rein
tegranda.prouidet ultra alia ſpecifica remedia: quia ubi ali-
quod poſſet dari remediū, qđ nō daretur ꝯ tertiū poſſeſſorē,
nihilominus hic daret̄:qđ nota.Per q̄ dicit, ꝙ inquātū cōcur-
reret cum actione qđ metus cā,non plenius prouideret: & in-
quantū cōcurreret cū edicto ꝙ ui,aut clā,quę cōpetunt cōtra
tertiū poſſeſſorē. qđ no.Cōpetit etiā contra tertiū poſſeſſorē,
qui habuit a ſpoliāte ignoranter. Quoddā eſt remediū atten-
tati lite pendēte,& remediū litigioſi:de his ut lite pēdēte,& de
ali.iu.mu.cauſa fac.qa ſi alienatio fiat lite pen.eſt nulla:ſi nō-
dum eſt litigioſa,ſed ſperat̄,tūc agit̄ ad intereſſe;gl. all. ſua iu-
ra.Cōcludēdo hic clarius dic,ꝙ quædā ſunt remedia, quæ nō
fundant̄ ſup ſola poſſeſſione,ſed extrinſecus exigūt aliqd pen-
dere,ut eſt remediū attentati,lite,appellatione, reuocatione,
vel relatione pēdēte:& de his,& in quo plenius ꝓuideat quaſi
poſſeſſoriū,uide per Inn.de reſcrip.ex parte.ſ̄.de ma.& obe.di
lecti.& de appel.bonæ.& d̄ hoc nō ago hic.In quo aūt plenius
prouideat remediū recōuētionis,quàm attētati, uide plene d̄
app.ut noſtrū.Aliquid de his de app.nō ſolū.lib.6.An talia re-
media cōpetāt cōtra tertiū. Quoddā eſt remediū poſſeſſoriū
ſtrictū,ut interdictū vn̄ ui:hoc nō dat̄ ratione ſolius detētatio-
nis,niſi acceſſorie, vt dixi ſ. de cā poſ. cū ſuper. & nō dat̄ niſi ꝯ
ſpoliātē,mādantē,vel ratū habentē,ēt de iure canonico, ut in
c.cū ad ſedē.licet qdā dixerint ꝯ,ſm Hoſt.& gl.Quoddā eſt re-
mediū l.ſi qs cōductionis.C.loca.ubi dat̄ poſſeſſoriū,& condi-
ctio ex illa lege ꝯ cōductorē nō reſtituētē rē, & poſſeſſionē rei
nō obſtāte exceptione dn̄ij,& ex quo hēt cām a me.Nō obſtat
huic l.litibus.C.de agri.& cen.qa illud ꝓcedit, qn̄ agit̄ ad fru-
ctus,quæ actio ſapit naturā petitorij: vel qn̄ nō cōſtat de ꝯctu
locationis.Primam tenet Iac. de Are.ſcđam tenet Bar. & Pet.
Quælibet eſt bona:& ſic habes duas exceptiones ad illā legē.
Nō obſtat l.dolo.de excep.do.qa licèt qdā dicāt illā obſtare, ſi
incōtinēti paratus eſt ꝓbare,vt in poſſeſſorio adipiſcēdæ. Bar.
Cy.& alij tenēt,ꝙ hoc ſit poſſeſſoriū recuperandæ remediū il-
lius legis,nō obſtāte illa receptione,de qua ſ̄.e.in literis. Non
obſtat ff.depoſi.bona fides.q̄ loquit̄, qn̄ opponit̄ a tertio non
ſpoliāte exceptio dominij.Latius cōcludēdo,ſi q̄rit̄,an ꝯ loca
torē agētem obſtet exceptio dn̄ij:ſi agit rei vēd. obſtat, qa ex-
ceptio detrahit iuri agēdi,ut no.in l.ita vt ſi fur. ff. cōmo. & l.
creditoris.C.de pig.actio.Si agit̄ actione locati, ſi opponit̄ do-
miniū tertij,nō obſtat exceptio,qa nō detrahit iuri agēdi, cū
res aliena poſſit locari. Si tn̄ ipſe tertius opponeret,admittere
tur,ut l.bona fides.ff.depoſi. maxime qn̄ uenit ꝑ viā actionis,
ſm Bar.in l.ſi qs.Si opponit̄ de dn̄io poſſidētis,exceptio admit
tit̄,qa hęc reſoluit ꝯctū locati,C.loca.l.ad probationē.Nō em̄
poſſum conducere rē meā,ff.de acqu.poſ.l.ſi rē. Si agit̄ condi-
ctione ex l.ſi qs.& nō admittit̄ exceptio dominij, nec proprij,
nec tertij,ſed ipſe tertius,bn̄ audit̄ agens,& excipiēs. Patet pri-
mū in dicta l.ſi qs.Patet ſm in l.bona fides Per quę dn̄t ibi Do
cto.ꝙ talia remedia cōpeterent ꝯ quēcūq; poſſeſſorē habētē
cauſam ab alio,ut eſt depoſitarius,ꝯmodatarius,& ſimiles:qa
eadē ſubeſt rō,& remedium non eſt exorbitās.Eo em̄ ꝙ nō re
ſtituo,uideor ſpoliare:& ſic talia remedia ſic priuilegiata cō-
petunt.Hæc vera,qn̄ conſtat de ꝯctu:ſecus ſi ſit dubiū,ut l.liti-
bus.Itē hæc vera,inquantū agit̄ ad poſſeſſione: ſecus ſi ad fru-
ctus.Contra illos aūt ab initio volūtate dn̄orū tenētes, & po-
ſtea reſtituere denegātes,eſt hodie prouiſum de pœna, ꝙ pu-
niunt̄ ad æſtimationē rei,& rem reſtituere cōpellunt̄, ſi perſi-
ſtūt uſq; ad ſentētiā,ut l.non ab re.C.vn̄ vi.& poterit fieri con-
dēnatio ex officio,ſi iudici cōſtat,ſicut in calūniatore. Tutius
eſt,ꝙ petat cōdēnari ad ęſtimationē,ubi nō reſtituat:& ſi non
condēnet̄,vbi nō eſt petitū, poterit peti hoc in alia inſtantia.
Ad hoc qđ no.de iura.cal.c.fi.& hoc tenet hic Butr.Bar. tenet
hoc ultimū:ſed nō placet,ꝙ ex officio ꝯdemnet,ex quo princi
palis actio cōpetit:& dabit̄ ꝯ hæredes,ſi ſciuerint rem eſſe cō-
ductā,& nō reſtituāt, ut ibi no. Aliud eſt remediū cōdictionis
ex l.cōquerebat̄.hoc hēt locū multis cōcurrētibus. Primo exi
git̄,ꝙ res ſit vacās,quā qs eſt ingreſſus: & aliqui dn̄t vacātē, qn̄
me abſente,licet animo poſſidēte,aliqs īgredit̄, agere poſſum
ꝯdictione ex illa lege, ſi non accedo ſuſpicās me poſſe repelli.
Hoc nō placet,qa tūc daret̄ interdictū utile vn̄ vi,vt dixi ſ̄.c.cū
ad ſedē.& hoc đt gl.in d.l.fi.all.l.j.§.deiicit̄.& §.ſiue aūt. & l. 4.
§.ſi qs aūt.ff.de vi, & vi ar. & q occaſionē dāni dat, &c.Et hæc
opi.Hugo.de Porta Rauē.ſ.ut nō det̄ interdictū vn̄ ui,ſed con
dictio ex l.conquerebat̄.communiter reprobat̄:licet Pla.cone
tur ſaluare,dicēs tūc de iure demū dari interdictū vn̄ ui, quan
do nō eſt admiſſus ad poſſeſ.& ibi iuit.Sed falſum eſt. Hæc ue
ra,inquātū eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli,& uult agere pro ciui
li,quam omnino ꝑdit.Sed ſi qs ingreſſus eſt nālē,& ego ſuſpi-
catus non ſum me poſſe repelli,uolo agere pro illa nāli, tenē-
do verā opi.ꝙ ſit dare duas ſpecies poſſeſſionis, ꝓ illa poſſum
agere remedio illius legis,ſm Bar. quod not. Et ſic iam habes
triplex remediū.Vnū,ut agat̄ pro illa uti poſſidetis,ut dixi ſ̄. d̄
reſt.ſpol.itē cū qs.Aliud,ꝙ agatur condictione ex l. conquere-
bat̄.Tertiū tangā de prob.licet cām. ꝙ agi pōt remedio inter-
dicti vn̄ ui,quaſi ſpoliatus libertate poſſidēdi,ĩ.c.prox.Nec ob
ſtat ſi diceretur,ꝙ cōpetit hic uti poſſidetis,ut l. clam poſſide-
re.§.fi.de acqui.poſſeſ.& no.de ꝓb.licèt cām. & lex illa đt hoc
remediū fore ſubſidiariū,cū non erat per antiqua iura proui-
ſum:qa uti poſſidetis cōpetit principaliter tūc ꝓ ciuili turba-
ta,& nō pro naturali:hoc principaliter pro naturali.Cōiter āt
intelligitur illa lex,qn̄ poſſeſſio ē vacās,qa nec animo, nec cor
pore poſſeſſa:ſi quis tn̄ ingreditur,tenet̄ condictione ex illa le
ge.Vacans āt ſic dr̄,qn̄ obliuione decennij eſt perdita,ff.de vſu
ca.l.furtum.Quando negligēs eſt dominus,uel abſens,Inſt.de
vſuc.§.qđ aūt.Quando eſt mūdata,& priuata, l. Pomponius,
ff.de acqui.poſ.Itē qn̄ aliquis eſt expulſus a poſſeſſione, & tn̄
non intrauit expellēs,ff.de uſuc.l.ſequitur.§.ſi dn̄s. Nec placet
ibi gl.differentia,quā faciunt aliqui inter uacuam & vacātē:
ut uacua dicat̄,q̄ nec animo,nec corpore tenet̄.Vacans,q̄ ani-
mo,nō corpore.ſed hoc iure nō probat̄,& eſt contra l. j. C. de
cōmu.agro deſer.Scđo exigit̄,ꝙ doloſe intrauerit uere, uel ꝑ-
ſumptiue,ut đt hic Hoſt.Vere,qa ſcit eā alterius eē.Pręſumpti
ue,qa nō credit ſuā:qa tunc dolus excluderet̄: ſed credit non
ſuā,& ingredit̄,dato ꝙ credat licite ingredi:qa ſcire dēt, id, qđ
ad ſe nō ſpectat,ad alium pertinere,ut dicit illa l.fi.qđ notet li
bellans,& articulans in viam.Non procederet tn̄ libellus,ſi di
ceret,Dico quod cecidi a poſſeſſione talis rei, dato ꝙ reperio
ꝙ talis eam poſſidet:quare peto eū condemnari condictione
ex illa lege:qa hic nō allegat̄ dolus,q licet nō ſit neceſſe ut ꝓ-
betur,debet tamē allegari,ut dicit ibi Pe.Ad quod no.ff.ſi cer.

peta.

pe.l.quod te.ff.de adul.l.ſi adulterium cū inceſtu.§.ijdem Po-
lioni.ſm̃ Pet.& Cyn.in d.l.fi. Ex quo tñ eſt ingreſſus ſine cā,&
apparet ꝙ res eſt alterius,probatur dolus,vt ibi,& l.clam poſ-
ſidere.de acq.poſ.Certe puto,ꝙ ſi dicit ſuā,& dicit ſe dixiſſe,&
illum ingreſſum,ſatis narrat factū, ex quo ſurgit præſumptio
doli:& ſufficit hic.Bar.dicit:Quandoq; qs ſcit poſſeſſionē va-
cantē & alienā,& ſcit cuius eſt,& habet locū cōſtitutio.Qñq;
credit rem ſuā eſſe,& ſi mouet̃ iniuſtis rōnibus, lex illa præſu-
mit dolū.Si iuſtis rōnibus mouet̃,non hēt locū cōſtitutio,ſed
tenet̃ cōſtōne l.inuaſor.ff.de reſti.ſpo.Nec obſt.ꝙ in dubio qs
p̄ſumi debeat bonæ fidei poſſeſſor,vt l.pe.de euict. quia illud
verū,qñ ingredit̃ cum titulo,vt l.fundus.de rei ven. qđ eſt ve-
rum,nō quo ad dñm,ſed quo ad tertiū. Itē hoc uerum vſque
ad 30.annos,poſt non præſumitur mala fides,vt d.l.fi. de acq.
poſ.ſm̃ Bar.Et per hoc datur drĩa inter hoc remedium, & re-
mediū l.inuaſor.eo.ti.quia illud remedium datur ēt ꝯ nō do-
loſe ingredientē,& non datur ad pœnā fructuum, ſm̃ Cyn.&
Barto.Requiritur tertio,ꝙ res ingreſſa ſit aliena:per quæ dicit
gl.ibi,ꝙ non datur pro re hæreditaria occupata,quia illa nul-
lius eſt,vt l.j.ff.de re.diui.§.j.Petr. tenet ꝙ habeat locum,quia
res hæreditaria eſt hæreditatis, q̄ repræſentat perſonā defun-
cti,ff.de acq.re.do.l.in eo.§.fi.Idem dicit in re ſacra occupata,
eadem eſt ratio,ad l.Aqui.illud.Odof.concludit, ꝙ ſi hæredi-
tas non eſt adita,non hēt locū:ſi eſt adita, & non apprehenſa
poſſeſſio,hic ſunt opi.Aliqui,ꝙ habet locum,qa eſt hæres, de
acq.poſ.cum hæredes.Aliqui ꝯ Bar.no.Odof.dixiſſe,ꝙ ſi nun-
quam fuit poſſeſſa,tunc non daretur actio furti cōtra occupā-
tem,nec dabitur iſta,ff.de fur.l.hæreditariæ.Si aliquando fuit
poſſeſſa,licèt non tempore occupationis, hēt locum hoc re-
mediū,quia datur ad inſtar actionis furti, ut dicta l.fin. & fuit
hæc opi.Odof.Bar.ibi ſentit,ꝙ ſufficit ut hæreditas ſit adita,li-
cet poſſeſſio non ſit apprehenſa,per l.cū hæredes. & fuit opi.
Azo.in ſum.titu.vnde vi.& hoc tene,licet Butr.dicat, ꝙ ēt da-
bitur pro occupata ante aditam hæreditatem, quia retro tra-
hitur hæc aditio.Sed dicit Bar.ꝙ eſt per fictionē:quod nō ſuf-
ficit quo ad condictionē huius l. per l.3.§.j.ff. de ne.geſt. dicit
tñ But.ꝙ ex cauſa reſtituetur ad poſſeſſionē,quia hæc eſt iuſta
cā reſtituendi:qa licet non habuit poſſeſſionē, habuit tamen
poſſibilitatem apprehendendi propria authoritate,ſi adibat:
ergo ſibi reintegretur ius.Et hoc patet, ꝙ in rebus eccleſiaſti-
cis,q̄ ſunt in proprietate eccleſiæ, non hēt locum illud reme-
dium,qa non vacat poſſeſſio, dato quod vacet eccleſia: quia
eccleſia, vel locus dr̄ poſſidere,C.de epiſ.& cleri.l.raptores.ad
hoc quod no.s̄.de cauſa.poſ.cum ſuper.& qđ ſcribit Spe.in ti.
de peti.& poſ.§.j.ver.ſed nunquid. in 12.colū.per hoc patet,ꝙ
ſi eſſet propria inuadentis, ſed vacans quo ad poſſeſſionē, al-
tero aūt poſſidente nō haberet locū hoc remediū,dum tamē
vellet incontinenti probare ſe dñm,vt l.3.§.ibidem.ff.ad exhi.
Sic intellige quod no.Inn.in c.ex parte.de arbi.Non obſt.ꝙ in
poſſeſſorijs recuperandæ non habeat locum exceptio dñij, s̄.
eo.in literis.qa id verum in poſſeſſorijs, in quibus arguit̃ vio-
lentia:qđ hic non fit,ſm̃ Pe.& Cy.Item ſm̃ Bar. hēt hic inſtar
poſſeſſorij adipiſcēdæ,cum poſſeſſionem culpa perdidit. Per
hoc concludi vr̄ agentem condictione ex illa l. probare debe-
re ſe dñm,aliàs non concluderetur aliena.Sed dicit Bar.ꝙ pro
bat, eo ꝙ ꝓbat ſe antea poſſediſſe, quia illa l.p̄ſumit eum do-
minū.Requiritur vltra hoc,ꝙ is poſſideat, qui vacantē eſt in-
greſſus,ſi deſijt poſſidere ſine culpa,tenetur, ſecundū Bart.&
Cy.per l.j.§.rectiſſime.ff.de vi,& vi ar.Tertius aūt poſſeſſor in
greſſus vacantē,tenetur:& ſi agat ſecundus cōtra eū,obtinet,
l.qđ a te.ff.vnde vi. & l.j.§. qui ui a me. Si primus & ſecundus
concurrant,p̄fertur primus,ff.depoſi.l.bona fides.Nec obſt.ꝙ
primus non agat interdicto vñ vi ꝯ tertium poſſeſſorem: qa
interdictum vñ ui eſt mere perſonale: ſed remedium illius l.
inſequitur rem,ſm̃ Pe.& Cy.Nunquid aūt poſſeſſio ſic vacās
ingreſſa uitioſa dicat̃.Dicit gl.ibi ꝙ non,licet quo ad quid æq
paretur cōdictio ex illa l.ad interdictum vnde vi.ad hoc l. ſeq-
tur.§.dñs:& l.non ſolū.§.ſi tu vi a me.ff.de ac.poſ.& de vſuc.&
hoc tenet Cy.& Pe.Gl.dicit contra,Inſti.de vſuca.§.ꝙ autem.
& l.ſequitur.§.ſi occupaueris.Bart. tenet ꝙ ſi a dño nunꝙ̃ fuit
poſſeſſa, non eſt uitioſa,l.hæreditariæ.ff. de fur. Si a dño fuit
poſſeſſa,licet tpe occupationis non poſſideret̃, tunc eſt vitio-
ſa,vt l.falſus.§.ſi iactum.ff.de fur.& l.qua rōne.§.fi.ff. de acqu.
re.do.Datur enim hæc condictio ad inſtar actionis furti, vt d.
l.fi.vnde tunc affecta vitio quaſi violentiæ. Nūquid aūt ſic oc-
cupans teneat̃ condictione ex l.ſi quis in tantam.Dicendum,
ꝙ non,æquiparatur enim interdicto,quo ad poſſeſſionē reſti-
tuendam cū fructibus & nō quo ad pœnas. An aūt remediū
l.cōquerebatur.habeat locū in mobili re.Dic quod ſic, nec e-
tat prouiſum per actionem vi bon.rapt.quia illa exigit violē-
tiam.Et hoc tenuit Roſ.Cy.& Iac.Bu.& Spe.in ti. de reſt.ſpol.
§.j.verſi.ſed vt in hac materia.Quoddam eſt remedium l.me-
minerint.C.vnde vi. quod datur ꝯtra illum, qui ingreſſus eſt
quaſi bona fide,reſcripti,vel ſñię authoritate:requirit̃ ad hoc
vt hoc remediū cōpetat,ꝙ authoritate reſcripti ingrediatur,
vel ſñiæ,& ingrediat̃ parte non citata.Circa qđ dic vt in reſcri
pto,ꝙ aut continet ſolū cauſæ cognitionis delegationē, & ſi
quis illius reſcripti authoritate ingrediatur, ꝓpria dr̄ authori
tate ingredi:& iō non hēt locū l.meminerint.ſed l.extat.& l.ſi
quis in tantam.C.vñ vi.& de p̄b.licet.li.6. Aut reſcriptū conti
net cauſæ deciſionē,ut quia dicit illi poſſeſſionē eſſe reſtituē
dam,& ingredit̃ ꝓpria authoritate: & adhuc non habet locū
cōſtitutio illa,licet gl.ibi ſentiat ꝯ,& l.miles.§.qui iudicaſti.ff.
de re iudic.quia cū hic licet habeat ius,ſi ingrediatur propria
authoritate,cadit in cōſtitutionē l.extat.C.quod me.cau. Qñ
que cōceditur reſcriptū, ut ꝓpria authoritate ingrediat̃ poſ-
ſeſſionem: & hic gl.aliàs Gul.ibi dicit, ꝙ pōt ingredi authori
tate reſcripti,nec cadit in pęnā l.meminerint.qa hoc pōt fieri
per ꝯuentionē,ut l.3.C.de pig.ergo per reſcriptū.Ad hoc ff.de
acq.poſ.l.iuſte.nō placet hoc But.cōcludenti,vt hic no.ꝙ vbi
reſcriptū in totum abſorbet ius alterius, non valet parte non
citata,niſi fiat mentio de lege.Et ſic p̄t intelligi de ma. & obe.
intra quatuor.qđ no.bene:iō haberet locum illa lex. Idē ſi ta-
le reſcriptū cōcederetur ab inferiore a principe,qa talia reſcri
pta non cōcedunt inferiores a Papa. In ingrediente aūt rōne
ſñiæ,dic,ſi ſñia eſt tantum citatoria,ut quia iubet iudex citari
vt poſſidens veniat ad cauſam:ſi vi illius ingrediatur, licet gl.
dicat illam legem habere locū,tene ſm̃ Bar. ꝙ locum nō hēt,
cum authoritate ſñiæ non ingrediatur,ſed ſolum ſua temeri-
tate,quo caſu habet locū remedium l.ſi quis in tantam.Qñq;
ſñia continet cāæ deciſionem,ut qa decernitur poſſeſſionē ſi-
bi reſtituendam,& ipſe ꝓpria authoritate vult ingredi, parte
nō vocata:adhuc,qcquid dicat gl.ibi,nō habet locū,ſm̃ Bart.
remediū illius l.quia per hoc ex ſñia nō habet ſñiam ingrediē
di.Quandoq; cōprehenditur in ſñia deciſio,& ei datur licen-
tia ꝓpria authoritate ingrediendi, nec lata ſñia aliter pars ci-
tatur,an poſſit ꝓpria authoritate ingredi. dñt quidā qđ nō va
let hæc licentia:& ſi ingreditur,cadit in pœnā illius l.quia cō-
pellitur poſſeſſionē reſtituere,& cadit a iure ſuo. Aduerte tñ,
ꝙ aut eſt data ſñia de ingrediendo parte non citata ad ſñiam,
& ordine ſeruato,& citata parte ad ſñiam: & dubium reſidet
in ſequenti caſu,an in executione debeat citari, ſi nō eſt pars
citata ante ſñiam,uel iudiciū inordinabiliter agitatum, ita ꝙ
eſt nullum:tunc dñt ꝙ ꝓcedit illa lex,qa tunc ingrediens,etiā
cū ſñia iudicis,cadit in pęnā, licèt iniuſtum, tenendo opin.ꝙ
poſſit parti dari licentia ꝓpria authoritate ingrediendi, & qñ
pōt:de quo ibi per Cy.& l.dotis.ſō.mat.& in l.iuſte.ff. de acq.
poſ.per Bar.per Inn.de cōceſ.præben.cū noſtris.Hæc puto ue
ra,qñ ſolennitates ſunt omiſſę,quæ reſpiciunt partē, uel par-
tem & iudicē,ſecus ſi iudicem tm̃, vt not.gl. in c.fi.de elec.lib.
6.Non ob.ꝙ iuſte poſſideat,qui authore &c.ut l. iuſte. p̄alleg.
qa id verū,quando iudex legitime authoratur.Et eodē mō re
ſpondetur ad illud, Quod iudex facit,pars facere videtur: vt l.
ſi ob cām.de euic.Pars pōt,ut l.2.ff.de pig.ergo & iudex: quia
id uerum,qñ iudex legitime facit. Quandoq; lata ſñia ſolen-
niter corā proferente,vel alio petitur executio,& ſic ei nō dat̃
ſtatim in ſñia ingrediendi licentia propria authoritate: tunc
ſi iudex facit executionē parte non citata, non valet ingrediēs
authoritate talis iudicis,& mandati,& cadit in ꝯſtitutionis il-
lius pœnā.Idē Dy.in l.ab executione.quorū appell. non re.qa
in executione nō dēt citari quis.Licèt In.ꝯ,de appel. ex rōne.
Bar.ibi,& in l.a diuo Pio.dicit hunc intellectū ꝓcedere, qñ ne
que alia re,q̄ ſuper qua eſt ſententiatū,fit executio: aliàs non
ꝓcederet qñ fit executio in re, ſuper qua eſt ſententiatum,qa
pars non eſt citanda.Ad hoc qđ no.in c.licet.de p̄bon.lib.6. &
qđ no.de offi.or.li.6.Forte & hēt locum, qñ mutatur iudex,q
habet exequi,qa dēt citare,ar.ff.de iud.l.mortuo. etiam ſi fiet
executio in eadē re,24.q.3.de illicita.Putat tñ Bar.ꝙ ſi induca
tur in poſſeſſionē per nuntium parte nō citata,ubi citari dēt,
ꝙ nō habet locum pœna illius l. ſed oportet appellari:qđ no.
Aduerte ergo,quomodo ſe non habent hæc iura: interdictū
vñ ui prouidet ꝯ mandantē ſpoliantē, uel ratum hñtem: per
hoc non erat ꝓuiſum ꝯ ingredientē authoritate reſcripti, vel
ſñiæ,qui non erat in euidenti dolo,ſed in temeritate:ideo ne-
ceſſaria fuit prouiſio.Itē non erat per hoc prouiſum ꝯ ingre-
dientē ꝓpria authoritate ſine ui,iō fuit neceſſaria ꝓuiſio l.ex-
tat.& l.ſi quis in tantā.Item per hoc nō erat prouiſum ꝯ illos
q ab initio nō propria authoritate, ſed voluntate dñi ingreſſi
ſunt,& ex poſt facto nō reſtituentes: ideo fuit prouiſum p l. ſi
quis cōductionis.C.loca.per l.non ab re. Itē per hæc non erat
prouiſum ꝯ ingredientem rem nō vacantem doloſe,uere, vel
p̄ſumptiue:huic prouidet l.fi.C.vnde vi.Item non erat proui-
ſum cōtra ingredientem rem vacantem ſine dolo, ut ſaltem
teneretur ad reſtitutionē rei: cui eſt prouiſum per l.inuaſor.
& hoc eſt tenendum.Materiam autem remedij l.ſi quis in tā-
tam.non proſequor,quia melius cadit ſuper c. licet eps. de p̄.
ben.li.6.& qa plus ſapit naturam petitorij, quam poſſeſſorij:
& forte alibi examinabo.Quoddam eſt remedium condictio
nis ex

nis ex decre.ſæpe.de quo hic. Et hoc remediũ datur ↄ quecũ-
que ſcientẽ rẽ raptã,a quocunq; recepta fuerit, ẽt ſi per mul-
tas manus res ambulauerit ſic rapta,ff. de pe.hære.l.ſed & le-
ge.§.ſiue aũt.dũmõ neſciat vitiũ rapinæ purgatũ, & ſic in ma
la fide:qa ſi hoc crederet,uel probabiliter crederet, nõ hẽret
locũ remedium decr.vt patet hic,ibi,co ꝙ non multum, &c.
nam non iniuſte detinet, qui vitium ignorat, & bonam fidẽ
hẽt:alle.2.q.j.in primis.ff.de dolo.l.j.§.j.ff.de ui,& ui ar.l.j.§.fa
miliæ.& §.ſi filius.Nõ ob.2.q.j.in primis.qa illi,qui primo ſuc
ceſſerunt,neſciuerũt primos iniuſte eiectos:vel ibi fuit diſpen
ſatum. Hoc planũ,qñ ſuccedentes habẽt cãm a ſpoliatoribus
uel ſuccedẽtibus in uitium, & ab eis poſſeſſionẽ acceperunt.
Si aũt aliquo ſpoliato res ſit vacans, & qs ſciens hic ingredia-
tur:quidã dñt,ꝙ non hẽt locũ hoc remediũ,ſed l.conquereba
tur.C.vñ vi.Sed hoc non placet Inn.qui dicit hanc decr. & re
mediũ eius locũ habere.Hæc uera,qñ oẽs mala fide poſſidẽt:
ſi aũt inter eos aliquis intermedie poſſederit bona fide, tunc
ipſe ſolus haberet ius agendi ↄ ſequentes mala fide poſſiden-
tes,ſm Inn.puto ẽt,ꝙ primus ſpoliatus agere poſſet.Sed ſi am
bo cõcurrerent,recens poſſeſſor vr̃ præferri antiquiori. Facit
de probat.licet.Sed ex quo conſtat, ꝙ bona fide recens poſſe-
derit,puto ꝙ ipſe præferetur, quia nouus hẽt ab eo poſſeſſio-
nẽ.Nunquid aũt ipſi ſpoliato detur actio ↄ ſpoliatorẽ,vbi ha-
bet ius agendi ex hac decr.ↄ tertium poſſeſſorẽ:tenet hic Inn.
ꝙ ſic:unde hẽt interdictum uñ vi ↄ ſpoliatorem.& condictio-
nẽ ex hac decr.ↄ eum, qui ſcienter accipit, adeo ꝙ ſi eandẽ rẽ
doloſe in aliũ tranſtulerit,nihilominus poterit conueniri: qa
qui doloſe deſijt poſſidere,pro poſſeſſore hr̃,ff.de ali.iud. mu.
cã fac.l.j.ff.de rei ven.ſi autem.§.j.& §. ſed & his. Quoddam
eſt remediũ l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.qđ etiã iure ciuili cõ
petit bonæ fidei poſſeſſori,& ↄ ſecũdo occupantẽ bona fide:
& in hoc differt,& plus ꝓuidet quàm ꝓximũ,& fit per hoc re-
ſtitutio,ẽt non ꝓbata ſpoliatione, dũmõ conſtet de mea poſ-
ſeſſione,& bona fide,& de tua poſſeſſione hodie.Ad hoc ĩ Au
then.de man.prin.§.ſed ẽt vſucapientes.col.3. niſi nouus poſ-
ſeſſor doceat aliquã iuſtam cauſam, qũo ille priuatus fuerit
poſſeſſione iuſte, & hoc eſt valde propinquum ꝓximo reme-
dio.Et hoc tenet gloſ.C.de fur.l.ancillæ.And.de Baru.in d.l.ſi
coloni.dicit ꝙ ſi ceſſat omne vitium,non hẽt locũ remediũ l.
ſi coloni.Iõ ſi cecidi a poſſeſſione bona fide poſſidẽs,alter ac-
cepit bona fide,nõ hẽt locum remediũ illius legis: & hoc, qa
in pari cauſa melior eſt cõditio poſſeſſoris,ff.de pub.l.ſiue au
tẽ.qñ autem aliquali vitio intercedente, licèt non poſſeſſoris,
tunc dat̃ illud remediũ: vt ſi ſeruus, quem bona fide poſſide-
bã,aufugit,& ſic furtũ ſui fecit,l.j.C.de furt.ſi deueniat ad bo-
næ fidei poſſeſſorẽ,tunc dat̃ illud remediũ. Item Bar. in l.ma-
nifeſtiſſimi.§.ſed cum in ſecunda.C.de furt.qñ is, qui nouiter
poſſidet bona fide,habuit rem a poſſeſſore,qui rem ſubtraxe-
rat,quia mala fides vẽditoris in hoc nocet emptori, ne videat̃
cum aliquali uitio habere,ut in auth.malæfidei,C. de pręſcri.
lon.tem.ut ſic ↄ eum agere poſſit primus, qui cecidit a poſſeſ
ſione.Pro re mobili dant̃ hæc remedia,ut ibi dicit Barto.licet
gl.ↄ in l.rem,quæ nobis.de acq.poſ.Vbi autem res tm̃ detinẽ-
tur,ꝙ cõpetit remedium,hr̃ in d.§.ſed cum in ſecunda. & in l.
& ideo.ff.de cõd.fur.& tractat̃ j̃.de dolo.c.fi. ubi per gl. Aliud
eſt remediũ ꝯdõis ex canone,reintegranda.3.q.j. hoc cõpetit,
ubicunque alia remedia competunt ſpecialia,ita ꝙ eſt vnum
genus cũ alijs:& ubi daretur actio de dolo,qđ me. cã, & gene-
raliter oẽ aliud reſtitutoriũ.Ideo ſi daret̃ libellus, ſub quo ꝯ-
prehendi poſſet actio qđ met.cauſa, per quã aduocatur res ẽt
ab eo,qui metum nõ intulit,vel uiolentiã cõmiſit, arg.de or.
cog.cum dilectus.ff.ꝙ me.cauſ.ſi cum exce.§.j.ꝓcederet libel-
lus,ſi peteret ſimpliciter reſtitutionem talis rei, quaſi libellan
do in reintegranda,& daret̃ ſententia,q̃uis non ſpoliaſſet,nec
rẽ ſcienter a deiectore recepiſſet,ut d.c.reintegranda.alleg.C.
de an.exce.l.fi.& C.vnde vi.inuaſor.ſequit̃ opi.cõem,quã teti
gi s̃.eo.cũ ad ſedẽ.ſm hoc cõdictio ex decr.illa producit gene-
rale ius agendi cũ alijs.Sed Inn.s̃.eo.cũ ad ſedẽ.tenet ꝙ non ꝓ
ducat ius agendi, ſed confirmat alia remedia cõpetentia ſuis
caſibus.Ibi poſt Cal.& Hoſt.ac Inn.de elec.q̃relã.tenui ꝙ ꝓdu
cat etiã ſpeciale ius agendi, & cõpetit vbicũq; quis iniuſte, &
ſine cã cecidit a poſſeſſione,ꝑ quaſcunq; manus res iuerit, dũ
modo quis ceciderit a poſſeſſione ſine cã, ſiue detinens reti-
neat cũ titulo,ſiue non,ſiue bona fide,ſiue non. Nec obſ.ff.de
publi.l.ſiue aũt.qa hoc operabitur antiquitas poſſeſſionis, ut
in hoc illi p̃ponderet,vt no.de ꝓba.licet cãm.& dicit Inn.ꝙ ꝓ-
ſunt hæc poſſeſſoribus eccleſiarũ a poſſeſſione ipſarũ cadenti
bus:quã & ſi probare poſſunt,non tñ poſſunt ꝓbare ſuã cano
13 nicã inſtitutionẽ.¶†No.ergo limitationem,ꝙ inquantum di-
xi in c.in literis,arctari agentem in beneficialibus ad ꝓbandũ
aliquid de titulo: qa illud eſt verũ inquantum agit ſtricto in-
terdicto vnde vi:ſecus ſi condictione ex canone, reintegrãda.
excedit hæc decr.ſæpe,qa decre.ſæpe.datur ↄ ſcienter ſuccedẽ
tẽ in vitiũ:hæc etiã ↄ ignorantẽ.Excedit l.ſi coloni.quia illa da
tur bonæ fidei poſſeſſori,dũmodo poſſederit:itẽ illa datur pri
uato poſſeſſione cũ aliquali vitio:hæc datur ẽt qñ non eſt pri
uatus cũ vitio,qũocũq; iniuſte,& ſine cauſa ceciderit a poſſeſ
ſione:& illa fuit per alium iuſte etiã apprehẽſa, & nullo vitio
vero,uel præſumpto accedente.Item in alio, qa condictio ex
canone non ſolum datur poſſeſſoribus,ſed ẽt detentoribus,
in Spe.de peti.& poſ.§.j.uer.ſed nunqd.in 2. col. qđ non eſt in
l.ſi coloni.An aũt hoc remediũ reſtringatur ad res eccleſiaſti-
cas tm̃,dixi s̃.eo.cũ ad ſedem.¶Vltimo dicit hic Inn.ꝙ poſſeſ-
ſio aĩo retinetur,& non ꝑditur,donec inde expellatur,vl̃ alius
occupet,& veniens nõ admittat̃,uel ſuſpicetur ſe poſſe repel-
li,uel quouſq; eam negligat,ff.de acq.poſ.l.ſi rẽ mobilem. De
quo remittit s̃.de elec.querelã.dic ut not.in l. ſi de eo.§.j.ff.de
acq.poſ.& l.ſi furtũ.§.j.& l.furtũ.§.j.ff.de vſuc.& l.fi.C.vñ vi.&
l.licet.de acq.poſ.& remiſi ad Dy.& Io.An.in addi.Spec.dedi,
& recitaui s̃.de elec.q̃relã.dic vt ibi dixi. Omnia aũt hæc reme
dia,& libellos vide in Spe.de reſt.ſpo.§.j.uer.ſed vt in hac mã.
& ponit Io.An.primũ in Spe.de peti.& poſ.§.j.uer. poſtremo.
in 13.col.Aduerte tñ ad vnum dictũ, ꝙ ad hoc ut qs obtineat
in canone,redintegranda.nõ ſufficit narrare, ut in interdicto
unde vi,& concludere,uel in condictione ex decre.iſta, uel ex
l.ſi coloni. ubi uelit obtinere,vt ſpãliter competit hæc via, &
non vt gñaliter cõcurrit cũ aliis:quia ad hanc viã nõ ſufficiũt
tales libelli,ut notabiliter dicit Lapus de Caſti.ſua alle.52.Eſt
& aliud notabile remedium,qđ cõpetit,ſcilicet iudicis officiũ
per viam reſti.in inte.& hoc cõpetit,ẽt ſi culpa prælati quis ce
ciderit a poſſeſſione,& ad aliũ ſine uitio ſit trãſlata, ut narret
qualiter conſueuerat eſſe eccleſia in quaſi poſſeſſione perce-
ptionis taliũ iuriũ,vel talium penſionum. Item qa penſiona-
rii diu non ſoluerunt.Hic includitur culpa non exigentis, un-
de imploro officiũ ueſtrum,petendo me in integrum reſtitui
in priſtinũ ſtatũ ad ius percipiendi tales penſiones Et hic mo
dus agẽdi colligitur ex no.Io.And.poſt Hoſt.ut lit. nõ cõt.ac-
cedens.j.Et facit de hoc mentionẽ Lapus de Caſti. in loco p̃al
leg.plus ẽt dicit,ꝙ obtinet in illo remedio, ſed narrat ſua cul-
pa,uel negligentia non exigiſſe debitũ: ſed hoc remediũ ꝓce-
deret in eccleſia,uel minore,vel abſente, cui cõpeteret reſti-
tutio legis:alijs non daretur ꝓ rebus priuatis,qa ſuppoſita ne-
gligentia nõ ſubeſſet lt̃ima cauſa dandæ reſtõnis. Et dicit ibi
Lapus,ꝙ non debet narrare ſe ſpoliatum, aliàs ſuccumberet
hic intentando:qa tunc cõpeteret remediũ ordinariũ, arg.ff.
de min.l.in cãæ.& hoc eſt forte officiũ iudicis,de quo facit mẽ
tionẽ s̃.in gl.& Inn.s̃.de cõceſ.præb.poſt electionẽ.in uerbo,a
14 te facta.ad fin.¶†Prædictis vero obſtat, quod ſtante remedio
canonis,reintegranda.vr̃ ꝙ hoc remedium ſit ſuperfluũ. Qui
dam dicunt, ꝙ hæc decre.inducit, vt actio in factum,quæ dat̃
loco interdicti,Inſt.de interdic.§.vl. extendat̃ ad hunc caſum,
quod olim non erat,ſed hoc non placet,s̃.eo. cum ad ſedem.
vel dic,ꝙ dato ꝙ eſſent alia remedia,ẽt pinguiora,voluit tñ ꝯ-
cilium addere cõdictionem ex hac decr. ſm Gof.ad declaran
dum ꝙ ciuile ius ↄrium non obſtaret,cui forte multi eccleſia
ſtici iudices inſiſtebãt.& eſt ſimile quod no. de vſuris. q̃q̃.li.6.
Io.An.Item qa & hæc cõpetit ẽt pro rebus priuatis, ſed de ca-
none eſt dubiũ.Item canon,reintegranda.in ſuo caſu erat du
bium,an prouideret ſpãliter, an cõprehenderet remedia: hic
15 prouidet quo ad hunc caſum,per hanc decr.† Ex prædictis pa
tet,& ſenſit Inn.s̃.ꝙ ſicut in interdicto ſtricto vñ vi non obſtat
exceptio dñij,ita nec agenti canone,reintegranda.Hoc exp̃ſſe
tenet Inn.ẽt in remedio condictionis ex l.ſi coloni.j̃. de cõceſ.
præb.poſt electionẽ.vbi Io.An.in verbo, a te facta.ad fi.apo
ſtillæ.Item hoc remedium ẽt cano. habet remedia ſuſpẽſiua,
& parit ſpoliationis exceptionẽ priuilegiatam, ſicut & ſtrictũ
poſſeſſorium vnde vi, vt no.Inn.licèt variauerit,de ord.cogni.
16 cum dilectus.& tenet Cal.e.ti.c.fi.† Sed eſt dubiũ,cum req̃rat̃
inter cætera ꝙ ſcienter in rem ſucceſſerit, an in dubio p̃ſuma
tur ſcientia,an ignorantia:hic vacillant Doc.ſup tex.dñt ꝙ di-
centes ſcientiã,illã allegare debẽt,& ꝓbare,ff.de ꝓbat. verius.
& cum graue ſit probare,laudat Gof.ꝙ proponat̃ cõdictio ex
canone,reintegranda.ſm Gof.Hoſti.dicit, ꝙ ſcientia p̃ſumit̃,
niſi probet̃ ignorantia:ſcire enim debet, ꝙ ſuum non eſt, ad
aliũ ſpectare,C.vnde vi.ꝯquerebat̃.Abb.tenet opi. Gof.ad qđ
de re.iuris.p̃ſumitur.li.6.& hoc credit Io.An.verius.dic ꝙ aut
quis occupat rem,qua qs eſt ſpoliatus,& vacãtẽ:& tunc in du
bio p̃ſumitur doloſe,& ſciens ad alium ſpectare, occupare:&
hoc ꝓficit,nõ quo ad hoc remediũ, qđ exigit ſcientiã vitij rei,
ſed ꝓficit quo ad remediũ l.conquerebatur. tunc ꝓcedit opi.
Hoſti.ſi occupat rem non naturalẽ cum titulo de voluntate
poſſidentis,vel ẽt ſine titulo, dummodo de voluntate poſſidẽ
tis,non p̃ſumitur doloſe ingredi: nec ẽt præſumitur ſcientia
17 rei,niſi a r̃ probet̃.& ſic loqt̃ opi.Gof.† Eſt dubiũ,an hic cõuẽ
tus poſſit dñm in iudicio nominare,ſi conueniatur condictio
ne ex hac decre.dicit Vin.quod non, qa conuenitur ex ꝓprio
facto,vt no.vt li.non cont.qm̃.§.ꝙ ſi ſuper. Itẽ qa illud ꝓcedit
in mere reali:ſecus in ꝑſonali.Iſte enim, vt dicit gl.ſuccedit in

vitium

vitiū primi: & qđ dr̄, ꝙ q̄s nō ſuccedit ī vitiū alteri⁹, eſt verū in
reali: ſecus in mere perſonali: licet q̄nque habeat locum in ꝑ
ſonali, de ſepul. parochiano. Gl. vltima colligit hæc paria, au-
ferre alienum, vel retinere. ſic & alij, q̄n reputant idē auferre,
& non dare. Gl. colligit ꝯcor. imo vr̄, ꝙ peius eſt auferre, quàm
non dare, vt in c. & ſi illi. alleg. in fi. gl. Dic ꝙ hoc eſt verū, & ꝯ-
ria ſunt, q̄n quis agat ad mortem: quo caſu plus peccat is, qui
p̄t, & abundat non dādo tali, q̄ furando alteri, ſm̄ Ioan. Andr.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutione fieri mandata ſub certo modo neceſſe eſt non ſolum in facto,*
*ſed etiam in modo pareri.*
2 *Fructus dicuntur attriti, & afflicti per guerram.*
*Verba, affligere & conterere, non ſolum reſpiciunt perſonales, ſed etiam*
*reales iniurias.*
3 *Poſſeſſionis appellatione in caſtris quid ueniat.*
4 *Beneficium habere in eccleſia quis dicatur.*
5 *Poſſeſſorio agi quando poſſit iure canonico. 18.*
6 *Dictio, ſicut, denotat omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia, & in qualita*
*te ſimul.*
7 *Sententiæ excōicationis pro manifeſta offenſa quando relaxentur. 17.*
8 *Mandati forma quæ intelligatur.*
9 *Reſcripti mandatum qualificatum diſtribuitur in ſubſtantiam & qualita-*
*tem.*
10 *Ad poſſeſſorij partem eſt dare quaſi poſſeſſionem in iuribus perſonalibus*
*plurium præſtationum.*
11 *Confeſſio facta coram iudice competenti præiudicat confitenti. 20.*
12 *Poſſeſſori finis quo caſu impletur, non per quid reſtitui.*
13 *Poſſeſſorium retinendæ completur per quid reſtitui.*
14 *In poſſidendi plena libertate quis eſse non dicitur.*
15 *Dictio, affictus, ſumitur pro penſione.*
16 *Formæ iuris omiſſio, & non ſubſtantialis, non vitiat actum.*
19 *Poſseſſorium recuperandæ virtute reſtitutionis a Papa obtenta an quis*
*poſſit obtinere.*
21 *Cautionem dare obligatus quam præſtare debeat.*

## CAP. XIX.

1 PIſanis. ¶† Si mandatur reſtitutionem fieri, &
ſub certo modo, neceſſe eſt non ſolū in
facto, ſed etiā in modo pareri. h.d. Prima pars po-
nit querelam ep̄i Lucani. Secunda expreſſa cā diffi
nit, ibi, porro. Hoſt. dicit, ꝙ decr. continet cōmiſſio
nē, ꝓceſſum iniuſtū, & appellationē, primi mandati interpre-
tationē, & iniuſti proceſſus retractationē. & ȷ̄. hoc decidit &c.
2 ¶†No. j. fructus guerræ: q̄a ex eis ſequitur guerram agentium
afflictio, & attritio. Et no. ꝙ hæc verba, Affligere, & conterere,
non ſolum reſpiciunt perſonales, ſed ēt reales iniurias. Et no.
de uer. diſcordia, qđ eſt aptum concernere controuerſias ex-
3 traiudiciales. ¶†Nota 2. ꝙ appellatione poſſeſſionis in caſtris
non ſolū cōprehēditur principalis poſſeſſio caſtrorum, ſed ēt
poſſeſſio aliquorum iurium in rebus particularibus caſtri.
4 †Silr̄ dicitur quis habere bn̄ficium in eccleſia, qui hēt intra
corpus eccleſiæ, non qui hēt principalem prælaturam eccl̄ię,
5 de conceſ. præb. cle. j. ¶†No. tertio, ꝙ eſt dare poſſeſſionem, &
cuiuſlibet poſſeſſionis poſſeſſionē: nam eſt dare poſſidere, &
libere poſſidere, & ſic eſt dare quaſi poſſeſſionē, & quaſi poſ-
ſeſſionē libertatis poſſidēdi, & quælibet cauſat poſſeſſorium:
& dato ꝙ locus non ſit ſubſtantialis poſſeſſioni, & reſtitutio-
ni poſſeſſionis, nihilominus de iure canonico pōt agi poſſeſ-
6 ſorio. ¶†No. 4. ꝙ dictio, Sicut, non ſolū exigit adæquationem
in ſubſtantia, ſed in oī qualitate, & modo: & ſic notat omni-
7 modā ſimilitudinē & in ſubſtantia, & qualitate ſil̄. †Not. v. ꝙ
ſententiæ cenſuræ pro manifeſta offenſa non relaxantur ante
ſatisfactionem: pro dubia relaxantur, ſufficieuti cautione re-
cepta de parendo mandatis eccleſiæ. ad hoc de uerbo. ſign. ex
8 parte. ¶†Not. ſexto, ꝙ a forma mandati ſuꝑ vtilitate partium
fundata receditur, q̄n ſtat per partem: quia mandatū intelligi
9 tur, ſi non ſtet per partem. Ad hoc de officio deleg. c. fi. ¶†No.
7. ꝙ mandatum qualificatum diſtribuitur in ſubſtantiam, &
qualitatem: & ſic diſtribuitur in duo diuerſa mandata: non
implebile reſpectu ſubſtantiæ, implendum eſt reſpectu quali
tatis. Ad hoc de dolo. cum dilecti. ff. de arb. l. Celſus. ex quo po
teſt. Item quia forma mandati eſt diligenter ſeruanda tam in
ſubſtantia, q̄ in qualitate: & non ſufficit formam ſeruatam, vl̄
pro obſeruato habitam in ſubſtātia, niſi & in qualitate obſer-
uetur: & ꝙ omiſſio formæ etiam in qualibet minima qualita
10 te reddit proceſſum nullum. ¶†Nota hoc apertum, ꝙ etiam
in iuribus perſonalibus plurium præſtationum eſt dare quaſi
poſſeſſionem aptā ad partē poſſeſſorij: nā tales affictus deben
tur actione locati, q̄ perſonalis eſt: de quo de elec. querelā. de
11 cenſi. peruenit. ¶†No. ꝙ confeſſio facta coram iudice compe
tenti, ēt in iudicio nullo, præiudicat confitēti, quia ſolum exi-
git iudicij colorē, & non formalitatem telæ iudicij. Vide Inn.
12 de ord. cognit. c. 2. & de accu. ſuper his. ¶†Not. caſum, in quo
finis poſſeſſorij impletur non per quid reſtitui, ſed per quid re
laxari, q̄n agitur pro reſtitutione libertatis poſſidendi, quæ ali
cuius non poſſeſſi retentione turbatur. ¶Not. ꝙ facilius colli-
gitur ius ſuum, & exercet̄ in re vacante, q̄ poſſeſſa: ad hoc ne
ſede vacante. c. j. & quod ibi no. & qđ no. Inn. de teſti. veniens.
13 & Bar. de re iu. a diuo Pio. †Sic aliquando retinendæ complet̄
per quid reſtitui, ut in l. clam. §. fi. de acq. poſ. & nó. de ꝓbat. li-
14 cet cām. †Et no. ꝙ quis non dicitur eſſe in plena libertate poſ-
ſidendi, non ſolū q̄n actualiter turbatur, ſed ēt q̄n præter ſoli-
tum ab alterius faciliter pendet poteſtate turbare, quod ex ali
quo nouiter attentato, & ſic potentia de facili reducibilis ad
15 actum, actui a iure æquiparatur, vel pro actu ſumitur. ¶†No.
16 de verbo, Affictus, quia ſumitur pro penſione. ¶† Opp. primo
ꝙ ualeat geſtum forma nō ſeruata, 11. q. 3. c. j. & c. quomodo.
j. q. j. euidenter. ibi loquitur in forma iuris, & non ſubſtātiali,
17 hic in forma hominis, quæ in dubio ſubſtantialis eſt. † Op-
ponitur, ꝙ non relaxet ſententias, ſed abſoluat: q̄a hæc ſenten
tia tenebat, ꝙ met. cau. c. j. lib. 6. & quod ibi no. in verbo, reuo
18 cationis. Solutio ſtat hic improprie pro abſolutione. ¶†Opp.
ꝙ non ſit danda reſtitutio reſpectu quaſi poſſeſſionis liberta-
tis poſſidendi: ex quo enim non eſt probata ſubſtantia poſſeſ
ſionis caſtrorum, nec etiam ſpoliatus eſt ep̄s quaſi poſſeſſio-
ne redituum, iam ceſſat ſubſtantia poſſeſſionis: ergo quęlibet
qualitas libere poſſidendi, q̄a ex quo ceſſat ſubiectum, & acci
dens ad illud, de conſti. cum acceſſiſſent. & l. eius, qui in ꝓuin-
cia. ff. ſi certum petatur. Sol. duo erant mandata, primū vt re-
ſtitueretur ad ſubſtantiam poſſidendi: ſm̄ ad qualitatem li-
bere poſſidendi. Et poſſidere, & libere poſſidere, ſunt diuerſa,
& primum poteſt haberi ſine ſecundo, & quodlibet per ſe pa-
rit ius agendi: licèt ergo in poſſidere ceſſat ius agendi, nō ceſ-
ſat ius agendi pro libere poſſidere, quia hoc ius agēdi eſt ſub-
ſtantia per ſe ad qualitatem libere poſſidendi, quæ adeſſe po-
teſt in ſubiecto poſſeſſionis, quam habet, uel habiturus eſt:
ſufficit ergo ꝙ hēat, ut pro hac qualitate agere poſſit. Nam nō
recipit poſſeſſorium libertatis poſſidendi pro ſubiecto ip̄m
in ſubſtantia non poſſidere, pro quo datur interdictum: ſed
ipſum poſſidere qđ adeſt, licèt non cōpetat interdictum, & ex
hoc ſequitur, vt reijciantur obiecta, ex quibus actu uel poten-
tia de facili ad actum reducibili impeditur liberum poſſide-
19 re, uel turbatur. ¶†Opp. 4. ꝙ non arctentur Piſani ex hoc man
dato ad caſtra dimittenda: nam cum non fuerit hic probata
poſſeſſio caſtrorum per epiſcopum, ad illam reſtitui non de-
buit: ſic nec etiā reſtituitur, nec etiam ad reditus, vel affictus,
quia illis non fuit ſpoliatus. Nec ad qualitatem libere poſſidē
di, quia ſi ep̄s poſſidebat caſtra, alter poſſidebat: & ita vno, ſi-
cut altero poſſidente, veriſimiliter poterit affictus colligere:
non ergo erat priuatus quaſi poſſeſſione libere poſſidendi.
Quidam dicunt fatēdo, ꝙ partialiter Papa ſe geſſit hic: & hoc
fuit tempore Frederici, de quo de re iud. ad apoſtolicæ. lib. vj.
Et quia Lucani erant de parte eccleſiæ, ſic fuit illa ciuitas a tē
pore, cuius non eſt memoria: Piſani vero pro imperio. Ideo
Papa fauit, vt dicunt: ad hoc de pęni. & remiſ. ca. 3. Sed hęc eſt
trufa. Ideo ſecundo Hoſtiē. Pet. & Abb. ponunt intellectum, ꝙ
hic Lucanus epiſcopus commiſerat ciuibus ſuis cuſtodiam
quorundam caſtrorum, vt ex illis ſe iuuarent, & ab expenſis
releuarentur: in quibus tn̄ percipiebat aliquos reditus. Con-
tingit ꝙ deuictis Lucanis Piſani occupauerunt caſtra, qui mo
niti noluerunt ep̄o reſtituere, permittebant tn̄ illū ſuos redi-
tus recipere. Quia noluerunt iſta caſtra reſtituere, fuerunt in-
terdicti, & excōicati authoritate apoſtolica: quas Piſani pete-
bant relaxari: obijciebat̄ de notoria offenſa, & ꝓcedendū, vt
in lr̄a. Hæc lec. nō placet, q̄a mandaſſet hæc caſtra reſtitui, ſed
mādauit vt caſtra relaxarent̄. Itē huic obuiat ꝯ, q̄a ſi Lucani
tenebant, ergo ita nūc eſt liberū recipere, ſicut prius. ſed rn̄de
vt ſtatim dicam. Secundus intellectus, ꝙ Lucani poſſidebant
caſtra, & nō tenebāt noīe ep̄i, ſed ꝓprio, vt moris eſt cōmita-
tuum in Italia: hic Piſanis tenentibus non eſt in illa libertate
poſſidendi, in qua erat prius: quia Lucanis poſſidētibus libe-
rius reditus & affictus colligebat, quā poſſidētibus Piſanis. Itē
Lucanos reſiſtentes liberius poterat coercere, cum eſſent ſui
dioceſani: & ſic nō erat tunc, qui ep̄m repellere vellet, vel poſ
ſet de facili. Item minores ſumptus faciebat in illis colligen-
dis, nam cum poſſidebant Lucani, ibant familiares ep̄i ad col
ligendos redditus pedes forte, & ſine armis: & tunc licet ibi be
nigne reciperētur. nūc ꝑꝑ guerram oportebat eū venire eque
ſtrem, armatum, & cū magna comitiua: nō debuit ergo reſti-
tui epiſcopus, quia non erat ſpoliatus poſſeſſione caſtrorū, &
licet forte eſſet ſpoliata Lucana eccleſia a Lucanis, & Lucani
a Piſanis, contra ſecundas ſpoliationes non competebat in-
terdictum vnde vi, ſupra eod. olim. quia tempore guerræ mo-
tę plane, & quiete poſſidebat cenſus & redditus caſtrorum, &
hoc conſtabat, vt ſeruaretur forma mandati, debuit reduci in
eam plenitudinem, quietudinem, & libertatem, quam illo tē
pore habebat: quod non fuit per prædicta, Piſanis caſtra tenē
tibus: compelli ergo debuerunt, vt prius caſtra demitterent.
Ad hoc de deci. cum aliquibus. ibi, præcipimus dominis præ-
diorum,

diorum,quòd illa talibus tradant,a quibus decime, quiete ꝑſoluantur. Et per hoc ſoluitur qđ obijcitur,ꝙ alijs ꝗ Piſanis tenentibus caſtra,in poteſtate eſſet illorũ epm̃ repellere.Itẽ ꝙ ꝑ hunc modum poſſent epi impetrare,ꝙ dñi ciuitatum, in quibus epi habent cenſus,cogãtur ciuitates dimittere, cum in ipſorum ſit poteſtate,&c.Dicit tñ Abb. ꝙ non eſſet hoc iniuſtũ facere,cum hæc uia fuerit excogitata ↄ̃ tyrãnos, & iniuſtos occupatores bonorũ,& caſtrorum,quales erant iſti: & hoc conſtabat,vt ſic cogant loca dimittere,quæ detinent in ſuarũ animarum periculũ:cũ non multum,&c.ſ.eo.ſæpe.ↄ̃ iuſtos vero dños hoc non ↄpeteret.Si aũt alij,ꝗ Lucani, tenuiſſent caſtra iniuſte,dicit Inn. ꝙ hoc probato per Piſanos non tenerent illa dimittere,ſed ſufficeret ꝙ paterentur epm̃ percipere cẽſus ſuos plene,& libere.Ad qđ optime j.de proba.licet.Potes ponere alium intellectum,& tertiũ, ꝙ ſi nunquã guerra eſſet inter Lucanos & Piſanos,caſtra eſſent in ſua libertate, & uacantiã,ꝗ fuerunt occupata per Piſanos, & per hoc ablata libertas redditus colligendi:quia dicit ꝙ plus ſibi placet,ꝙ prius Lucani occupauerant caſtra:vñ ↄ̃ illos competebat eccłiæ interdictum,& non ↄ̃ Piſanos:tñ iuſte fuerunt excõicati pro detẽtione rerum eccłiæ,12.q.2.quicunque militũ.quaſi cum offenſa notoria videretur,non videbant abſoluẽdi ſine ſatisfactione, de uer.ſig.cũ olim.& de ver.ſig.c. ex parte.& qa forma nõ fuit ſeruata,ideo,&c.Vnde quantuncũq; talis forma non debuerit dari,data debet ſeruari.Ideo dicit,ꝙ ſi Papa mandaret Piſanos abſolui,ſi ipſorũ ſyndicus pollicẽ leuaret, uel his ſimile, neceſſe eſt parere:& abſolutio taliter facta non tenet,quia cõtra formam mandati,qualecunq; ſit mandatũ, ſm̃ Io. Andr. Per hoc inferunt Pet.Abb. & Gof.ꝙ ſi quis mandatur reſtitui in eum ſtatum,in quo erat tpe motæ litis, licet nõ reperiatur ille ſpoliatus, ſi tñ reperiatur deſtitutus in modo poſſidendi, reſtituendus eſt ad plenã poſſeſſionem. Per prædicta dicit Inn. ꝙ non licet alteri noua caſtra cum alterius iniuria facere, uel emulatione,ff.de ope.pu.l.opus.& ita ẽt nec uetera inhabitata incaſtellare,C.de edi. priua.l.3.libr.11. de fun. litmit. palũ. &c.l.j.2.& 3.ff. de his,qui no.infa.l.athletas. & poteſt eps agere ad deſtructionẽ caſtrorũ condictione ex lege,uel iudicis officio.Ad qđ de Iude.conſulit.& idem in alijs redditus habentibus.Nec eſt tunc actio popularis, ſed agit vnuſquiſque pro
20 vitanda diminutione ſui patrimonij,ſm̃ Inn.¶† Vltimo not. Abb.hic tex.ꝙ licet non ualeat proceſſus iudicis, ualet cõfeſſio facta coram illo: quia ex illa confeſſione mouetur hic Papa.Ad hoc qđ no.de or.co.c.2.de accuſa.qualiter. Ad hoc de accu.c.j.& 2.lib.6.& in cle.conſtitutionem. de elec. Et hoc eſt verum,qñ ad hunc finẽ,uel ſaltẽ connexũ, agebatur, Itẽ hoc uerũ in expreſſa cõfeſſione:ſecus ſi ſit in exceptione incluſa,quia excipiens non fatet̃.Et ſic intelligit̃ l. filiũ. C. de lib.cã. & l.iubemus.Et ſic tempera Bart.in l. ſi confeſſus.de cuſt.reo.
21 dixi de iud.at ſi clerici.& de ord.cog.cum dilectus.¶†Ad glo. qualis cautio exigatur.Gl.dicit,ꝙ ſufficit cautio iuratoria,niſi illi ualde ſuſpecti eſſent,ꝙ periurium non timerent, de uerb. ſig.ex parte,de præſump.literas.Io.And.dicit hoc uerum,ſi de ſufficienti non eſſet expreſſum.Io.An. Sed certe ſufficiens intelligitur ſecundum ſubiectam mãm, quoties cõmittitur ſtipulatio.Dicit tñ verum,ſi cõmittitur in incertũ, totiens committitur,quotiens ↄ̃uenitur,de pę.c.j.ff.rem ra.habe.ſi procurator.ubi ſi ꝓcurator cauet rem ratam dñm habiturũ, totiẽs committitur,&c.ff.de vſufru.quemadmodum.§.ecce.Si committitur ad certũ,non cõmittitur niſi ſemel,ff.de arb. Celſus. §.duo.niſi dictum fuerit,ꝙ totiens committitur,&c.ff.de trãſ. qui fidem.& vide qđ no.de arbi.dilecti.ſuper vl.gl. ſm̃ Io.An. Pet.& Abb.gl.ſequens eſt clara.in fi.dic,& de præben.cui nõ. lib.6.¶Oppo.ꝙ ſi nõ ꝓbat poſſeſſionẽ caſtrorũ, nõ dẽat reſtitui,cũ mãdatũ fuerit vt reſtituat̃ ad poſſeſſionẽ caſtrorum, & nullã ibi poſſeſſionẽ hẽat.Solu.hęc verba pñt dupliciter ĩtelligi, vel duo cõprehendere,ut reſtituat̃ poſſeſſio, ꝗ hẽbat in caſtris,i.quam habebat circa caſtra:Scđo, vt reſtituatur ad poſſeſſionem,quam habebat in caſtris,i. quam habebat in particularibus rebus, vel iuribus caſtrorũ.Et hoc ſcđo modo intelligitur hic.Si primo modo non põt intelligi mãdatũ, quia talem non hẽt de facto poſſeſſionẽ. Gl.quærit, in quo peccauit. Imò gl.declarat, inquantum dicit poſſeſſionem caſtrorũ reſtitui,maledicit,qa hoc non dicit litera, ſm̃ Pet.& Abba.cũ illa caſtra eps non ꝓbaret ſe poſſediſſe: ſed dẽnt Piſani compelli ad dimittenda illa caſtra.Gl.vlt.eſt clara in fi.vel dic,ꝙ fuit impugnatus ꝓceſſus tanquam habitus poſt, & ↄ̃ legitimã appellationẽ: appellauit enim eps ſm̃ vnum intellectum, ne fieret abſolutio,niſi ante fieret plena reſtitutio:& idẽ. Hoſt.Inno.ẽt intelligit primo modo,ꝙ hic egit per uiã nullitatis: & hic eſt melior intellectus:alias ſi confeſſio fuiſſet facta poſt appellationem,non ualuiſſet tanꝗ corã non iudice.Et hæc ſufficiant.

## ¶ De dolo,& contumacia. Rubri.

¶Viſo de ſpoliatis,& eiectis aduerſariorum potentia, videamus de fatigatis ĩ iudicio aduerſariorũ dolo & ↄtumacia: uel ſm̃ Hoſt.ꝙ ſpoliati quandoq; dolo uel contumacia rei reſtõnem conſequi non pñt,ideo &c. Materia, 3.q.9.4.q.5.5.q.2.& 3.per totum, 14.q.3.certum petitur.in ſexto,& clem.&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Contumax non dicitur reus, qui ad iudicis mandatum mittendum in poſſeſſionem non admiſit, ſi intra annum caueat ſtare iuri.*

2 *In poſseſſionem dicitur miſſus, vbi ſtat per eum, contra quem fit miſſio. numero 6.*

3 *Poſſidere non dicitur miſſus in poſseſſionem ante lapſum anni, ſed demum lapſo anno abſque alio decreto.*

4 *Contumax in cauſa priuata, contumacia punita, ad vtilitatem priuatam aliter non mulctatur, nec extraordinarie punitur.*

5 *Aduerſus poſseſſionem nactam, vel miſſum in poſseſſionem, ſi is, contra quem eſt facta miſſio, offerat cautionem, tandemq́ non proſequitur iudicium, adhuc ſit miſſio intra annum, & adhuc cautionem offert, an admittatur. num. 6.*

7 *Poſſidere vbi quis dicitur poſt anni lapſum, an talis rigor habeat locum in quocunque foro.*

8 *L. ſi quis in tantam. an habeat locum in minore ſpoliante.*

9 *Minor an teneatur ex delicto in omittendo.*

10 *L. ſi quis in tantam, an habeat locum in eccleſia, prælato ſpoliante.*

11 *Prælati delictum an noceat eccleſiæ.*

12 *Delictum prælati cum conuentu an noceat eccleſiæ.*

13 *Delictum rectoris an noceat eccleſiæ.*

14 *Legatum factum eccleſiæ ſub conditione, ꝙ rector facere aliquid debeat, an caducetur negligentia rectoris.*

15 *Leges pœnales approbatæ per canones, locũ habẽt, ubi tota eccleſia deliquit.*

16 *Iudicis executionem impediens quomodo mulctetur.*

17 *Iudex eccleſiaſticus an mulctet.*

### CAP. I.

1 AD hæc. †Reus, qui mittendũ in poſſeſſionẽ ad mandatũ iudicis non admiſit,nõ mulctabitur de canonica æquitate, ſi intra annum caueat ſtare iuri. Cõis diuiſio. ſcđa
2 ibi,ad qđ.¶†No.ꝙ vbi ſtat per eum,ↄ̃ quem fit miſſio,miſſus hr̃ pro miſſo:& talis ficta miſſio vt ſubrogata loco uerę, per oĩa habet effectũ verę miſſionis,
3 & ad illius ficta miſſio uires mẽſuratur.¶†No. ſcđo ꝓ opinione, vt miſſus in poſſeſſionẽ ante lapſum anni non poſſideat, ſed demum lapſo anno abſque alio decreto: de quo ut lit. nõ cont.§.in alijs.& §.qđ ſi ſuper.¶No. practicã recuperandi rẽ,
4 qa habet offerre cautionẽ & expenſas.¶†Not.ꝙ de canonica æquitate contumax in cauſa priuata, contumacia punita ad vtilitatem priuatã pro publica,& iudicis contẽptu aliter non mulctatur,nec extraordinarie punitur: ↄ̃rium tñ fuit factum,
5 vt lit.non conteſt.accedens.†Quid ſi is, ↄ̃ quem eſt facta miſſio,offert cautionem,& tandem non proſequitur iudiciũ, & eſt contumax,adhuc fit miſſio intra annum,adhuc offert cautionẽ,an admitteur?Poteſt dici ꝙ non:imo ſecundo adiudicabitur poſſeſſio auctori ſaluo iure proprietatis:vel ſaltẽ differt̃ reſtitutio,donec cauſa legitimũ incipiat habere progreſſum, j.c.ꝓxi.& c.finẽ.ut lit.nõ cont.qm̃.§.pe.de offi.or. ſignificauit. de app.ad hoc.de proc.c.j. Eſt etiam recurrendũ ad fideiuſſores,& pignora,ſi interuenerint,ſm̃ Hoſt.de quo in Spe. de primo decre.§.iã de effectu.in fi.ibi Spe.dicit ꝙ prouidebit ꝑ excõicationẽ,vt lit.non cõt.qm̃.in fi. uel aliter ꝓuidebitur iudicis officio,de reſt.ſpo.frequens.li.6.§.ſolet. Itẽ dicit ibi Io.An. ꝙ hic ſatiſdedit ex prima contumacia de ſtando iuri,ex illa ergo diſtinguitur.Et ſi ſecundo eijciant,aggrauatur taliter, ꝙ vlterius non attentet,qđ iuſte fit,vt recidiuant.alle.de hęreticis,
6 accuſatus.lib.vj.¶†Ad gl.primæ ſunt literales op.ꝙ non hẽat ꝓ miſſo impeditus ingredi: ſed contra impedientẽ agendum eſt ad intereſſe,ff.q.ex cau.in poſ.ea.l.creditorem.Solu.Si ſtat per eum,ↄ̃ quẽ habetur pro miſſo,ſi per tertiũ agitur de dolo ↄ̃ eum ad intereſſe,ſi eſt ſoluendo:alias habetur pro miſſo, vt l.fi.ff.de eo,per quem fac.eſt.Si aũt nõ põt ingredi natura rei, uel quia res non ſunt,habetur pro miſſo:ut ſi poſtea res accedant ſibi,uel deficiat impedimentũ,poſſit ingredi propria authoritate,ſine alia iudicis licentia,& currat tp̃s ſecundis creditoribus ſm̃ formam l.fi.C.de bo.au.iudi.poſ. Et ſi poſſideret, idem de tempore ad recuperandam poſſeſſionem, ut hic:qđ no.& de hoc eſt caſus in l.quamuis.ff.de bon.au.iud.poſ.& l.
7 præceden.in fin.¶† Gl.inducit decre.ad q.ꝙ rigor 16.q.v.placuit.& l.ſi quis in tantam,C.vnde vi.non hẽt locum in cauſis eccleſiaſticis.Gl.concludit,quòd ille rigor non habet locũ in effectu,nec in minoribus,nec in eccleſijs,quin ſaltim reſtituãtur.Nec ob.qđ dicitur,cauſæ detrimentum patiatur:qa illud intelligi dẽt quo ad poſſeſſorium, quia ↄ̃ eccleſiã poterit agi poſſeſſorio:ſed quo ad ꝑiudiciũ proprietatis nõ ꝑiudicat. Vel ſecundo ꝑiudicabit ipſi prelato, vt non poſſet ſtare in cã illa: eccleſia tñ audietur,cui non præiudicat̃ in ꝓprietate. Vel ipſe

prælatus

prælatus detrimentum patietur, non eccleſia, qa prælatus in illo punietur, & ſatisfacere cōpelletur de ꝓprio, 11.q.4.quicũ que. In priuatis tenet gl. ꝙ habet locũ: & hoc verũ quo ad forũ contentioſum, non quo ad aĩam, ut no.gl.in l.ſi pęnæ cã.ff. de condi.inde. ad hoc 12.q.2.fraternitas. Itē hoc verũ, niſi qñ aliter non haberet, qui ſibi ius diceret, vt l.ait prætor.§. ſi debitorē.ff.de his, quæ in frau.cred.& no.Io.j.di.ius gentiũ. & doc. hic. Hic ſunt duo videnda, an l.ſi quis in tantam. habeat locũ
8 in minore ſpoliante. Scđo, an habeat locũ in eccleſia. ¶ † Ad primum gl.in l.ſi quis in tantã.dixit ꝓximũ pubertati, & adultũ teneri, & nõ reſtitui. Alij infantes, uel proximi infantiæ nõ. Et hæc uera, habeant vel non, tutorē, vel curatorē, ff.de mino. ſi ex cã.§.nunc videndũ. Et ſi curator vel tutor hoc fecerit, ipſe, non aũt pupillus tenetur, ut ibi dicit gl. Cy.idē tenet in doli capace, cũ illa lex puniat dolũ uerũ vel p̄ſumptũ, ꝑ l.auxiliũ. ff.de mino. Nec ob. ꝙ ex hoc contingat alienatio, quã non p̄t
9 facere minor: qa hæc eſt alienatio legis. †Nunquid aũt ex delicto in omittendo teneat̄ minor: & quid qñ puniat̄ nõ ex dolo, ibi plene per Cy.& But. Bar.dicit, ꝙ ſi inuaſit credens ſibi licere, non doloſe, licet p̄ſumat̄ dolus, reſtituitur, qa aduerſus p̄ſumptum dolũ de præterito reſtituit̄, ex quo non eſt in uero dolo, l.ex cauſa.§.cõmiſſa.ff.de mino.& l.j.§.fin.ff. de eden. & no.ff.de no.ope.nuñ.pro non dolo non reſtituit̄, & nõ tenet̄,
10 ſeu cadit effectu in conſtitutionē p̄dictã. ¶† Ad ſecũdũ an habeat locũ in eccleſia.gl.ibi dicit, ꝙ pro ſpoliatione p̄lati, uel a p̄lato facta non tenetur, niſi cõicato conſilio hoc fecerit, ſubaudi cũ capitulo.& all.l.iubemus nullã.C.de ſac.ſan.ec.eã ſic declarat Butr. Si p̄latus deliquit, prælatus puniat̄, & ſi nõ hēt vñ, vt quia monachus, aliter caſtigabit̄, l.ſi id qđ.§.in ſeruos. ff.de iuriſ.om.iu.ff.de pęnis.quid ergo. Sed hoc vr̄ ꝯ no.de ſol. Odoardus: quia non fuit quis in corpore, inquantũ agitur ad cõmodum priuatum, ſi delinquunt in corpus congregato ad hoc capitulo, vel ēt non ad hoc congregato, dũmõ ad hoc ſe cõiter recipiant, p̄iudicabit ipſi uniuerſitati, vt puniat̄ vt vniuerſitas, & puniri ēt poterunt ut ſinguli: qa delictũ uniuerſitatis non excuſat̄ eos ut ſingulos, qa in delictis non dēt pareri vniuerſitati, l.liber homo.ad l. Aquil.de his, q̄ fi.a ma.par.ca.c. j.& c.quæſiuit.de hoc aũt an uniuerſitas poſſit delinquere, & qd de ſingulis, ibi per Cy.& uide Bar.ff.de incen.rui. & nau.& in l.aut facta.§.fi.ff.de pęnis. Per hæc ur̄ uelle, ꝙ non teneatur eccleſia. Cy.idem, niſi ad eccleſiã peruenerit. Bar.nihil utile di
11 cit. Goſ.hoc idem ſentit hic, & Gratianus in §.ult.16.q.j. †Ad eruendam ueritatē huius, oportet declarari illud dubiũ, an & qñ delictũ prælati noceat eccleſiæ. De hoc hr̄ in rl̄a, delictum. de re.iur.li.6. Reſecatis opinio.ſuperfluis, & in fine faciam remiſſiones, duo ſunt uidenda. Primũ, an delictũ p̄lati ſolius noceat eccleſiæ. Secundo, quid de delicto p̄lati cũ cõuentu. Tertio, qd de rectore non habente conuentũ. Dic, ſi quærit̄, an factũ p̄lati noceat ꝯhendo: dic ꝙ non p̄iudicat, niſi cũ debitis ſolennitatibus ꝯhat, de reb.ecc.non alie.per totũ.12.q.3.per totũ.& ſi ꝯhat cum debita ſolennitate p̄iudicat, ſiue modice, ſiue immodice lædat, reſtituitur tñ eccleſia, de reſti. in integ.c. j.& per totũ.de precario.c.2. Si quæritur, an p̄iudicet eccleſiæ donando: ſi donat locis pijs, recurre ad no. de p̄b. extirpandæ. §.qui vere.& qđ no.de his, quæ fi.a præla.ea noſcit.& c.paſtoralis, de dona.ad apoſtolicæ.12.q.2.bonæ rei. Si alteri donando, dic vt in c.j.& 2.de dona. Si quæritur, an p̄iudicet eccleſiæ negligendo: ſi agitur de abdicanda re, uel iure eccleſię, nõ immediate ex negligentia, ſed ꝑꝑ negligētiã, p̄iudicatur eccleſię, vt in præſcriptis no.de præſcrip.c.j. Ideo in abdicanda re per ſñiam, ſi omiſit aliquam ltĩmam exceptionē, p̄iudicat eccleſiæ: licèt Archi.uideat̄ uelle, ꝙ exigatur negligentia totius cõuentus ſecũ, ut perdat exceptionē, ut no.11.q.3. priuilegium. Sed ſatis dr̄ capitulũ negligere, eo ꝙ nec ipſum, nec p̄latus opponunt. Et ſic p̄ot intelligi de reſti.in integ.c.2.& de re iud.inter. Si priuatio iuris ſurgit ex immediata ſua negligentia p̄lati, tunc in modicis præiudicat eccleſiæ, & in leuibus, non in grauibus, per no.ut lit.non cõt.c.j. coniunctis no. de iura.cal. c.fin. ſic p̄ot intelligi gl.de ſepul. cũ liberum. In grauibus autē ſic inquirendum præiudicat eccleſiæ: no.gl.16.q.6.§.fi. In q̄ſitis non præiudicat, ut no. in d.c.cum liberum. iunctis no.in d. c.j.ut lite non conteſt.& de iura.cal.c.fi. Si quæritur, an delictum prælati noceat eccleſiæ in omittendo, ita ꝙ omittere cadat in delictum, ut in cõtumacia, vel aliquo ſpecifico delicto: & tunc dic in leuibus, & ubi agitur de iure quærendo, uel de lucro captando, præiudicat in grauibus, non præiudicat iam quæſitis, per eadem iura. Ad hoc dictum Lau.de don.c.2.multo minus, ſaluo niſi eodem inſtanti concludatur negligentia, vel delictũ prælati, & ꝯuentus: quo caſu dico, ꝙ ſi delictum eſt formaliter punibile in perſonã p̄lati, uel conuentus, nõ punit̄ eccleſia, ſed ipſe ꝯuentus, uel p̄latus, ut j̄.dicã, qñ delictum eſt in cõmittendo, & per iura, q̄ ibi allegabo. Si aũt delictum nõ eſt formaliter punibile in perſona conuentus, uel prælati, puniet̄ ipſa eccleſia, ſed poſtea habebit regreſſum ꝯ prælatum, & particulares de conuentu. Sic intellige l.iubemus nullam. C.de ſacroſan.eccle. Et ſi nõ eſſet ſoluendo, ſatis poſſet dici ꝙ eccleſia reſtituatur tunc, ex quo eſt delictũ in omittēdo, & de præterito, vt ff.de mino.l.ex cauſa.§.ſi in commiſſum. Ad hoc qđ no.de relig.do.conſtitutus.ad hoc debet reduci gl.q̄ dicit, ꝙ delictum præiudicat in omittendo.gl.16.q.6.ſi ep̄m.& qđ no.de dona.c.2.& in regula, delictum.de reg.iu.lib.6. Non ob. quod no.16.q.6.placet.& de relig.do.conſtitutus.vbi no. propter non ſolutionem cenſus eccleſiam non cadere in cõmiſſum: qa alienare non poteſt ſine debita ſolennitate: ergo nec ſi res perdãtur. Ad qđ l.placet.C.de ſacroſ. eccl. quia quod ibi res nõ cõmittat̄ eccleſiæ ex non ſolutione cenſus, eſt ex ſpeciali priuilegio eccleſiæ conceſſo per l. placet. quod poſtea reuocari nõ potuit. Sed ſi pęna ſe extenderet ad eccleſiam, vel non reperitur priuilegiata, delictum in omittendo, & negligentia noceret etiam in quæſitis, ſi ex hoc cõcluderetur negligentia in prælato, & capitulo. Non ob. quod non poſſit alienare negligendo: qa ſic ſine ſolennitate alienaretur, quia ſolennitas exigitur in contractu, nõ in maleficio, vt ibi no.Cy. & Bar.ſcilicet in d.l.iubemus. Sic aliquid facto perditur, quod non perditur verbo, & contractu, de ſenten.excõ.in audientia. & cap. perpendimus. Si quæritur, an delictum prælati in committēdo noceat eccleſiæ. Quidã diſtinguunt inter iudicialia, & extraiudicialia, vt gl.in reg.delictũ. Quidã diſtinguunt, an perueniat ad eccleſiam, & nocet: an nõ, & non nocet Dy. in dicta regula. Quidã dicunt, ꝙ ſi agitur de pœna honoris, nocet: ſi de pœna bonorũ, nõ, 16.q.6.ſi epiſcopum. Alij dicunt, ꝙ nõ nocet eccleſię, ſed prælato. vt de ſuo ſatisfaciat, vt no.glo.hic, 16. q.6.ſi epiſcopum.ad hoc 54.diſ. ſi ſeruus.gl.16.q.6.§.fi.12.q.2. monemus.& c.ſtatuimus.& c.ſi quis.& c.diaconi. 12. q.2. Ad hoc optime 16.q.6.cognouimus.& Spe.in tit. de dona. Alij diſtinguũt, an agatur de lucro captando, an de damno vitãdo: primo caſu noceat, ſecundo non, vt no.Io.mo. in regula, delictum.de reg.iur.& Lau.de dona.ca.2. Alij diſtinguunt quærēda a quæſitis, vt primo caſu præiudicet, ſcđo non. Ioã.16.q.6. §.fi.Io.Mo.in reg.prædicta, ꝙ ēt in idem recidit. Alij quod in leuibus præiudicat, in grauibus nõ prẹiudicat, vt no.de ſepul. cum liberum. Omiſſis ſuperfluis, puto ꝙ ſi delictũ non cõmittitur cõtēplatione eccleſiæ, vel in pertinētibus ad eccleſiam, nec in grauibus, obligat̄ eccleſia: nec in leuibus, niſi inquantũ ad eccleſiam peruenit, vt l.vlt.ff.de admi.tu.de depoſi. ca.j. Et ſic dicunt Doct.de do.ca.2.& Cy, in l.iubemus.& Dy. in regula, delictũ.de re.iur.li.6. Ad hoc de ordi.cog.cũ dilectus.de depoſi.c.1. Si delictũ cõmittit̄ circa res eccleſiæ, vel ꝯtēplatione eccleſiæ, tunc in acquirendis, vel vbi agit̄ de lucro captando, delictũ prælati nocet eccleſiæ, vt no.16.q.6.ſi epiſcopũ.ea.q.§. fi. In acq̄ſitis ſi delictũ eſt aliter formaliter punibile in p̄latũ, nõ punit̄ eccleſia, ſed prælatus, vt hic dicit gl.16.q.6.ſi ep̄m.ad qđ 12.q.2.monemus.& c.ſtatuimus.& c.diaconi.& 16.q.6.cognouimus. Et dicit Arch.ea.q.§.fi.arctat̄ tñ eccleſia ad cedēdã actionē ꝯ prælatũ, ff.de re.iu.l. neque interdicto. Et dicit But. in d.l.iubemus. Si delictũ aliter formaliter nõ eſt punibile in p̄latũ, qñ eccleſia puniat̄, tũc in rebus ſpectãtibus ad menſam p̄lati, delictũ p̄iudicabit tp̄aliter in vita p̄lati. Vñ ꝑꝑ feloniã cõmiſſam, ad vitã priuabit̄ feudo, & poſt mortē eius res redibit ad eccleſiã, vt in c. ſi clericus.de capi.Corra.no.de foro cõpe. verũ.& de reli.do. cõſtitutus. In rebus ſpectãtibus ad eccleſiã & capitulũ delictũ ſolius p̄lati nõ p̄iudicabit eccleſiæ, qn eccleſia agere poſſit: licet p̄iudicet ipſi p̄lato, q̄diu agere vult, vt dicit gl.hic, & no.in d.c.placuit.agenti ergo p̄lato p̄iudicabit̄, ſi cadit in ꝗſtõnem, ſi quis in tantam.ēt non agente capitulo,
12 vt hic no.& d.c.placuit. ¶† Ad t̄m principale, an delictũ p̄lati & capituli p̄iudicet eccleſiæ. Cõiter dr̄, ꝙ ſic, vt no.in d.l. iubemus, per gl.& de ord.co.c.2.de ſimo.ꝑ hoc.& c.dilectus.de exce.cũ venerabilis.16.q.6.placuit.gl.de iure pa. qa clerici. & in regula, delictũ.de re.iur.lib.6. Ibi Dy.doc.de in inte.re.auditis. de ali.iud.mu.cã fac.c.2.gl.de præb.cũ t̄m.ad hoc glo.de loca. potuit. Idē Goſ.de ſepul.cum liberis. Lau.dicit ꝯ, 11.q.3. priuilegiũ.16.q.6.placuit. Arch.ibidē.dic in caſibus, in quibus dixi ſ̄.negligentiã vel delictum prælati p̄iudicare eccleſiæ, fortius p̄iudicabit factũ prælati, & conuentus. In caſibus, in quibus dixi non p̄iudicare, ſ.vbi agit̄ de iure acquiſito perdendo, ſi delictum committitur a conuentu non contemplatione eccleſiæ nec in factis eccleſiæ, non p̄iudicat eccleſiæ, vt not. Doc.in c.2.de don. In his, quæ aguntur nomine eccleſiæ, tunc ſi delictũ eſt formaliter punibile in eccleſia, vel cõuentu, ꝑ ſe punit̄ conuentus potius q̄ eccleſia, vt no. Spe. in tit.de donatio.§.j. ver.qd ſi Baro.& dixi de donatio.c.fi. Ideo ſi cõmiſit capitulũ delictũ aliquod, non per hoc deſtruetur monaſterium, ſed cõuentus expelletur. Item ſi delictum non eſt formaliter punibile in cõuentu, punitur eccleſia, & priuatur reſtitutione in integrũ, vt d.l.iubemus nullã.C.de ſacroſ.ecc. & patet ex not.in d.c.auditis.& de ali. iu.mu.cauſa fac.c.2. Hec vera, niſi priuilegiũ vel ius eccleſiæ tangeret ius tertij, vt in c. cum tempore. de arb. Et ſic dēt intelligi gl.11.q.3.priuilegiũ. Prædicta procedũt in delicto eccleſiæ. In delicto aũt totius ciuitatis aliquãdo

in pœ-

in pęnā eorū punitur indiſtincte eccleſia: quia priuatur epali
dignitate pp interfectionē epi,25.q.2.ita nos.& qđ no.in d.c.ſi
13 epm.¶†Ad tertiū,quid in delicto rectoris:vbi ſ. dixi negligen
tiā,vel delictū prælati nocere eccleſiæ,idē in rectore. Vbi autē
non nocet, ſatis puto qđ non noceat & factū rectoris. Renun-
tiatio aūt ſua,vel negligentia idē operaẗ qđ factum prælati, &
cōuentus in eccleſia collegiata, vt no.gl. de loc.potuit. Ad qđ
de teſt.relatū.2.Et hoc,qa ſolus rector hēt adminiſtrationem
in eccleſia nō collegiata,ſicut prælatus & capitulū in eccleſia
collegiata. Vnde in adminiſtrando pōt idē qđ capitulum, ſed
14 non in delinquendo.†Ex his patet, quid dicendū, ſi aliqua cō
ditio poniẗ ab eccleſia implenda in legato,vel donato. Et ſi q-
dē conditio eſt cōditionalis,qa agitur de quærendo,factum ꝑ
lati, & capituli ꝑiudicat,ſi reſoluens factum , vel negligētiam
ſolius ꝑlati,non ꝑiudicat,ſed conuētus ſic,vt no. in c. verū.de
cōdi.appo.de quo de ſo.cōp.verū.ad hoc qđ no.Lapus de Ca-
15 ſti.ſua alle.94.†Ex his ↄcluditur , qualiter dēt intelligi rła,quā
ponit Hoſ.& Io.An.ĩ.vt ecc.bene.c.j.ſuper gl.fi.vbi dicit,ꝙ le-
ges pęnales approbatæ ꝑ canones,ut in pœna litigioſi,& ſimi-
libus,in rebus eccleſiaſticis locū habent,ſaltem ubi tota eccle
16 ſia deliquit.& alle.no.de or.cog.ca.2.& c.iſtud.¶†Opp.ꝙ pu-
niatur,eo quia non patiẗ miſſionem iudex,l.j.j. rū.ff. ne vis fi.
ei.Solu.Pœna ordinaria ſi interſit,& in expen.puniẗ, ut ibi:&
hoc non negatur hic:ſed pœna extraordinariæ mulctæ non ,
ſm gl.Oſtendit autem intereſſe ſm Io.And. ſi forte res,in qua
facta eſt miſſio,ſit perempta,q̄ non eſſet eodem modo peritu-
ra penès miſſum.Et dicit hoc ſeruari ēt ſm canones,ſm Gof.
& exponit hic cum iuſtitia,&c.i.qū iuſtitia,&c.Dat ſimile, qa
aliàs re perempta,vel præſcripta daẗ actio negotiorū geſtorū,
q̄ non daretur,ff.de ne.geſt.l.vlt.ſm Gof.Io.An.de hac æſtima
tione intereſſe remittit ad l.vlt.ff.ex qui.cau.ma. illa nil dicit.
& ad illam l.j.j.rū.& l.hæc verba.ff.ne uis fi.ei. forte primo vo
luit allegare l.antepe.Inquantum glo.dicit mulctam non im-
poni,non intelligas de mulcta , ut illam indiſtincte imponere
nō poſſit iudex eccleſiaſticus:ſed reſtringe ad hunc caſum, ut
illā non debeat imponere,qū eſt miſſus, vel habetur pro miſ-
17 ſo.†An aūt iudex eccleſiaſticus mulctet: uide de pœnis. licet.
24.di.c.fi.De differentijs inter pœnam,& mulctā,uide in Spe.
de ſen.prola.§.2.verſi.eſt quarto.& verſic.ſeq. Et de hoc ponit
Hoſt.ſpecialem rubricam de ſenten.& re iudi.&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus condemnatur ad expenſas actori.*
2 *Sequeſtrari an poſſint res petitæ ſola contumacia rei.6.& 11.*
3 *Reſcriptum ſecundum faciens mentionem de primo , ipſo iure primum reuocat,*
4 *In poſſeſſionem rei quis poteſt mitti per contumaciam citati non comparentis .*
5 *Reſcriptum ſecundum non valet , niſi expreſſam mentionem faciat de primo..8.*
7 *Sequeſtrata re, quando res petitur reſtitui, an agatur ſuper dominio, uel poſſeſſione.*
9 *Contumax quotupliciter quis poſſit dici.*
10 *Puniri debent durius religioſi delinquentes, quàm alij.*
12 *Citatus per primum reſcriptum ſi ſit contumax , ſi præſentet ſecundum reſcriptum expreſſe reuocans primum , an poſſit per primum in expenſis condemnari.*
13 *Citato reo comparente, & actore præſente nil proponente, ſi recedat , an ſit contumax.*
14 *Ad poſſeſſionem intra annum recuperandam an actor poſſit reum compellere .*

## CAP. II.

1 EX literis. ¶ † Reus cōdēnatur ad expenſas,
quas propter eius contumaciā,uel
doloſam exceptionē actorem feciſſe conſtabit. h.
d.Vel aliter,per ſecundas literas non facientes mē
tionem de primis,primæ literæ non reuocātur . &
ſecundum hanc non facit ad ti.Cōis diuiſio.Scđa ibi, verum.
2 †No.j.ar.ꝓpter contumaciā res petitas ſequeſtrari . Quod an
3 ſit verū,dicam ĩ.¶†No.2.ar.ꝑ ſecundas literas facientes men
tionem de primis,primas ipſo iure reuocari.Patet ibi , penitꝰ
expiraſſe. Ad hoc de reſti.ſpo.audita.de offic.dele.ex literis.de
reſcrip.cæterum.& ibi dixi,per Inn.de reſcrip.cum contingat.
4 & de conceſ.pręben.c.j.¶†No.3.ꝙ vbi agitur de eccleſia vt de
proprietate,locus eſt ob contumaciā miſſioni in poſſeſſionē ,
5 & etiā locus eſt ſequeſtrationi.¶† Not.4. ꝙ non valent literæ
ſcđæ,niſi expreſſam,& ſpecificā faciant mētionē de primis, &
niſi faciant mentionem ſpecificā de rebus, ſuper quibus ſunt
6 impetratæ.¶Vltimo no.ſummariū primum.¶†Opp.ꝙ mo-
nachis nō deferẗ,ſi vbi miſſio fieri debebat , res ſequeſtrabaẗ,
petitio, ſm Io. Sed eſt dubium, ſi iudex reſeruet taxationẽ ſim-
pliciter, quis taxabit. Quidã ꝙ executor taxabit: & hoc placet
Accur. in l. terminato. Sed non placet Gul. in Spe. eo. ti. s. alle.
ver. quid ſi reus. vbi dicit ꝙ executor non hẽt manumittere,&
extendere ad talia, quæ iudex ſibi reſeruauit. Iõ dicit ꝙ ipſe iu
dex poſtea poterit taxare,& dicet, Expenſas taxo in tm̃: & po-
ſtea eis taxatis defert iurm̃, vt iuret ſ̃. ſnĩam taxatã:& ſi taxauit
10. poterit iurare vſq; ad 10. poſtea dicet iudex, Et ego cõdem-
no, vel præcipio exequendo ſnĩam expenſarũ alias ꝑ me latã,
vt ſoluas 9. Vñ ponit Spec. formã in loco ꝓxime alle. Dicit ẽt
Bar. in d. l. terminato, ꝙ hoc verum, ſi ſit iudex, q poſſit ſnĩam
ſuam exequi, vt in ordinario, vel delegato, q poſſit exequi: ſed
ſi ſit talis delegatus, q non poſſit exeq, dato ꝙ ſibi reſeruauerit,
potius iuriſdictioni vr̃ reſeruaſſe, quã ſibi: vnde delegatus po-
terit exequi,& taxare. Iuriſdictio autem ſua eſt eadẽ cum iuriſ
dictione delegantis: vt l. j. §. qui mandatum. ff. de officio eius,
cui manda. eſt iur. Vñ concludit ꝙ ad illũ ſpectabit taxatio, ad
quẽ ſpectat executio de iure cõi. Et hoc placet mihi. Ad hoc,
quod nota. in l. tertia. C. de ſent. quæ ſine cer. quantita. Nõ ob-
ſtat, ꝙ alius ab eo non poſſit declarare voluntatẽ ſuã, vt l. Põp.
ſcribit. alias incipit, ſi frumentũ. ff. de rei vendicat. quia illud,
quando reſeruatio eſt facta perſonæ: hic fuit facta reſeruatio
dignitati. Ad hoc cap. dilecti, de fo. compe. ff. quando ex facto
tut. l. poſt mortem. §. primo. Per quæ dicit Bar. in dicta l. termi
nato. ꝙ ſi iudex ibi reſeruauerit taxationem dicendo, Nobis
reſeruamus: ꝙ taxationem facere poterit ſucceſſor ſm eum.
Idem ad literam dicit ff. de appel. ab executore. Ad hoc de re-
ſcrip. ſi gratioſe. & c. Abbatem. per tex. dicit Vinc. ꝙ ſi poſt ſe-
queſtrationem fertur ſnĩa, quę poſtea retractatur in cauſa ap
pellandi, pronũtiatur ꝙ partes redeant in primum ſtatum, nõ
facta mẽtione de ſequeſtratione, reintegrabitur ſequeſtratio.
De quo vide Gul. qui ſua verba ponit ad literam in Spec. eod.
titu. verſi. ſed pone. Quæro de ratione reuocationis ſequeſtri
Celeſtini. Dic quod ideo, quia Celeſtinus male reuocauerat
poſſeſſionem datã per epm̃ Veron. Item cum rr̃ ſit prohibita
ſequeſtratio, niſi in caſibus no. ſ̃. c. proxi.& miſſio in poſſeſſio-
nem fuit facta rite, non debuit auferri miſſio illa in poſſeſſio-
nem, quare poſſeſſio illa reſtituta fuiſſet miſſo, & non domi-
no, niſi & dominus paratus fuiſſet cauere de ſtando iuri, & ſa-
tiſfacere de expen. ſecundum Inn. ¶ Oppo. cum glo. j. ꝙ iure
allegaretur iudicem functum officio ſuo. s. de offi. deleg. in li-
teris. Soluit gl. ꝙ ſatis eſſet functus officio, ſi iudicaſſet ſuper
poſſeſſione, & proprietate. Sed hic iudicauerat ſuper poſſeſ-
ſione tantũ,& non ſup proprietate. Vel procederet allegatio,
ſi ſuper poſſeſſione tm̃ cauſa commiſſa fuiſſet. Glo. 2. remittit
de duabus qõnibus, dic in fi. Abb. dicit hic colligi, ꝙ non reſti-
15 tuitur, licet reus prius caueat. ¶ † Oppo. ꝙ cum reſcriptum ſit
ſtricti iuris, de reſcrip. ſedes. non extendatur ad alias cauſas: &
ſic commiſſa cã poſſeſſionis non cõcluditur cauſa proprieta-
tis. Glo. dicit, ſi quæritur an cauſa poſſeſſionis, & proprietatis
debeant committi eidem iudici. Dicẽdum ꝙ ſic, vt C. de iud.
nõnulli. ſicut & cauſa proprietatis & vſusfructus. ff. de qui. re.
ad eund. iudi. ea. l. j. & 2. Si quæritur an cauſa commiſſa ſimpli
citer ſuper aliqua re, an cauſa proprietatis, & poſſeſſionis in-
telligatur committi. Dic ꝙ ſic, vt ibi. Si quæritur an commiſſa
cauſa poſſeſſionis tm̃, vel proprietatis tm̃, videatur eſſe com-
miſſa cauſa proprietatis, vel poſſeſſionis. Dic ꝙ non, vt in ꝯ̃rio
ſm gl. Dic ſi quæritur an cauſa poſſeſſionis & proprietatis eo-
dem durante iudicio poſſit coram alio tractari, vel debeat. Di
16 cit ꝙ non, ſm Bar. in d. l. nulli. † Quod intelligo, quãdo eſt or-
dinarius,& iudex vtriuſque cauſæ: alias nec via conuentionis
nec reconuentionis non video ꝙ arctentur partes ad agendũ
coram eodem iudice primo finito iudicio. Si quæritur, an ſi
expreſſe eſt cõmiſſa cauſa poſſeſſionis,& proprietatis, vel ſim-
pliciter cauſa ſuper tali re, vtrunque videtur commiſſum eſſe
vt dixit gl. & pñt ambo ſimul tractari, dum non ſubſit incom-
paſſibilitas: vt patet de cauſa poſ. paſtoralis. Et ſi prius finitur
poſſeſſorium, poteſt haberi regreſſus ad petitorium, vt patet
hic. Si prius foret finitum petitoriũ, non poſſet haberi regreſ-
ſus ad poſſeſſorium: quia ſententia in petitorio obſtat agere
volenti poſſeſſorio. Sed hoc intellige tu ſm illa, quæ dixi de cã
poſ. paſtoralis.& c. cum dilectus. Si commiſſa eſt cauſa poſſeſ-
ſionis tantum, vel cauſa proprietatis tantum, cum iſtis taxati
uis, vel dixit, Committo cãm poſſeſſionis: vel ꝯmittimus cãm
ꝓprietatis: tunc non vr̃ vtrũq; cõmiſſum: Licet qdã, quos reci
tat Collector in rubrica, ſua concluſione 388. teneant ꝯ̃rium,
vt diſtinguatur an cũ taxatiuis tantum, vel non, per gl. de cau-
ſa poſ. paſtoralis. Secundum veritatẽ non eſt dñia, an cũ taxa-
tione, vel ſine: & ibi concludit per dicta doct. hic.& hoc tenet
Cy. in l. ſi de proprietate. C. ſi a non comp. iu.& cõmiſſa cauſa
ꝓprietatis, ſi quæritur, an incidenter poſſit cognoſcere de poſ
ſeſſione ad videndũ exitum proprietatis:& põt, C. de rei ven.
l. ordinarii. C. ſi a non cõpe. iud. l. j. ad hoc quod not. de cã poſ
cum dilectus.& c. paſtoralis. in gl. 2. ſicut & econuerſo cõmiſ
ſa cã poſſeſſionis, incidenter cognoſcit de proprietate. ſ̃. de ꝓ-
ba. licet cãm. Fallit ſcđo qñ accumularetur cauſa poſſeſſionis
vel proprietatis, nõ data incompaſſibilitate per viam recõuẽ
tionis: quia tunc ex ea extenditur iuriſdictio: alias ad inſtantiã
impetrantis,& conuenientis non põt iudex cognoſcere, niſi
de commiſſo: quia reſcripta reſtringenda ſunt, nec extendun-
tur ad non expreſſa. de reſc. nõnulli. c. ſignificante. & c. Rodul
phus. c. ſignificauit.& c. fi. niſi alia intercederet prorogatio: qa
quo ad tps,& res bene prorogatur iuriſdictio delegata. de off.
deleg. olim.& c. de cauſis. In tm̃ aũt dicit Inn. iuriſdictionẽ ex-
tendi per viam reconuentionis, ꝙ delegato dato ſuper poſſeſ-
ſione, ſi lite finita ſuper poſſeſſione fiat reconuentio ſuper pe
titorio, admittitur lite pendente abſque proteſtatione, & etiã
lite finita, ſi præceſſerit proteſtatio. C. de ſen.& inter. om. iudi.
auth. & conſequenter. Quod vltimũ nõ placet Io. An. vt fini
to iudicio ſuper ꝯuentione, ẽt p̃cedente ꝓteſtatione fiat recõ
uentio ſup proprietate:& hoc, qa de non cõmiſſo non agitur
niſi rõne connexitatis, vel acceſſorii: ſed principale iã effugit
cognitionẽ eius per ſnĩam: ergo & connexũ, vel acceſſorium.
Et facit qđ no. de reſcr. c. j. li. vj. in glo. 2. Itẽ qa ex quo ſm Hoſt.
iudex finiuit cõmiſſionẽ, functus eſt officio ſuo: vt in j. gl. † Ex
his deciditur dubitatio, qd ſi committitur cauſa, quæ vertitur
inter Titium & Seium ſuper ſpoliatione, occupatione, & de-
tentatione talis rei, quam Seius dicit ad ſe pertinere: cui tunc
concludatur petitorium. Collector tenuit ꝙ non: quia verbũ
Pertinere, hic profertur acceſſorie, non principaliter. Omnes
alii tenent ꝯ̃rium, propter verbum Pertinere, quod late patet,
vt no. de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. ff. de verb. ſig. l. verbum
Pertinere.& no. de fi. inſtru. inter dilectos. in verbo, pertinere.
Allegant dñi de Rota notata ꝑ Inn. de re. ecc. non alie. epi. vbi
in forma ea, q̃ de bonis ꝯcludit̃,& petitoriũ & poſſeſſoriũ fore
delegatis iudicibus cõmiſſum. Et hoc puto verũ: qa verba re-
ſcripti nõ cauillãdo pñt vtrũque ꝯprehendere: venit ergo. Et
17 hoc ponũt ſua cõcluſione 388. † Ex his decidit̃ qõ, ſi te ꝯueni
corã vno iudice, poſtea in eadẽ cã volo te cõuenire corã alio,
nunquid poſſum? Cy. in l. nulli. dicit ꝙ non põt fieri: qa maior
eſt ꝯuentio eiuſdẽ ad ſe ipſam, q̃ diuerſarũ: ſed in diuerſis nõ
põt, ne continẽtia diuidat̃: ergo nec in eadẽ, & fortius. Rõ nõ
placet ſibi. Alii aſſignãt aliã ꝑ auth. q ſemel. C. qũo,& qñ iud.
Sed adhuc hoc nõ placet, qa licet nõ poſſit ab actiõe intẽtata
ex toto, vt ibi, p̃t tñ ñ ex toto deſiſtẽdo alibi cãm ĩtẽtare. Iõ di-
cit

cit vltimo ꝙ trahere non pōt ad aliū iudicem:& ſi traxit,ꝑdit cām: vt in l.j.C.de aſſer.tol.Gl.tenet ɔ̄rium,de reſc. ex tenore. quæ dicit ſpeciale in cā libertatis: vt in illa l. dixi pridie, quid iuris,de fo.comp.c.fi.Et puto ꝙ nō perdat cām,ſed pōt cōpelli vt iudicium finiat vbi cępit.ff.de iud.l.vbi. & l.poſtea.§.j. & hoc tenendum:& ſi lite pend. coram delegato traheret corā ordinario,videtur renuntiare iuriſdictioni delegati:vt not.de pur.c. can.cū dilectus.glo.ſeq.ɔcludit ex tex. ꝙ in ſequeſtrum indubie transfertur poſſeſſio. Sed de hoc dic, vt plene dixi de iud.examinata.aliæ gl.ſunt claræ.Ant.de But.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus ſi miſſus in poſſeſſionem diſſipat, diſſipati reuocantur, & alij ſequeſtrantur.*
2 *In poſſeſſionem eccleſiæ miſſus poteſt fructus capere, illoſq; conſeruare.*
3 *Clauſula, Pro libito tuæ voluntatis: intelligitur de voluntate iure, & ratione regulata.*
4 *Fructus quando reſtituere teneatur miſſus in poſſeſſionem.*
5 *Sequeſtratio quibus caſibus eſt permiſſa, & quibus caſibus non.*
6 *Vendita re, an cogatur venditor pretio ſibi non ſoluto ad traditionem eiuſdem, vel ad ſequeſtrum.*

1 DIlectus. ¶ † Si miſſus in poſſ. cā rei ſeruandæ fructus diſſipat, diſſipati reuocanť,& alij ſequeſtranť. Primo ponit q̄relam rei paſſi miſſionē.Scđo,dat iudices,ibi,quo circa. ¶No.j.ꝙ vbi agitur de eccłia,vt de ꝓprietate, proceditur ad miſſ.in poſſeſ.
2 ¶†No.2.ꝙ miſſus in poſ.eccleſiæ pōt capere fructus,licet eos
3 diſſipare nō valet,ſed conſeruare dēt.¶† Not.3.quid importēt hæc verba, Pro libito tuæ voluntatis: qa intelliguntur de
4 voluntate iure & rōne regulata.¶†No.4.ꝙ licet fructus colligat miſſus,illos reſtituere teneť. ¶Opp.ꝙ miſſus, vt poſſeſſor facit fructus ſuos.C.de rei vē.l.certū.Sol.Quidā dn̄t hic ꝙ agebať de eccleſia,vt titulo:quo caſu miſſus nō facit fructus ſuos ſm̄ quoſdā:qa nō placet Inn.qa nō fit miſſio,qn̄ agiť rōne ti. vt in c.eū,q̄.de eo,q̄ mit.in poſ.cā rei ſer.Iō dicit Innocē.ꝙ hic agebať de ꝓprietate eccłiæ: ſed miſſus nō ſteterat in poſ. per annū,& ſic nō faciebat fructus ſuos.Hoc ſatis patet.Placet gl. hæc j.quæ per hoc ſit expedita.Gl. opp. ꝙ nō dēt fieri ſeq̄ſtra-
5 tio.C.de prohi.ſequeſ.pecu.l.j.¶†Gl.ponit rł̄am,in qua ɔcludit rł̄r ſequeſtrationē ꝓhibitā fore. Scđo ponit multos caſus exceptos a rł̄a,quos vide in gl.qa clari ſunt.Inquātū gl.excipit caſum,qn̄ appellať ab executore, ſupponit appellari poſſe ab executore.Quod eſt verū in caſib.de quib.de re iud. qđ ad cō
6 ſultationē.† Et aduerte,qa ꝓcedit hic caſus,qn̄ appellatur ab executione,remanente valida ſn̄ia:quo caſu pp̄ p̄ſumptionē ſn̄iæ fit ſeq̄ſtratio,vt hic,& qa hoc p̄ſumitur fieri cā impediēdi vtilitatem ſn̄iæ,q̄ iam tranſiuit in rem iu.Sed qn̄ appellať a ſn̄ia,appellatio ſuſpēdit ꝓnūtiationē: iō nō fit ſeq̄ſtratio, niſi fructus diſſipenť,ſm̄ Gof.Et ſunt verba Doc.& gl.in l.Imperator.§.idem reſcripſerūt.ff.de app. Et aduerte, qa tunc fructus nō ſequeſtranť,inquantū gl.excipit caſum, vbi ſuſpecta eſt ꝑſona:hic intellige ꝑſonam ſuſpectā,vt no.in d.§.vlt.vt qa non poſſidet immobilia,vel pauca,vel habet malos mores,vel ſua male adminiſtrat.Inquantum gl.dicit,Si colonus vult poſſeſſiones deferre,ꝙ pōt fieri ſequeſtratio: dēt dicere, Si colonus negat poſſeſſionē,in cuius ſolutione diu eſt ceſſatum: & allegare debet l.litib.quia lex vltima nihil probat. Inquantū glo. excipit caſus, ſi maritus vergat ad inopiam:dic idem,ſi ſubeſt alia iuſta cā:puta qa factus eſt furioſus,vt ibi,& §. ſeq.Inquātum gl.excipit caſum,ſi timeatur de ſeuitia viri: dicit Hoſti.ꝙ ſi ſerui,vel adſcriptitij maxime liberi conquerantur de tyrannide dn̄i, & probabilr̄ timeatur ne dn̄s hac occaſione, ſeuiat in illos, facit bonus iudex illos aſſecurari. ff. de offi. præſid.l.j. §.qđ aūt.Inſt.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iuris.§. dn̄orum & §. ſeq ff.de adul.ſi poſtulauerit.ff.de q̄ſt.l.j.§.pe.de prob.c.pe.Inquantum gl.excipit caſum ɔtumaciæ,non placet hoc Io. An. nec hoc ꝓbāt iura allegata:qa ibi nō diſputať de iurib. ſequeſtrationis:& ɔ̄riū probať ſ.c.ꝓx.in fi.Alios caſus addūt Doct. primo caſum cle.j.de ſeq.poſ.& fructuū.Itē qn̄ fit de volūtate ꝑtiū.ff.de acq.poſ.l.intereſſe.Itē pp̄ potētiā, vel ɔtumaciā nolētis cauere de collatione bonorū.ff.de colla.bo.l.j.§.ſi res.Item ne perdať vendēdi cōmoditas.ff.de dolo.l.ſi oleū.ſm̄ Gof.Idē Gof.& Hoſ.pp̄ ſcandalum.de do.& cōt.ex lr̄is. de iure pat.c.j. & 2.ff.de vſufru.l.ęquiſſimū. vt ſi vacantē hr̄ditatem vterque vult occupare,vt vterque dicit ſe poſſidere, vel vterq; vult recolligere fructus.De quo in Spec. e.ti.in prin.& verſi. ſed nunquid.Dicit tn̄ Bar.ꝙ in omni caſu, in quo nō pōt fieri ſeq̄ſtratio, nihilominus ſi qs p̄tendit ius in fructib. pōt petere, vt tp̄e recollectionis fructus deſcribantur, vt poſſit ſcire quantitatē fructuū:pe.l.j.§.pen.ff. de ven.in poſ.mit.& hoc ponit in d.§. ijdem reſcripſerunt.& in l.j.C.de ſeque.prohi.pecu.Nec ob.l. defenſionis facultas.ff.de iure fiſ.& ponit Spe.e.tit.§.j.in prin. In omnib.tn̄ caſibus,in quib.dixi ſequeſtrationem poſſe fieri, pars illam euitat,ſi paratus ſit cauere ſufficiēter: vt l. ſenatus. ff.de offi.præſi.C.de agri.& cen.l.litibus.Dicit Cyn.in gl. in l.j. C.de prohi.ſeque.poſ.& no.ſ̄.de iud.examinata.ꝙ eſt verum, excepto caſu cle.j.ſ̄. eo.ti.vt no.Io.An.in Addi.Spe.in ti.de ſeque.poſ.& fruc.§.j.verſi.& not.ſuper j.forma.Quid ſi emptor eſt ita pauper,ꝙ non poſſit cauere.Licet quidā dicant ſtandū iuratoriæ cautioni,tn̄ qa ſuſpectus eſt,non audiť:& fit ſequeſtratio,ff.qui ſat.cog.l.ſi fideiuſſor.§.fi.Dicit Spe.eo.ti. §.j.poſt prin.in ver.illud autem.Et aduerte,ꝙ vbicunq; dixi ſequeſtrationem fieri,hoc pōt fieri ēt a delegato.Dicit Io.de Deo, & ēt Spec.e.tit.§.j.ver.item pone,Abb.Ex his deciditur,ſi quis non vult tradere rem,niſi habeat pretium,qualiter conſuleť.Quidam dicunt rem ſequeſtrandam. Alij ꝙ emptor debeat pretium numerare.ff.de ac. emp.l. qui pendentes.§. offerenti.ſecundum Gul.eo.ti.§.j.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus poſſeſſionum ſequeſtrantur ab appellante ipſos diſſipante.*
2 *Appellatio iudicialis latè dicitur prouocatio.*
3 *Sequeſtratio fructuum quo caſu admittitur, & per quem iudicem fieri poſſit.nu.4.*
5 *Sequeſtratio fructuum quare propter diſſipationem fieri debeat.*

1 ABeo. ¶† Fructus poſſeſſionū ſequeſtranť ab appellāte ipſos diſſipante.h.d. Non diuidiť.
2 ¶ † No.ꝙ appellatio iudicialis late dicitur prouo-
3 catio. Vide de app.cū ſit Romana.¶†Not.caſum,ī quo admittitur fructuum ſequeſtratio, qn̄ fructus lite pen. &
4 appellatione diſſipantur.¶ † Quæro, per quem iudicem fiet hæc ſequeſtratio.Dicit Vin.& Hoſti. ꝙ hæc ſequeſtratio fiet ꝑ eum, a quo appellatur,anteq̄ appellatio ſit ſuperiori pręſentata,& ab ipſo recepta: poſtq̄ aūt eſt ab ipſo recepta, recurriť ad iudicem,ad quem appellatum eſt.C.quorum app. nō rec. l.ab executore.C.de iureiur.l.gn̄aliter.§.ſinautem.2.q.6. quoties.Ad hoc ſ̄.de of.dele.paſtoralis.§.p̄terea.de app.Romana. §.cum autem.& §.ſinaūt. Satis puto ꝙ ēt ſi fieret recepta appellatione per iudicem a quo,ꝙ valeret: quia hoc non tendit in faciliorē exitum appellationis: & expediri pōt citra cognitionem articuli appellationis,de app.ſolicitudinem. & c.qua
5 frōte.& no.de ma.ɔtrac.c.2.¶†Quęro,quare pp̄ diſſipationē fructuū dēt fieri ſequeſtratio app.pen.Gl. dicit, ꝙ ſi cōfirmeť ſn̄ia,fructus ꝑcepti debēt reſtitui cū ipſa re.C.de rei ven.l. certum.Io.An.dicit, ꝙ ſola obligatio reſtitutionis fructuū nō eſt huius cā: quia ſm̄ hoc fieret ſequeſtratio in principali etiam poſt lit.cont.Sed eſt ratio, præſumptio pro actore, quæ ſurgit ex ſententia iam lata pro ipſo,& cōtra reum, ex eo ꝙ diſſipat, ſecundum Io.An.& fuit dictum Gof.hic in Sum.quod no.

## De confeſſis. Rubrica.

¶Quia in iudicijs fiunt confeſſiones,quæ fiunt ad poſitiones qn̄q; a parte,qn̄q; a iudice factas,de elec.dudum.2.de lit.cōt. c.j.li.6.de fi.inſtru.cum Io. ſuper quibus pars reſpondens confitetur,vel negat.Et ſi negat,pars ponens habet probare.Ideo prius de confeſſione,demum de probatione videamus.Materia 15.q.3.q.6.& q.9.per totum,prima q.j.& 2. q.5.& 6.repetitur in Sexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Confitenti crimen proprium non creditur contra eos, quos dicit fuiſſe criminis ſuggeſtores. fallit in caſibus, de quibus infra nu.6.*
2 *Confeſſio vnius in criminali cauſa non præiudicat alteri.*
3 *Confitenti crimen proprium quo caſu creditur ad præiudicium aliorum. nume.6.*
4 *Infamato an indicatur purgatio, etiam ſi infamia ſurrexit ab alio, quam a ſe confitenti.*
5 *Delicta quibus modis ſint probabilia.*

1 CVm monaſterium. ¶ † Si qs crimen propriū confitetur,non creditur contra eos,quos dicit fuiſſe criminis ſuggeſtores. Primo inſtruit iudicem in abſoluendo nō infamatos: & reddit cām ibi, quia. Secundo inſtruit in purgatione
2 infamiæ,ibi,ſi tamen.¶†No.ꝙ in criminibus confeſſio vnius non pręiudicat alteri:nec creditur confitenti delictum ꝓpriū
3 contra alios.¶No.2.ꝙ infamato indiciť purgatio.¶ † Not.3. caſum exceptum, in quo creditur confitenti de crimine pro-
4 prio ad præiudicium aliorum.¶†Quæro an indicatur purgatio,ēt ſi infamia ſurrexerit a dicto iſtorum. Dicunt quidā hoc procedere,qn̄ infamia ſurgit ab alio, q̄ de ſe confitenti. Dicit Io.An.ꝙ etiam ſi ſurgit a dicto eius,indicetur purgatio: cum etiam infamia ſurgens ex calumnioſo dicto indicat purga-
5 tionem.infra,de accu.veniens.de quo dic,vt ibi not.¶†Glo.j. eſt clara, oſtendens modos probandi delicta: & hoc tenet gl.
6 16.q.3.c.neminem. ¶ † Op.ꝙ de ſe confeſſo credatur de deli-

ctis aliorum.15.q.3.nemini.C.de ferijs.l.prouinciarum. Gl.dicit, ꝙ non creditur, niſi in caſibus, quos gl.exprimit. Secundo dicit, ꝙ creditur non quantum ad probationem, ſed quantũ ad præſumptionem. Inquantum gl.excipit caſus, ſi vis videre plures alios, vbi creditur interrogato de alijs, vide in Specu.de acc.§.j.ver.item repellit, quod fuit.gl.in cauda pōt dupliciter intelligi. Inquantum dr̃, ꝙ creditur quo ad præſumptionem: hoc reſtringatur ad caſus exceptos:& ſic intelligit glo.15.q.3.nemini, vbi dicit ꝙ in caſibus his non proficit confirmatio ad cōdemnationem, niſi adſit alia præſumptio. Vel ēt pōt intelligi, vt referatur ad regulam, & in caſib. exceptis nō detur plena ꝓbatio. Alij diſtinguunt, an prius interrogetur, quam de ſe rñdeat: & tunc creditur. An poſtea, & non creditur. Sed hoc eſt ↄ̃ l.ſi prius.ff.ad Sylla. Hoſt. dicit ꝙ interrogari poſſunt ad iudicis inſtructionem:& non creditur, vt dicit gl. Vel interrogantur ↄ̃ infamatum: de occultis non interrogantur, de accu.qualiter.& c.inqſitionis.& ſic loquitur hic Cy.in l.fi.de acc.dicit, quod de crimine alterius quis ſpecialiter non debet interrogari: licet in genere poſſit interrogari de ſocijs: vt l.prouinciarum.ff.de fer. Fallit in caſibus, de quibus in d.l.vlt. vbi etiã ſpecialiter debet interrogari. Et tunc dicit, ꝙ ſi interrogetur vbi non debet interrogari, reſponſio ſua nihil præiudicat. Si interrogetur vbi debet interrogari, reſponſio præiudicat quo ad indicium,& tormenta, vt hic: licet Pet. dicat quòd indiſtinctè inducat indicium. Bart. in l.repeti.§.fi.ff.de quæſt.dicit, ꝙ in delictis, quæ committuntur in iniuriam alterius, vt homicidium, quis de ſocijs non interrogatur: vt ibi,& d.l.fin.de accu. In delictis, quæ principaliter committuntur propter commodum committentium, vt falſare monetam, vel furari:& in iſtis quis interrogatur de ſocijs.ff.de cuſt.reo.l.diuus.§.prouinciarum.de fer.l.vltima.C.de maleſi.& mathe.ff.de pœnis.l.qui vltro.l.vlt.ff.ad exhib. Ratio, quia vbi deliquit qs in iniuriam alterius, eſt qui poteſt talibus obuiare accuſando: quod ſecus eſt, quando principaliter iniuria non eſt alterius. Ant.de But.

*S V M M A R I V M.*

1 *Simoniacum quis ſe confitens in iudicio, ab officio & beneficio deponitur, etiam abſq; alio accuſatore.nu.11.*
2 *Confeſſus pro conuicto habetur, vbi fit confeſſio in iudicio: alias ſecus, ſi extra iudicium.nu.9.*
3 *Simoniacum eſſe reputatur, quando per actum vocis pro electione fienda, aliquid recipitur: idem ſi aliquid promittatur.nu.4.*
4 *Vocis actus pro electione eſt quid ſpirituale.*
5 *Simoniacus eſſe reputatur mediator ſimoniæ.*
6 *Simoniacus qua pęna mulctetur.*
7 *Delictum connexum ei, de quo in iudicio agitur, etiam ſi incidenter confeſſione conſtat in iudicio, punitur pœna ordinaria.nu.10.*
8 *Reſpondere an debeat ordinandus poſitioni criminoſę per eum factę, vt teſtis.*
9 *Confeſſio extra iudicium facta per ordinandum, per quam dicit ſe ſimoniacum, videlicet ſe tradidiſſe aut promiſiſſe pecuniam pro electione de eo fienda, ſibi pręiudicat quo ad ſuſpenſionem.*
10 *Confeſſione facta per aliquem, vt teſtem productum de delicto, cuius eſt particeps, an puniatur confitens pœna ordinaria.*
11 *Delegatus an poſſit punire teſtem coram eo productum in cauſa criminis, qui ſe participem eiuſdem criminis confitetur.*

1 CVm ſuper. ¶†Qui in iure confeſſus eſt ſe ſi
moniachũ, ab officio, & benefi-
cio deponitur. Et ꝑmittit depoſitionis cãm. Secun
2 do deponit, ibi, nos qui. ¶†No.j. confeſſum habe-
ri ꝓ conuicto, qñ de delicto confeſſio fit in iure:&
ſic in iudicio: ſecus ergo ſi ſit extra iudicium.de quo de iud.at
3 ſi clerici.& no.de ele.per inqſitionem. ¶† Not.2. actum vocis
in electione vt ſpirituale debere eſſe gratuitum, & pro illo re-
4 cipientem pecuniã dici ſimoniacum. ¶†Not.3.ꝙ ſicut actua-
lis receptio tp̃alis pro conferendo ſpirituali inducit ſimoniã,
5 ita receptio promiſſionis. ¶† Not.4. mediatorem ſimoniæ ſi-
6 moniacũ, & etiam pati pœnas ſimoniacorum. ¶†Not. v. pœ
7 nam ordinariam ſimoniaci. ¶†No.6. ꝙ delictum connexum
ei, de quo agitur in iudicio, de quo ēt incidenter confeſſione
conſtat in iudicio, punitur pœna ordinaria. Hic ponit Innoc.
quandã gl.in qua tractatur an poſitioni criminoſæ teſtis, uel
ordinandus debeat reſpondere: & qđ ponit de ele.dudũ.2. &
de acc.ſuper his.& hic.quam recitabo de teſti.cum cãm.& ad
præſens ipſam non recito, quia ibi ponam vbi glo. tangit. Sed
dubitatur qũo hic fuerit confeſſus. Dic vt teſtis ꝑ depoſitionẽ
dicti ſui, ſm̃ Io.de Deo: licet alij dicant ipſum non fuiſſe teſtẽ
8 ſm̃ Gul.Na. ¶† Opp.gl.ꝙ confeſſio non p̃iudicat niſi quo ad
ſuſpenſionem.de exceſ.præla.quam ſit graue. Gl.dicit ꝙ ex to
to præiudicat, ſi confeſſio eſt facta in iudicio, ut hic: ſi eſt fa-
cta extra iudiciũ, non præiudicat, niſi quo ad ſuſpenſionem.
Vel ibi non præſumitur ex delicto confeſſato, ſed ex confeſſio
ne quæ ibi aſſumitur ut delictum gloriationis de delicto,& ali
9 ter ibi de ipſa conſtabat per teſtes. ¶† Opp.gl.ꝙ nō puniatur
hoc delictũ: qa crimẽ, de quo cōſtat incidenter in iudicio, vt
hic fuit, qa productus fuit vt teſtis, qs nō punitur ordinaria pœ
na.de ord.cog.cum dilectus.cum ſim. Itẽ qa abſq; debita rſa,
& ſine accuſatore qs non damnatur: vt no.ff.de mu. & hon.l.
reſcripto.§.accuſatorẽ. & vt eccle.be.c.j. Primo pōt hoc dici,
ꝙ hic fuit proceſſum directa via: ↄ̃, cum per viã accuſationis,
vel inqſitionis. Vnde cum ſit hoc de delictis, in quibus pœni-
tentia acta nō reintegratur executio, delictum ordinaria pœ-
na, ēt in his viis agendi extraiudiciarijs punitur: vt de accu.in-
quiſitionis. Hoc diuinat. Secũdo ſoluit gl.qđ antiqua tela nō
punit eũ: ſed inchoata noua ꝓcedit iudex ex officio,& ipſum
10 punit. Allegat gl.iura.hæc eſt bona, ſed diuinat. ¶†Gl.3.ponit
quod delictum nō contingens negotium, de quo principal'r
agitur in iudicio, nō punitur, vt in ↄ̃rio, ſi de eo conſtet incidẽ
ter. Si cōtingat negotium, de quo agitur, punitur: vt hic decla
rat gl. quia hic agebat̃ de viribus electionis, quã inficit ſimo-
nia,& opponebatur ſimonia:& qa hic erat vnus de electorib.
& fuerat mediator ſimoniæ, ſatis crimen ſuum erat annexũ
ei, qđ principal'r in iudicio diſputabatur. Alleg. ad hoc ſimile
in l.2.§.ſi publico.ff.de adul. vbi exceptio lenocinij punitur ↄ̃
agentem de adulterio, quia crimen annectitur adulterio. In-
quantum gl.dicit crimen connexum, de quo incidenter con-
ſtat in iudicio, puniri: hoc eſt verum, quando de eo conſtat
confeſſione, ſecundum Innocẽ. per qđ reprobat opi.dicentiũ
ꝙ ſi per teſtes conſtat de crimine ſimoniæ, ſi incidenter in iu
dicio, qđ condemnandus ſit propter cōnexitatem: qa impoſſi
bile eſt probari quo ad vnum, quin alius cōuincatur. Si enim
electus non dediſſet pecuniã, canonicus illam non recepiſſet.
Ratione igitur connexitatis criminis omnes conuincũtur, de
excep.c.j.81.diſt.tantis.85.diſt.archidiaconum.& c.ſtatuit.cũ
ſim. Eſt etim indignum, ex quo de vtroq; conſtat, alterum pu
nire: maxime ex quo alter ſcit de hoc crimine agi: quia igno
rare non pōt, ex quo ſuper illo interrogatur, vel in teſtem ꝓ-
ducitur, ſicut hic fuit, quicquid iſti dicant, quamq̃ ſimonia ꝓ-
betur per teſtes, vel inſtrumenta, nō propter hoc punitur deli
ctum, de quo incidenter ſic conſtat in iudicio, ex quo de hoc
nō eſt accuſatus: vt l.denuntiaſſe.§.j.ff.de adul. Quo ad extra-
ordinariam pęnam dicit bene ex talibus probationib. ipſum
puniri. Et ad hoc de ord.cog.cum dilectus, a ↄ̃rio, & d.ca.j.de
excep.24.q.3.ecce.& hoc vbi crimen eſt connexum: al's quan
tumcunq; de eo conſtaret confeſſione, nō puniretur ordina-
ria pœna, niſi ↄ̃ eum de nouo ageretur: vt no.de elec.per inq-
ſitionem. Nō ob.decr.j.de exce.vt ibi not.nec l.2.§.ſi publico.
ff.de adult. qa ibi maritus fuit ſpecialiter accuſatus: & eſt ibi
ſpeciale, quod vxor accuſata de adulterio poſſit marito exce-
ptionem lenocinij opponere, etiam in modum accuſationis.
Sed eſt dubium, an taliter confitentem, vbi dixi puniri, poſſet
punire delegatus. Inno.ꝙ ſic, ſiue fuerit ordinarius, ſiue dele-
gatus. Sed dicit Hoſt. quod Innocen. contradicit eis, quæ dixit
11 in alia gloſ. ſed illud examinabo in c. cauſam.de teſti. ¶†Vlti-
mo aliter ſoluit Hoſt. ſpeciale in clerico, vt abſq; aliquo accu
ſatore priuetur ex tali delicto, ex quo publicè confitetur: ſicut
& clericus, qui de peccato publice gloriatur.j̃. de exceſ. præ-
la.quam ſit.& dicit Io.And. videndum quod no. de fideiuſſo.
peruenit.omnia hęc expediui ſ̃.de or.cog.c.2. dic vt ibi,& de
electio. per inquiſitionem. & hoc tenendum, quod ſupra di-
xi: licet Gof.alternatiue exponeret, hic deponendum, id eſt, ſu
ſpendendum, per pręalleg.c.quam ſit.de exceſ.præla. &c.
Antonius de Butrio.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſio per errorem facta non nocet, ſi ante negotium finitum reuocetur ex errore.*
2 *Agere poteſt in iudicio maritus nomine vxoris.*
3 *Confeſſio economi præiudicat monaſterio, etiam ſi ſit erronea.*
4 *Confeſſio errore iuris facta non reuocatur.*
5 *Confeſſio erronea, errore tamen facti, etiam ſi facta ſit iudicialiter, reuocari poteſt.*
6 *Error vſq; ad quem terminum poſſit rouocari, etiam ſi agatur de confeſſione erronea.*
7 *Iudex poteſt interrogare partes in quacunque parte iudicij. Rubrica de confeſſis, & rubrica de interrogatorijs actionibus quomodo inter ſe differant.*
8 *Confeſſio, vt valeat, & præiudicet, quæ exigantur: & facta ab adulto abſq; curatoris authoritate an valeat.nu.10.& 12.*
9 *Confeſſio tutoris, vel curatoris an præiudicet pupillo, vel adulto.*
11 *Confeſſio extraiudicialis, vt præiudicet, quæ requirantur.*
12 *Confeſſio vt præiudicet, an requiratur, quòd fiat parte præſente, vel alio pro ipſa parte acceptante.*
13 *Confeſſio facta coram iudice ſedente ad aliud, quomodo non præiudicat confitenti.*
14 *Confeſſionis effectus qui, & quales ſint.*
15 *Agendi ius an ex confeſſione contrahatur.*

*16 Confeſſio*

16 *Confeſsio facta coram vno iudice, an poſsit habere executionem coram alio.*
17 *Confeſsiones fictę, quę fiunt ex contumacia, vel per bannum, an habeāt executionem coram alijs iudicibus.*
18 *Confeſsio an, & quando poſsit reuocari.*
19 *Confeſsio an poſsit reuocari poſt pręceptum, & ſententiam pręcepti. 20.*
21 *Confeſsio quando poſsit reuocari.*
22 *Confeſsio an poſsit reuocari poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam.*
23 *Confeſsio vt poſsit reuocari, quę requirantur.*
24 *Confeſsio erronea quo errore facta poſsit reuocari.*

1 EX parte. ¶† Confeſſio per errorē facta non
nocet, ſi añ negotiū finitum reuo-
cetur ex errore. h.d. Decre. hāc cōmētauit Pau. de
Liaza. & quia nihil noui dicit, de eo nō faciā mē-
tionē. Prima narrat factum. Secunda ꝓuidet iudi-
2 cem inſtruendo. ¶† Not. j. maritū poſſe agere in iudicio noīe
vxoris. De quo in l. maritus. C. de proc. & l. fi. C. de dotis ꝓmiſ.
3 vel de pac. cōuē. ¶† No. 2. cōfeſſionē ęconomi p̄iudicare mo-
4 naſterio, ēt ſi ſit erronea. ¶† Not. 3. ꝯfeſſionē factā errore facti
5 poſſe reuocari: ſecus ſi ſit facta errore iuris. ¶† No. 4. cōfeſſio-
nē præiudicare demū, qñ in iure eſt facta: & ꝙ hæc materia vt
confeſſio poſſit ex errore reuocari, hēt locū in cōfeſſionib. iu-
6 diciał̄r factis. ¶† No. 5. vſq; ad quē terminū poſſit error reuo-
cari: qa vſq; ad terminū negotij finiti. Decr. hæc habet mate-
riam vtilem, cuius tractatū diuidā in duas partes. Primo, agā
de requiſitis ad confeſſionē. Secundo, de effectib. aliquib. no-
tabilib. cōfeſſis. Tertio, an & qñ, & qūo reuocetur. Primū at-
7 tingitur cum gl. alia duo annectam poſt glo. ¶† Venio ad pri-
mum, quæro quæ exigantur vt valeat confeſſio, & præiudicet
confitenti. & anteq̄ veniā ad hoc. Primo opp. ꝙ hic titulus ſu-
perfluat per ti. de inter. act. vbi vr̄ idem tractare. Sol. dicit gl. ꝙ
longa eſt dr̄ia: quia ti. de confeſ. habet locum poſt lit. cont. ſed
edictum de interrogat. actionibus, habet locum poſt lit. cont.
& ante: qa iudex vbicunq;, & qñcunque ęquitas eum mouet,
debet interrogare partes, de interro. act. vbicunq;. 30. q. 5. iudi
cantem. In caſibus, qui not. s̄. de iura. cal. cum cauſam. & etiā
poſtq̄ concluſum eſt in cā. j̄. de fi. inſtru. cum Io. Cy. dicit ꝙ gl.
iſta & ſimiles ſunt ꝯ̄ l. ſi reus paratus. ff. de proc. & l. certum. §.
vlt. ff. de ꝯfeſ. vbi hēt locū ꝯfeſſio añ li. ꝯt. & ꝯ̄ l. vbicunq;. qa ap
paret ꝙ interrogatio hēt locū poſt li. cōt. Eſt ergo dr̄ia, quia ti-
tulus de interro. act. loquitur principaliter de interrogationi-
bus, quæ fiunt ad litis ordinationē: hic de confeſſione, quæ fit
ad litē decidendam. Verum plerumq; contingit ꝙ ad litē deci
dendam fiunt cōfeſſiones poſt lit. cōt. ad ordinationē ante li.
8 cont. ideo ſic dixerūt gl. ſecūdū Dyn. & Cy. in d. l. j. ¶† Quæro
quæ exigantur ad hoc vt confeſſio præiudicet. Gl. dicit ꝙ pri-
mo exigitur cōfitentem eſſe maiorem 25. an. vt ſic reſtitutio-
ne priuetur & valeat iuris confeſſio: alias reſtitueretur. ff. de
cōfeſ. l. certum. §. in pupillo. Dic, in minore valeat aliqñ con-
feſſio, ſed reſtituitur. Aliquando non valet ipſo iure in caſib.
quorum primus qñ per viam contentioſæ iuriſdōnis in iudi-
cio confitetur in his, in quibus non habet legitimam perſo-
nam ſtandi in iudicio. C. qui legi. perſo. ſtan. in iu. non habet.
l. momentaneæ. Idem ſi per viam voluntariæ iuriſdictionis, ſi
pupillus eſt: ſecus ſi adultus. ff. de ma. vin. l. ſi minor. Item non
valet ſecundo cōfeſſio ipſo iure, qñ eſt infans, ēt ſi cōfiteatur
cum tutoris authoritate. ff. de admin. tut. l. ſufficit. & de in ius
voc. l. quicunq;. Item non valet, qñ eſt facta a maiore infante
tutorem habente ſine tutoris authoritate. Caſus aūt, in quib.
valet, ſed reſtituitur, ſunt hi: Primus, qñ legitimam perſonam
habet ſtandi in iudicio, & nō habet tutorem, vel curatorem.
C. ſi per vim, vel alio mō. l. j. Secundus, qñ eſt adultus, & pupil
lus, & habet adminiſtratorem, & cum eius authoritate cōfite
tur. C. ſi tu. vel cu. l. ēt. l. certum. §. in pupillo. ff. de cōfeſ. & ff. de
admi. tu. l. j. §. j. Sufficit in oībus iſtis caſib. qñ videlicet ſi eſt lę-
ſus, reſtituitur. Caſus aūt eſt vnus, in quo eſt dubiū an valeat
cōfeſſio, vt qñ eſt facta ab adulto curatorem hñte abſq; cura-
toris authoritate. Et dicit Ni. Mat. ꝙ cōfeſſio facta circa tangē
tia ſolēnia iudiciorū, & in narrationibus; q̄ fiūt in petitionib.
vel cōfeſſionib. quę fiunt rñdendo ad libellum: qa abſq; cura
tore nō eſt tunc habilis ad iudiciū: vt l. clarū. de autho. pręſ. &
ſic nō valet ꝯfeſſio. ff. de codi. l. qdā teſtamēto. Si quæramus,
ſi cōfeſſio fit ad veritatē perquirendam: & valet abſq; cura-
tore, licet detur reſtō. ff. de confeſ. l. certum. §. minorē. & qa in
talib. nō ſic de habilitatē perſonę quæritur: vt l. ſi fideiuſſor. §.
quidam. ff. man. Et ſic cōfeſſio præiudicat, licet nō præiudica
ret ſnīa: vt dt̄ dict⁹ §. minorē. & ibi gl. qa ī ſnīa nō eſt volūtas:
ſecus in cōfeſſione: vt l. inter ſtipulātē. §. j. ff. de ver. ob. Pet. in-
diſtincte tenet cōfeſſionē non valere: qa & cōfeſſio redditur
in inuitū per modū ꝯtentioſæ iuriſdōnis. all. C. qui da. tu. poſ.
l. q vniuerſis. & §. qui minorē. intelligit qñ nō hēt locū. & hoc
tenet ibi Cy. in d. l. j. Bar. in §. minorem. tenet qđ in cōfeſſione,
quam hēt facere p credit, vel non credit, dēt fieri authoritate
curatoris: qa non hēt integrū iudiciū diſcernēdi. l. 2. §. qđ ob
ſeruari. C. de iur. calū. In rñſione de veritate dicit ꝙ quędā dēt
præcedere cognitio, an ſit interrogandum, vel non: & in hac
oportet intercedere curatoris authoritatē. Alle. l. cuſtodias.
ff. de pub. iudi. & l. ſi poſtulauerit. §. qōni. ff. de adul. Poſtea aūt
cū rñdit, non eſt neceſſaria curatoris authoritas. Sic dicimus
in teſte: vt l. ſi qñ. C. de reſti. & j̄. de teſt. in noīe Domini. Et hoc
ſequendum eſt; quia illud trahitur ad cognitionem præcedē
tem. De hoc per Cy. C. de autho. pręſ. l. clarum. & in d. l. j. C. de
confeſ. & vide Io. An. qui recitat opi. Ni. in addi. Spe. in ti. de ꝯ-
feſ. §. ſequitur. in prin. vbi ex his concludit ꝙ ſi adultus habēs
curatorem interrogatur in cā criminali, non exigitur curato-
ris authoritas: quia ibi de veritate interrogatur. ff. de mino. l.
9 auxilium. ¶† An aūt cōfeſsio tutoris vel curatoris præiudicet
pupillo, vel adulto, vide per Cy. in d. l. j. & Bar. in l. j. §. minorē.
10 & §. ſed an ipſos. & dixi s̄. vt lit. non cont. c. j. ſuper gl. fin. ¶† Se-
cundo exigit gl. ꝙ ſponte fiat confeſsio: alias ſi coacte fiat, non
valet ipſo iure. Gl. alle. iura. & ſic ēſt caſus, in quo coactio infi-
cit ipſo iure actum Iō confeſsio in tormētis non præiudicat,
niſi perſeueret. l. j. §. diuus. ff. de quæſti. Dr̄ aūt non ſponte fie-
ri, vt ſtatim poſsit reuocari, & non pręiudicet, niſi perſeueret,
eo ꝙ fit calore iracundiæ: vt eſt caſus cum gl. j̄. de diuor. ex li-
teris quod no. & doc. de deſpon. impu. atteſtationes. ¶ Tertio
exigitur ꝙ confiteatur ex certa ſcientia: qa ſi errore confitet̄,
cōfeſsio iurib. nō præiudicat: qa pōt reuocari. Et an hoc pro-
cedat, ſiue ſit error iuris, ſiue facti, videbit̄. j̄. ¶ Quarto exigit̄
ꝙ quis ꝯfiteatur ꝯ̄ ſe: qa confeſsioni ꝯ̄ ſe ſtatur, ſed non pro ſe,
4. q. 2. §. j. ff. de inter. acti. de ęta. j. rñ. Et ſi plura confitet̄ in vno
articulo, quorū aliqua ſint pro cōfitente, aliqua ꝯ̄ eum, vide
per Cy. in l. j. C. de confeſ. in l. 2. C. de don. ante nup. per Bar. in
l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de lib. leg. Aliquid per Cy. in l. ſi
qdē. C. de excep. dixi plene oīa de reſcr. ex parte decani. & ali-
quid tetigi in c. bonæ. 2. de poſtu. præl. Dic vt ibi, & per Io. An.
de confeſ. c. j. li. 6. in verbo, confeſsionem. Hæc vera ſm Cy. qñ
confiteor, aduerſario tacente, vel ꝯ̄dicente: ſecus ſi eo aſſeren
te cōfeſsionē: ſed tunc plus me fundo ex ſui aſſertione, quam
mea cōfeſsione. Fallit ēt in caſib. in quib. agitur de interroga-
tione conſcientiæ, ēt in foro iudiciali: qa de ꝯfeſsione ſua ſta-
tur ſolo ſuo dicto. Inſt. de act. §. ſic itaq;. Et patet in oīb. caſib.
in quib. ſtatur iurō: vt de teſtib. pręſentium de homi. ſignifica
ſti. & de exce. paſtoralis. s̄. quod met. cā. c. fi. C. vnde vi. ſi qñ. eū
ſimi. & in iurō purgationis. 2. q. 5. per totum. & de pur. ca. per
totum. & in cā mr̄imoniali, qñ vir atteſtatur copulam, ea co-
habitāte, de deſpon. impu. atteſtationes. & ca. continebatur.
de frigi. c. 2. de ſponſa duo. c. j. & 2. Fallit ēt in foro pęnitentia-
li, in quo creditur cōfeſsioni ſuæ: qa in illa nō agitur de præiu
dicio alterius. Prodeſt aliqñ alicui cōfeſsio propria, in quādā
ꝯ̄ñam, non directo, ff. de interro. act. l. ſi filius. ad fi. Fallit ēt, qñ
quæritur de his, quę ſunt vere nota ſoli confitenti, vt ſi habet
homo inſtrumenta habilia ad vtrunq; ſexum, & dubitatur in
quo magis incaleſcat, ſtabitur dicto ſuo: vt dicit Gul. de Cu. in
l. quæritur hermaphroditum. ff. de ſta. ho. ¶ Quinto requirit,
ꝙ ꝯ̄ ſe confiteatur in iudicio, & coram ſuo iudice: quia alias
cōfeſsio nō præiudicat, de iudi. at ſi clerici. C. eo. l. vna. ſecūdū
gl. Per quæ dicit ꝙ cōfeſsio coram competenti iudice nō p̄iu-
dicat indiſtincte confitenti. De hoc dic vt per Inn. de ele. p in-
quiſitionem. Et hunc punctum, & qualiter dictum Innoc. de-
beat intelligi, dixi s̄. de iud. at ſi clerici. Inquantum gloſ. ſentit
extraiudicialem cōfeſsionem nō nocere, gl. hic reſtringit, niſi
cōfeſsio fiat extra iudicium cum cauſa, vt quia confiteor me
debitorem ex cauſa mutui, vel alia. Nam hoc probato per te-
ſtes cōfeſsio mihi præiudicat: quia ex illa cōfeſsione potero
cōdemnari, ſm gl. Ex qua colliguntur duæ ſubtiles differētiæ
inter cōfeſsionem iudicialem, & extraiudicialem. Prima, qa
confeſsio iudicialis ligat quem, non expreſſa ſpecificè: ſecus
in extraiudiciali. Secunda, quia cōfeſsio iudicialis nō indiget
alia ꝓbatione, qa ſe ipſam ꝓbat, eo ꝙ facta eſt in iudicio: ſed
extraiudicialis probatione indiget. Inquantum gl. ſentit con-
feſsionem coram incompetenti non præiudicare confiten-
ti: dic, ſi fiat coram incompetenti, cuius iuriſdictio eſt impro
rogabilis: quid in hoc teneat Inn. vide de elec. per inquiſitio
nem. Et hunc articulum expediui ſupra, de iudi. at ſi clerici.
Bart. ꝙ non tenet, in l. j. C. de confeſ. & in l. magiſtratus. de iur.
om. iud. & ibi Guliel. de Cun. Vbi autem iuriſdictio eſt proro
gabilis, ſi confitetur de iuriſdictionis defectu ignorans: idem
ſufficiens: & poſt litem conteſtatam valet confeſsio: ſi ante lit.
conteſtatam dato libello, quia confeſsio inducit litem conte
ſtatam, adhuc valet. Si non dato libello, eſt dubium. Pet. te-
net, & Cyn. in l. prima, præal. quòd non valeat, quia ante actū
conteſtationis litis non prorogatur iuriſdictio: vt not. in l. ſi
qui ex conſenſu. C. de epi. audi. Tu dic quòd imo valet, quia
ante lit. conteſtatam citeriori actu inducitur conte. lit. de quo
no. infra, de re iu. inter monaſterium. Item quia hic actus eſt,
qui fit, vel fieri ſolet poſt li. cōt. vñ ſubrogat̄ loco conteſtatio-

nis lit. ut no. in l. nulla. C. de ꝓcur. & in l. 2. C. de conſor. eiuſ. li. & de cōſti. cum M. ſup j. gl. & no. gl. de elec. c. j. lib. 6. in uerbo, abſentia. Quod no. ad hoc: qa quo ad interrūpendā pſcriptionē hr̄ pro ꝯteſtatione litis: vt l. ſi qs emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcr. 30. ann. Inquantū dixi cōfeſſionē, ut præiudicat, fieri dēre corā iudice: intellige & corā tribunali iudicis, qn̄ fit per viā contentioſę iuriſdictionis, & in plenario iudicio, & illo ordinabilr̄ agitato. Si aūt fiat in ſummario, vel fiat ex abrupto per viā uoluntarię iuriſdictionis: pōt fieri quolibet loco. l. 2. ff. de offi. ꝓcōſu. & leg. & l. nec qcquā. §. de plano. & ff. de offi. ꝓconſu. l. 2. §. dies. ff. qs or. in bo. poſ. ſer. Idē ſi fiat ad pparationē iudicii. l. uoluit. §. qđ ait. ff. de inter. act. ſm Bar. in d. l. j. C. de confeſ. Fallit rōne qualitatis ꝑſonæ, qn̄ ad eā remittit̄ ꝓ iuro, & cōfeſſione: qa indiſtincte valet alibi, q̄ in tribunali, vt ad ꝑſonas egregias: vt ff. de iureiur. Habes dr̄ias inter cōfeſſiones extraiudicialē, & iudicialem. Vide inquātū extraiudicialis fiat in crīe, quid iuris, an illa inducat ꝓbationē, an iudicium, & an aliqū manifeſtū: dixi in mā notorij, de coha. cle. & mu. veſtra. & aliquid de iudi. at ſi clerici. uide in Spe. de cōfeſ. §. nūc dicēdum. ver. nūc uidendū. In ciuili aūt an & qn̄ p̄iudicet, & quo ad qđ, & qūo dēat fieri, tangit̄ p Cy. in l. gn̄aliter. de nō nu. pecu. & in l. tale pactū, ꝓfiteor te non teneri. ff. de pac. & in l. j. in fi. ff. de interro. act. dicā plene in c. ſi cautio. j. de fi. inſtr. vbi eſt ꝓpria mā. ¶ No. tn̄ hic gl. ꝙ extraiudicialis confeſſio ut faciat p̄iudiciū, oportet in iudicio ꝓbari: qa non eſt ꝓbatio ꝓbata tunc, & non trāſit in notoriū: qđ ſecus, qn̄ fit in iudicio. Si cōfeſſio fiat in iudicio nullo aliter, q̄ per defectū iuriſdōnis, uide qđ valet, in c. Piſanis. de reſti. ſpo. & ibi doc. Ad hoc de acc. c. j. & 2. lib. 6. & in cle. conſtōnē. de ele. Ad hoc qđ dicimus confeſſionē factā ſinutili ꝯctu p̄iudicaret, ut l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi Bar. ff. de ver. obl. Et an ſi fiat in iudicio ad aliū finē inſtituto, vel ſummario, an p̄iudicet quo ad plenariū, uide ſ. de or. cog. c. 2. per Inn. de accu. qualiter & qn̄. 2. in gl. magna. Inquantū gl. dat aliā dr̄iam: quia in iudicio nō exigit cā, quia ſecus, ſi extraiudicialiter fiat. Hoc ſic intelligit Io. An. in Spe. de confeſ. §. uidendū. in prin. qa confitens in iudicio ſine cā cōgitur ad cām exprimendā, & ſic effectualiter obligat̄: qđ non eſt in confeſſione extraiudiciali: qa non eſt ibi qui cogat ad cām exprimendā. Cyn. tn̄ indiſtincte dicit confeſſionē ſine cā in iudicio valere: vt ponit in l. gn̄aliter. C. de non nu. pec. & hoc, quia inducit eum in iudicio quaſi ꝯtratur: qđ ſecus eſt in extraiudiciali confeſſione: qa illa declarat. Iō oportet ꝙ hēat cām. & alle. hoc expreſſum, vt valeat iudicialis ſine cā, ff. de interro. act. l. uoluit. §. quod ait. l. j. C. de confeſ. & ff. de confeſ. ꝑ totum. ſm Cyn. Quod puto, quia cōfeſſio obligationis ibi fit deliberate, & viribus facta intelligit̄. Ad hoc optime C. de cōfeſ. l. qui Stichum. In ꝯfeſſione facta coram arbitro tenet Cy. ꝙ licet p̄iudicet ut extraiudicialis, non habet effectum cōfeſſionis iudicialis: quia non dr̄ arbitri actus iudiciarius. l. j. C. de arbit. ſed bene facit fidem, ſicut quælibet extraiudicialis: ut l. pen. C. de arb. ſm Cy. in l. 1. in v. q. Bar. tenet contra, ſi emologatū eſt cōpromiſſum, in d. l. j. qa ſicut emologatio facit quo

12 ad ſn̄iam, ita quo ad alia acta. ¶ †Requiritur v. ꝙ ſi confeſſio fiat p̄nte parte, ſiue loquamur de iudiciali, ſiue de extraiudiciali, ff. de interro. act. l. ult. & l. certū. §. ſi quis abſente. ff. de cōfeſſ. Cy. in l. 1. C. de confeſ. in 6. q. dicit, in confeſſione extraiudiciali ſerua qđ dicam j. de fi. inſtr. ſi cautio, & qđ no. Bar. in l. non ſolū. §. liberationis. de libe. leg. In confeſſione iudiciali, ſi illa fiat abſente parte, & iudice: illa non ualet, vt glo. dicit, niſi fiat præſente aduocato, vel alio recipiente pro abſente: vt no. gl. ff. de interro. act. l. ſi ſine. Si præſente iudice, abſente parte, ſi ſit confeſſio, quæ emanet per viā voluntarię iuriſdictionis, hæc præiudicat: vt auth. generaliter. C. de epiſ. & cle. & ibi idē dicit Cy. Ad hoc ff. de ma. vin. l. non eſt. ibi Franc. de Are. & c. q̄q̄. extra de vſur. lib. vj. Si per viā contentioſę iuriſdictionis, & parte non citata, non valet: ut l. certum. §. ſi quis abſente. Si parte citata in caſibus, in quibus pōt in abſentem procedi, valet confeſſio, & præiudicat: in caſibus, in quibus non ualet ꝓcedi in abſentem, non p̄iudicat cōfeſſio: qa ſicut non pōt ꝓcedi in abſentem, ſic nec ꝓ abſente, & econuerſo: vbi pōt, iudex ſupplet abſentiā abſentis. l. ſi ob cām. C. de euic. l. ꝓperandū. §. ſin aūt reus. C. de iud. & no. j. de acc. ueniens. ſm Cy. in d. l. j. Hoc ſequitur Io. An. in addi. Spe. in ti. de confeſ. §. ſequitur. ver. 7. & dicit fuiſſe verba Hug. de presbytero. Dicit tn̄ ꝙ raro practicabitur: qa confeſſio fiat communiter, vel ad conteſtādam litem, vel ad rn̄dendum poſitionibus, & præcedere debeat iurm̄ ponentis, in quo exigitur vtraque partis præſentia. Raro practicabitur ꝙ confeſſio fiat abſente parte. Certe practicabit in rn̄ſione ad libellum, tenendo illud quod dixi in ca. j. de lit. cont. Item in reſponſione ad poſitionem, ſi reſponſio fiat ex interuallo poſt iuramentum præſtitum, & ſtatuto termino ad rn̄dendum poſitionibus. Dicit tn̄ Pe. in l. 1. in fi. ff. de interro. act. ꝙ ſi iudex confeſſionem vt publica perſona recipiat abſente parte, etiam non citata, quòd valet confeſſio.

Vbicunq; tn̄ dixi ꝯfeſſionem factā abſente parte corā iudice vel alio, p̄iudicare: ſp intellige, ſi ad hoc eſt p̄ns, alias nō præiudicat: vt no. Pet. & Cyn. in auth. ſacrā. C. ſi aduer. ven. in 10. q. nā ex abrupto, vel caſu facta nō prēiudicaret, vt ibi. Alle. l. fin. ff. de interro. act. Hoc fallit in cōfeſſione, q̄ fit in libello: quia narrata in libello qs vr̄ confiteri. C. de lib. cau. l. cum precum. C. de cond. ob cau. l. mercalem. Nō ob. l. ſi familię. ff. fa. erc. qa illa loquitur, qn̄ fuit reuocata: vt j. dicam, in tm̄ ꝙ præiudicat ēt abſente parte: quia iō datur libellus iudici, vt per iudicem detur parti: vn̄ mediante iudice vr̄ parti confiteri, quæ in libello cōprehendunt̄, ēt parti. C. de lit. cōt. auth. offerat̄. & C. qūo & qn̄ iu. auth. offerat̄. Idem dicit in his, quæ quis ponit in exceptionib. quia ſicut libellus dr̄ ex parte actoris, ita & ex parte rei exceptio dr̄ libellus. l. j. C. de his, qui po. no. tit. præd. & l. j. ff. de excep. ſm Bar. in l. certum. §. ſi quis abſente. Quinimo omnis rn̄ſio in iudicio hr̄ pro cōfeſſione. ff. de dona. l. quidam in iure. Quinimo & interrogādo quis confitetur, no. Io. 31. q. j. ſi quis dormierit. & Arch. 22. q. 2. quod ait. Dicit tn̄ Io. And. ꝙ licet ponendo quis confiteatur, non articulando, vel capitulādo, vide no. Io. An. de iureiur. cum in poſitionibus. lib. 6. in Nouella. hęc vera, qn̄ in libello comprehenditur aliquid dependens, vel quod inducere pendeat ab eius poteſtate: alias non ſtatur verbis narratiuis libelli, vt l. non epiſtolis. C. de probat. vbi Bar. no. In extraiudiciali confeſſione ſi fiat abſente parte, in reali præiudicat: vt l. ſi quis vi. §. dn̄ia. ff. de acquir. poſ. qa rē abſente parte quis pōt habere pro derelicto. In perſonali nec ad deliberandum, nec ad obligandum, nō prēiudicat, niſi fiat præſente parte, vel iudice, vel publica perſona, vel aliquo recipiente ꝓ abſente, illo poſtea ratum habente: vt no. in d. verſi. 7. & no. de vſuris. q̄q̄. li. 6. & l. reſcriptum. §. fi. ff. de pac. & l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg. Hæc vera, niſi fiat per epiſtolam: qa prēiudicat confitenti, ēt ad obligandum: vt l. publica. ff. depoſi. & hic: quia ſcriptura ſp loquitur. Idem dicit Bart. in ſcriptura rōnum: vt no. in l. nuda. ff. de dona. quod puto viuente confitentę: eo aūt mortuo ſcriptura eius nō loquitur: iō non credo ꝙ illum obligaret. Ad hoc de ſuc. ab inte. c. fi. qđ ibi no. Inn. Nō ob. quod dr̄ de confeſſione ad acta deſcripta: quia illa pro ſolennitate actus exigit partium præſentiam, vel actū citationis. de teſti. in noīe Dn̄i. Iō ſtatim eſt nulla, vel aliqua, vt dicit Bar. in l. nuda. ff. de don. Dicit tn̄ Io. An. ꝙ in oīb. caſib. in quibus abſente parte alteri p̄iudicaret ſn̄ia, qđ ei ꝓderit confeſſio facta, vt in caſib. c. quāuis. de re iud. Per quæ dicit ꝙ confeſſio facta præſente vno ex cōſortibus eiuſdem lit. p̄iudicat confitenti quo ad alium. Et hoc ponit in addi. Spe. in ti. de confeſ. §. nunc videndum. verſi. quid ſi confiteor. Hæc vera in his, q̄ pendent ex voluntate duorum. In pendentib. aūt ex voluntate vnius, bn̄ præiudicat confeſſio abſente parte. ff. de neg. geſt. l. Neſennius. & no. Bar. in l. nuda. ff. de don. & no. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. ad hoc tex. cum glo. in l. Pomponius. de neg. geſt. ſm Bar. Requiritur ēt ꝙ non ſit ꝯ naturam: nam non præiudicat confeſſio, ſi confiteor me interfeciſſe hominem, qui viuit. ff. ad l. aqui. inde Neratius. §. fi. Vel ſi confiteor illum eſſe meum filium, qui eſt maioris ętatis, q̄ ego. Requiritur ēt ꝙ talis confeſſio fiat de eo, ſuper quo poſſit eſſe actio inter partes. Vnde ſi cōfiteor me eſſe obligatum ad dandum Solem, vel Lunam, non præiudicat confeſſio. ff. de interro. ac. l. ſi is, cuius. & l. confeſſionibus. Vel ſi confiteor me teneri noxali pro libero homine, vt in iuribus prædictis. Requiritur ēt ꝙ non ſit ꝯ ius: alias non nocet. ff. de pac. iuriſgen. §. & ſi ſtipulatio. iō ſi confiteor minorem 14. an. poſſe teſtari, confeſſio mihi non præiudicat. Et hic pōt eſſe cā, quare nō admittitur poſitio iuris: qa vel confitetur eam, & cōſonat confeſſio iuri, & nihil operatur: qa ius eſt aliter certum abſq; confeſſione. Vel cōfiteatur falſum: & nihil præiudicat, vt hic. Ad hoc l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. Pōt tn̄ pars interrogari de caſu legis ad concludendum caſum, de quo agitur. l. Offidius. ff. de leg. 3. Bar. in d. l. j. de confeſ. Item oportet ꝙ confeſſio fiat in materia, in qua poſſit quis ſibi confitēdo, vel conſentiendo præiudicare: iō non præiudicat confeſſio in libertate. C. de libe. cā. interrogatam. Sed pōt dici ꝯrium eo. tit. iubemus. Nec ob. l. interrogatam. quia ibi fuit facta corā incōpetenti. Idem Archid. 2. q. j. nos in quemq̄. Hæc eſt cā quare in mr̄imoniali ꝯfeſſio nō præiudicat, vt c. ſuper eo. de eo, q cog. cōſang. vxo. & quare cōfeſſio nō præiudicat in beneficiali, ſi quis confitetur alterum iuſte tenere: vt no. Ioan. An. de cōfeſ. c. j. & fi. lib. 6. in Nouella. & no. de eo, qui mitti. in poſſeſ. eum, qui. eo. li. Nec præiudicat confeſſio, ſi Chriſtianus cōfitetur ſe ſeruum Iudęi, de Iudę. c. fin. Vel ſi confitetur quis ſe maritum Iudeæ. 28. q. j. caue. Requiritur etiam quòd confeſſio fiat de re litigioſa: aliàs non præiudicat confeſſio. ff. de interro. act. l. cōfeſſionibus. Oportet ergo quòd iudex ſedeat propter hoc: aliàs non præiudicat ſibi confeſſio, vt patet de ordi. cog. cum dilectus. ad fi. alias crimen, de quo conſtaret confeſſione in iudicio, punietur ordinarie, ſi de eo cōſtaret confeſſione: quod

eſt contra

13 eſt ꝯ illa iura. ¶†Not. ergo gloſſ. iſtã, ꝙ ꝯfeſſio facta iudice ad
aliud ſedente, nõ ꝑiudicat cõfitenti. Per quæ dicũt Io. And. &
Cal. de coha. cler. & mu. tua. ꝙ nõ ꝑiudicat alicui delictũ cõ-
miſſum in oculis iudicis, eo pro tribunali ſedente: qa nõ ſedet
ad hoc, ſed ad aliud. Per hoc dicit Gui. de Su. in l. momẽtaneę.
C. q legi. pſo. ſtan. in iud. nõ ha. ꝯfeſſionẽ nõ ꝑiudicare ſup nõ
petito: alias ſicut dicimꝰ in ſnĩa, qa ſtultus eſt iudex, q ſup non
petito iudicat. l. fi. ff. de fideicom. lib. Qđ puto, qñ ꝯfeſſio fit ad
petita incidẽter, & ſup tela iudicij ad aliud inſtituti. Sed ſi fie-
ret coram iudice ex abrupto de ꝑ ſe a tela ꝑſente parte, vel ad
hoc citata, nõ video quare nõ ꝑiudicet ꝯfeſſio, vbi ꝑiudicat ex
abrupto facta. hoc ſufficit de requiſitis. Requirit ẽt ꝙ ꝯfiteat
certũ, ſm aliquos vt dicit Bar. in d. l. j. vbi dicit gl. Bar. dicit hoc
verum in caſibus, in quibus debet ſequi ſnĩa certa. Secus vbi
ſufficeret incerta: qa confeſſio, & ſnĩa æquiparantur. Nam ſi
ꝯfiteor me poſſidere hæreditatẽ Titij, vel me geſſiſſe tua ne-
gotia: valet hæc ꝯfeſſio, ſm Bar. Examinationẽ huius glo. vide
14 in Spe. de ꝯfeſ. §. ſequit. in prin. ¶†Nũc venio ad ſm: & videbi-
mus aliquos effectus cõfeſſionis: Gl. dicit ꝙ inter cæteros effe-
ctus eſt vnus: qa in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis. Sed
dicit hoc verum cognoſcẽdo: ſecus dicit in terminando: qa
ex illa ꝯfeſſione debet ſequi ſnĩa. ff. ad l. Aquil. l. proinde. de
trãſ. c. præterea. Cõiter dr̃ ꝙ in ciuili, ſi cõfeſſio fiat ex abrupto
abſq; ordine, & nõ dato libello, ibi non ſequitur ſnĩa, ſed ſolũ
præceptũ de ſoluendo: & illa nõ eſt ſnĩa, ſed executio, ſm Bar.
in d. l. j. Idẽ ſi fiat per modũ voluntarię iuriſdõnis, vt quia ꝑtes
ambæ cõueniunt vt pars vadat corã iudice ad cõfitendũ debi
tum: & ſic veniunt ꝯcordes ad iudiciũ, & ad ꝯfitendũ, ſm Cy.
in l. j. præal. in ij. q. Per quæ dicit ꝙ in Tuſcia inſtrã guarẽtigię
hñt executionẽ paratã, ſi fiant corã notario, qui vt iudex a ſta
tutis hẽt ꝑtãtẽ recipiendi talẽ ꝯfeſſionẽ. Quod nota ꝓ iſtis q
ꝯhunt, & cõſtituunt ꝓcuratores ad ꝯfitendũ, vt patet in ciuita
te iſta. Si fiat libello porrecto, tunc expectat ſnĩa, vt no. gl. ſ. de
elec. dudũ. ij. q. j. nos in queq̃. vbi gl. no. ĩ d. l. ꝓinde. & l. j. & fi. ff.
de ꝯfeſ. Hæc ſunt vera ĩ ciuili. In criminali ſp oportet ꝙ ſequa
tur ſnĩa, ſiue ſit ex abrupto, ſiue aliter: vt no. gloſſ. in d. l. j. ij. q. j.
nos in quẽquã. Ad hoc C. de ꝯfeſ. l. fi. l. ſi ꝯfeſſus. ff. de cuſt. reo.
Et hoc verũ ſiue agat ad nãlẽ pęnã, vt hic, ſiue ad accidenta-
lẽ. ſ. c. ꝓxi. Idem Spe. in ti. de ꝯfeſ. §. j. in fi. Contrariũ ſentit Fre-
de. ſuo conſi. 204. vbi dicit ꝙ in criminali nõ expectat niſi præ-
ceptum. Quod poſſet ſaluari, qñ in pęnã eſſet aliquid dari, vel
fieri: qa tũc ꝓportionaret ꝑceptũ. Hæc vera ſunt in cõfeſſione
vera: ꝯfeſſio aũt ficta nõ hẽt prõptã executionem, niſi ſequat
ſnĩa. Bar. in l. ij. §. qđ ſi actor. ff. de iure fiſc. & idem Butr. ad hoc
l. eius, qui delatorẽ. ff. de iure fiſ. Qđ no. ꝑꝑ ſtatuta, q̃ volũt quẽ
hñi pro confeſſo. Ad hoc iura quæ dñt quẽ ꝑriuari ipſo iure:
qa nõ ꝑcedẽte ſnĩa nõ fit executio, vt patet de hære. cũ ſerui.
¶Scđs eſt effectus, qa ꝯfeſſio nedũ ꝓbat, ſed ẽt aliqñ inducit.
Circa qđ eſt aduertẽdum. Qñq; cõfeſſio emanat ſuper iure ꝑ-
ſonali: & an, & qñ inducat, vel diſponat, aut probet, ſeu decla-
ret, dic vt ꝑ Cy. in l. gñaliter. C. de nõ nu. pecu. & hunc articulũ
expediam in c. ſi cautio. de fi. inſtr. & vide l. publica. ff. depo. Si
fiat in reali, an inducat, vt ſi ego dominus, vel poſſeſſor, confi-
teor te dñm, vel poſſeſſorem, an confeſſio faciat dñm. Dicit
Bar. in l. cum falſa. & l. cum teſtimonium. C. de iur. & fac. igñ.
ꝙ ſi extra iudicium confiteor in iure reali, cuius tranſlatio pẽ-
det a mea poteſtate abſq; alia traditione: & confeſſio inducit,
vt in hypothecaria, ſicut dicit in l. cum teſtimonium. Si confi-
teor circa id, cuius trãſlatio non pendet a nuda mea volunta-
te: ſi quidem in iudicio, præiudicat mihi, & confeſſio inducit
trãſlationem dñij: vt eſt caſus ff. de ꝯfeſ. l. certũ. §. j. qui ad hoc
eſt caſus notabilis, ſm Bar. Quod dicit verum, ẽt ſi cõfeſſioni
non adijciat ſpecifica cã, vt quia ꝯfiteor te dñm: nã ſicut in li-
bello procedit ſine cã ſpecifica, ita & in confeſſione, ſm eum.
Per hæc dicit ꝙ ſi confiteor eccleſiam dominam, quia nuda
voluntate in eã trãſfert dñium, ꝙ confeſſio præiudicat. Idẽ di-
cit in vltima voluntate, cum in illis non exigatur traditio: aĺs
non transfertur, proficit tñ confeſſio quo ad probationem. ff.
depoſ. l. publica. licet non inducat. Ad hoc in Spec. de cõfeſ. §.
nunc dicendum. ver. ſed quid ſi confiteor. ad fi. & vide. e. §. ver
ſicu. porro: vbi Spe. dicit ꝙ ſi ꝯfiteor alium poſſidere, quia ſo-
lo animo perdit poſſeſſio, illa confeſſione perditur: vt l. 3. §. in
amittenda. & l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſ. in ver.
ſed quid ſi confiteor. Dicit hoc verum quo ad perdendã poſ-
ſeſſionẽ, ſed nõ quo ad transferendã: quia ſolo animo acqui-
ritur poſſeſſio, C. de acquir. poſſ. l. licet. ſecundum Gul. Hæc ve
ra, qñ cõfiteor ſimpliciter rem tuam eſſe: ſed ſi confiteor rem
tuam eſſe, & ipſam me tuo nomine tenere tanquã cõductor.
dicit Spe. in ti. de confeſ. §. nunc videndum. ver. ſi cõfiteor. ibi
recitat dictum Io. Bal. & Vber. refert, an ꝯfiteatur ignoranter:
& ꝯfeſſio nõ præiudicat. An cõfiteat ſcienter: & refert, an di-
cat, ſcienter cõfiteor rem tuã eſſe, & eam tenere in feudũ, vel
emphyteuſim: tũc nõ nocet, vt l. cũ falſa. qa ex hoc non indu-
cit, ſed narrat: Idẽ ſi dicat, & ꝯfiteor me hr̃e in emphyteuſim:
ſi dicat, cõfiteor talem rem eſſe tuã, & volo ipſam ꝯducere in
emphyteuſim: vt d. l. cum falſa. Fatet tñ omni caſu ꝯfeſſionẽ
probare ꝯductionẽ, & dñium alterius donec ꝯrium probetur.
Per hoc dicit Bart. in l. cum falſa, ꝙ ſi qs ꝯfitet talem eſſe dñm
ſuæ rei, & cum hoc ẽt ſe conſtituiſſe noĩe eius poſſidere, ꝙ ex
hoc eſt fictus titulus, & ficta traditio: & ſic ex eo non transfert
dñiũ, vt no. in l. traditionibus. C. de pact. ſecũdum Bar. Quod
credo ꝓbãdo rem aliter ſe hr̃e: qa ſola confeſſio non diſponit,
ex quo exigitur traditio: & ſola cõfeſſio ꝯductionis, vel conſti-
tutionis non hr̃ pro illã, licet ꝓbet. Dicit tñ Io. An. poſt Dy. in
conſilijs in addi. loco in Spe. præal. quod ſi conſors lit. recipe-
ret cõfeſſionẽ, qualiter ab eo, & alio cõduxit rem in feudum,
ꝙ hæc cõfeſſio ꝑiudicat, adeo ꝙ conſorti ratũ habenti quærit
ius agendi abſq; ceſſione: qa ſi per traditionẽ, vel quaſi, quæri
tur ius agendi ſine ceſſione per procuratorẽ, ff. de acq. re. do.
ſi procurator. & l. traditio. §. fi. & l. ꝑ ſeruum. §. fi. ſic & ex hac
confeſſione quæritur illi abſq; ceſſione, vel quæſitum proba-
bitur: nam talis cõfeſſio ꝓbat fictã traditionẽ, ff. de donatiõ.
l. qſqs. Ad hoc alle. l. certũ. ff. de ꝯfeſ. Ex quo concludit ꝙ ex ta-
li confeſſione quæritur ius agendi in rem, & perſonali ex mo
ribus: quia ex ea declaratum eſt, rem eſſe feudalem. Tertius
eſt effectus, qa ex hoc confeſſionibus iudicialibus cõpetit ius
agendi officio iudicis. Dicit Dy. poſt Pe. ꝙ eſt verum, ſiue con-
feſſio fiat per viam voluntarię iuriſdõnis, ſiue per viam contẽ
tioſę: quia in notis iudici vt iudici iudex ſuum impertitur of-
ficium. ff. finium reg. l. ſi irruptione. de accu. l. ea quidem. ff. de
re iud. l. poſt rem. l. j. §. ſi quis miſſum. ff. ne vis fi. ei. qđ ſimiliter
facit ad inſtrumenta guarentigiæ: licet quidam ſecus dixerit
15 in his, quæ expediuntur per viam voluntarię iuriſdõnis. ¶†Ex
his deciditur, an ex confeſſione contrahatur ius agendi. Tan-
git Spe. in ti. de confeſ. §. j. ver. quæ aũt actio. & ibi Io. An. dicit
qđ ſi ꝯfitetur firmiter, agitur actione confeſſata. ff. de iureiur.
ſi duo. §. Iul. Si informiter, dabitur actio in factum. ff. de ſtipu.
ſeruo. l. quæſitum. ff. de ſpon. omnino. Nec eſt verum quod ex
confeſſione oriatur vtilis confeſſoria, vt quidam dicũt, per l.
inde Neratius. §. vbi. ff. ad l. Aql. quia illa pro ſeruitutibus eſt
inuenta. Cy. dicit qđ ſi ꝯfitetur formiter, oriuntur duæ: vna ex
contractu, altera ex ꝯfeſſione: ſicut dicimus in iurõ, vt in iuri-
bus præalle. vt no. de iureiu. l. actori. Si informiter oritur actio
in factum: qa ex eo orit oblõ, l. proinde. §. procurator. ff. ad l.
Aquil. ergo & actio. Itẽ qa q confitetur, ex quaſi contractu te-
net. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. Item qa
cõfeſſio, & ſnĩa paribus paſſibus ambulant. ff. de re iudi. poſt
rẽ. & ex ſnĩa orit, ff. de pecu. l. 3. §. idẽ ſcribit. & de noxa. l. quo-
ties. §. vlt. ergo & ex cõfeſſione. Et idẽ Bar. vbi tangit gl. in l. cen
tũ. alias certũ. ff. de confeſ. Idem dicit Arch. ij. q. j. nos in queq̃.
vbi dicit ꝙ prodeſt ſnĩa poſt cõfeſſionem, licet cõfeſſio pariat
16 actionẽ in factũ. †Ex his dubitat de alio effectu, nunqd ꝯfeſſio
facta corã vno iudice poſſit executionẽ hr̃e paratã corã alio.
Dicit Cy. ꝙ ſi fiat corã vno, executioni põt officio iudicis mã-
dari corã alio loco eius ſubrogato, vel eiuſdẽ tribunalis: vnde
ſnĩa lata per delegatũ, officio iudicis delegantis mãdatur exe-
cutioni, vt l. a diuo Pio. in princ. ff. de re iudic. Idem ſi diſpoſi-
tione iuris vel ſtatuti ſpectat executio ad aliquem, ſm Bar. in
loco præalleg. Corã diuerſo autem iudice, licet cõfeſſio poſ-
ſet induci vt probatio, nõ põt produci vt ꝯfeſſio hñs prõptã
executionem: Dicit Bart. in l. j. de offi. conſu. & ibi tex. Hęc ve-
ra, niſi fiat executio ad requiſitionem iudicis, corã quo eſt fa-
cta: vt no. in d. l. j. ff. de offi. conſu. & in d. l. j. C. de confeſ. per Cy
17 num. Facit quod no. ſ. de foro comp. poſtulaſti. † Ex his patet,
qñ iſtę fictę confeſſiones, quæ fiunt ex contumacia; vel per bã
num, an habeant executionem coram alijs iudicibus. Si peta
tur coram alio iudice alterius tribunalis vel ciuitatis: dic quo
ad requiſitionem ipſius bene poteſt officio requiſito manda-
re executioni. Et ſic dicit intelligi iura, quæ dicũt vnã poteſta-
tem per aliam iuuari, ff. de admini. tut. l. tutum. §. tutores. C.
de offic. ꝑfec. Africę. in nomine domini. in Auth. vt nulli. iud.
§. ſi quis vero comprehenſorum. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l.
diuus. 23. q. v. adminiſtratorem. xcvj. di. cum ad verum. ſecũ-
dum Cynum. Si agitur actione in factum, poterit coram quo-
cũq; iudice, alias habili peti executio: qa actionem ſuam põt
quis intentare corã iudice competenti, vt patet, ſm Bar. in l. a
diuo Pio. §. ſnĩam Romæ dictam. Et hoc tenendo ꝙ confeſſio
18 iudicialis producat actionem in factum, ſicut ſnĩa. ¶†Venio
ad vltimum, ſ. ad reuocationem confeſſionis. Et hic imaginã-
da ſunt quatuor. Primum, tp̃s ante litis conteſtationẽ. Scđm,
poſt litem ꝯteſtatam. Tertiũ, poſt ꝯclõnẽ in cã. Quartum, tp̃s
poſt ſnĩam applõne nõ ſuſpenſam, vel aĺr. Quintum, tp̃s poſt
ſnĩã applõne, vel reſtõne ĩ ite. ſuſpẽſã. Itẽ cũ reuocatio cõiter
fiat per errorem, eſt aduertendũ ꝙ quidam eſt error iuris, qui
dam eſt error facti, quidã error facti, & intolerabilis, vt in fa-
cto ꝓprio, de reſcr. ab excõicato. & hic qñq; cadit ĩ latã culpã,
qñq; in leuẽ, qñq; in leuiſſimã. Quidã error tolerabilis: & hic
excludit omnem culpã. Hoc poſito, ſi q̃rit an poſſeſſio poſſit

reuocari,

reuocari, & qñ. ¶ Videamus primo de ꝯfeſſione facta ante lit.
ꝯte.in hoc dic ꝙ ſi reuocatio petit̃ ante litis ꝯteſtationẽ,& ad-
mittit̃ reuocatio,niſi captioſa ſit aduerſarij, qa in hoc fecerit
expenſas: quo caſu non reuocat, niſi ſatiſfaciat de læſione.ff.
de interro.act.l.de ætate. ff.de rei vẽ.l.ſinaũt. ff.de dolo.l.pe.ff.
de pet.hære.l.q ſoliti.Et hæc vera,ẽt ſi ꝯfiteẽ ſcienter,ſicut dñt
Doc.& Iac.de Are.cuius fuit hæc diſtinctio. Hæc vera puto in
p̄para torijs iudicij,vel directorijs:vt ſi ꝯfiteẽ ꝙ poſſideat,alias
ſimilia.Sed aľs ſi ꝯfiteret̃ circa deciſoria,alias non præparato-
ria,vt ſi ꝯfiteret̃ ſe debitorẽ, nõ admitteret̃ reuocatio,niſi do-
cẽdo de errore,& iuſto, vt infra dicã. Qñq; hæc cõfeſſio facta
ante lit.ꝯteſta. petitur reuocari poſt litẽ cõteſtatã: & non põt
reuocari,niſi actoris obijciatur ſciẽtia:vt l.is,qui ſe obtulit.ff.
de rei ven. vbi offerẽs ſe liti nõ põt poſt litẽ ꝯteſtatã reuocare
ꝯfeſſionẽ ꝙ poſſederit, niſi aduerſarius ſciuerit eũ nõ poſſide-
re:qa hoc ipſo captioſa eſt aduerſario,ſi inſtãtia periret: & ſic
nõ ob.l.de ætate.§.Celſus.ff.de interro.ac.Qđ eſt verũ,niſi do-
ceret de errore,& probabili,vt dicã ĩ. Item hoc in p̄paratorijs:
in deciſorijs credo ꝙ ſcientia falſitatis cõfeſſionis partis,ad cu
ius cõmodũ fit ꝯfeſſio. nõ inualidaret ꝯfeſſionẽ, niſi aľs ꝯſta-
ret de errore: & errorẽ intellige ꝓbabilẽ,aľs non ſufficeret.Et
dico errorẽ ꝓbabilẽ,qñ non cadat in latam culpã: vt l.de æta-
te.§.qui iuſto.ff.de interro. act.alias ſi cadat in leuem,admitti
tur,vt no.Bar.in l.non fatetur.ff.de cõfeſ.Per hęc patet ꝙ ſi cõ
fiteẽ ignorãter ſolo errore iuris, ꝙ nõ reuocat: qa errare in iu-
re,eſt eſſe in lata culpa.ff.de ver.ſig.l.late.Quod eſt verum,ni-
ſi cõfeſſio habeat intolerabilem errorẽ expreſſum,vt cõfiteaẽ
minorẽ xiiij.anno.poſſe teſtari: quia tunc nõ valet ꝯfeſſio, vt
dicit gl.quo caſu fruſtra tractaretur de reuocatione.Item hoc
intellige de errore iuris in corpore iuris clauſi. Si enim eſſet
error iuris extrauagãtis: tunc eſſet tolerabilis,ĩ.de fide inſtru.
paſtoralis.& no.Bar.in l.cum prolatis.C.de re iudic. Item hoc.
verũ in iure cõi: ſi enim eſſet caſus ſingularis, vel ius, ſup cu-
ius intellectu eſſet opin. ille eſſet tolerabilis: vt l.2.ff.de iur. &
fac.ign.& no.Bar.ff.depo.l.quod Nerua. Ad hoc quod no.In-
noc.de app.cum ſpãli. Item hæc vera,niſi eſſet miles, femina,
vel ruſticus,vel monach⁹, & alij, qui excuſant̃ ab errore iuris,
vbi ſunt in loco,in quo nõ poſſint ꝯſulere peritiores.ff.de iur.
& fac.ign.l.regula.§.ſed & ſi.C.de bo.poſ.l.in bonorum. ¶ Ve
nio ad ſecundum caſum,quando confeſſio fit poſt litem ꝯte-
ſtatã, vſq; ad quẽ terminũ poſſit fieri reuocatio. Et primo de
termino vſq; ad ꝯcluſionẽ in cã:dic, ſi confeſſio eſt facta circa
p̄paratoria, vbi ſupra dixi non poſſe reuocari ante lit.conteſt.
hec hic.Vbi dixi reuocari ante litis conteſtationẽ,& non poſt,
dic ꝙ non admittitur reuocatio, ex quo confeſſio ſuperuenit
poſt litem conteſtatã vſq; ad primum actũ, qui hr̃ pro litis cõ
teſtatione,vt qui fit, vel fieri ſolet poſt litẽ cõteſtatã, vt eſt glo.
de ele.c.j.lib.vj.in verbo,abſentia.In deciſorijs aũt planũ ꝙ p̄t
reuocari ex errore poſt litem conteſtatã.Sed eſt dubiũ,an poſt
concluſionem in cã,vide quod no.de procu.auditis.de cã poſ.
paſtoralis. de fid. inſtru.cum dilectus.in cle.j.de cã poſ.qđ fir-
mat Io.Mo.de in integ. reſt.c.fi.lib.vj. Credo ꝙ ad petitionem
partis hæc reuocatio non admittitur:ſed bñ ex officio iudicis,
nõ vt reuocent, ſed vt excuſent per actũ interrogationis, niſi
iurauerit plenam dicere veritatem:vt eſt caſus de accu.cũ di-
lecti.argu.de fide inſtr.cum Io. Hæc oĩa intellige cum limita-
tionibus,de quibus dicã infra in reuocatione. Ante ſententiã
autem,& ante concluſionẽ in cauſa,indiſtincte poteſt reuoca
ri confeſſio intercedentibus illis,quæ exiguntur ad reuocatio
nẽ cõfeſſionis,de quibus dicã infra. ¶ Venio ad tertiũ caſum,
qñ ꝯfeſſio eſt facta poſt litem conteſtatã,vel ante,& petitur re
uocatio poſt ſnĩam. Dic ſi error reddit ſnĩam nullam,poterit
qñcunq; reuocare. Patet in confitente aliquem iudicem,qui
non eſt.ff.de iur.om.iud.l.ſi per errorẽ.quia ſicut poteſt,exce-
ptio erroris opponi,ita hic error reuocari poſt ſnĩam.Idem in
omnibus caſibus,in quibus exceptio poteſt opponi,poſt ſentẽ
tiam,ſi circa illam fiet confeſſio,poſſet reuocari: quia ſnĩa, ex
quo nulla eſt,non obuiat reuocationi. Et idẽ vbicũq; aliquo
reſpectu ſnĩa remanet nulla. Idem ſi ſnĩa eſt aliqua,ſed talis,
quæ non tranſit in rem iudicatam: nam circa illã poteſt ꝯfeſ-
ſio etiam poſt ſnĩam reuocari, vt not.Doc.de re iudi.lator.de
ſpon.impu.atteſtationes.quod eſt notabile dictum.Quãdoq;
ſnĩa eſt aliqua, & talis, quæ non tranſit in rem iudicatam: &
tunc qñq; ſnĩa fuit lata contra confeſſionem,ita ꝙ reprobata
eſt confeſſio:& ſi confeſſio eſt nuda ab inſtrõ, põt cõfeſſio re-
uocari poſt ſnĩam.not.Inn.in duobus locis,de exce.cum vene
rabilis.de iureiur.mulieri. & eſt caſus in auth. item cum poſ-
ſeſſor.& gl.ibi.C.qui po.in pig.hab.& vnde ſumitur illa auth.
Ad hoc xxx.q.v.& his ita.& quod ibi not.Ioan.Si confeſſio eſt
veſtita productione inſtrumenti,& probatur inſtrumentum,
an reprobetur confeſſio, ita ꝙ poſſit cõtra illam venire:ſi ſen
tentia fertur contra confeſſionem,& inſtrm̃,adhuc põt reuo-
cari:vt d.c.mulieri.Si eſt lata ꝯ inſtrm̃ tm̃,tunc ſi confeſſio eſt
facta ſeparatim ab inſtrõ,vt quia per ſe confeſſus eſt contenta

in inſtrõ,& tũc reprobato inſtrõ, nõ eſt reprobata cõfeſſio,iõ
põt adhuc acceptari ꝯfeſſio, niſi aľr reuocet̃:vt dicit Inn.in d.
c.cũ venerabilis.Si eſt facta coheſiue ad inſtrm̃,vt qa producẽ
do inſtrm̃, cõfitetur ꝯtenta in inſtrõ, vel cõfiteri cenſet̃ tacite
ſola ꝓductione:& tunc reprobato inſtrõ, qa falſum, vr̃ repro-
bata cõfeſſio, q̃ vt acceſſoria nõ reperit aliqđ fundamentũ in
quo ſubſiſtat, vt ibi no.Inno.Si inſtrm̃ eſt reprobatũ altero vi-
tio,quia caret ſolennitatibus extrinſecis, nõ qa falſum,tũc ex
hoc non cõfundit̃ cõfeſſio,niſi alio iure reuocet̃, vt ibi no.qa
non eſt falſa confeſſio, nec caret fundamento,ex quo inſtrm̃
nõ eſt ex toto vt falſum reprobatum: qa nõ falſum dr̃,qđ pri-
mordio nõ caret veritatis: vt l.cũ filius.§.dñs.ff.de leg.2.tãgit
ẽt Inn.de cen.cum olim.Si aũt ſnĩa eſt lata ſm̃ cõfeſſionẽ, ſen
tentia nõ reprobata nõ põt reuocari cõfeſſio poſt ſnĩam, ex
quo non eſt appellatum,ſaluo niſi de errore cõſtaret notorie:
vt not.Inn.de immu.eccl.quia pleriq;.& de frigi. fraternitatis.
19 & de reſcrip.cum dilecta. ¶ †Nunquid aũt poſſit reuocari cõ-
feſſio poſt p̄ceptũ,& ſnĩam precepti. Bart.tangit in l.nõ fatet̃.
de cõfeſ.& bene decidit, ſed nihil allegat.Dic ꝙ ſi ſnĩa præce-
pti eſt lata cum cauſę cognitione,ꝙ illa vim diffinitiuę habet,
& ideo confeſſio nõ põt reuocari poſt talẽ ſnĩam. Si ſine cau-
ſæ cognitione:dic ꝙ põt reuocari etiam poſt ſnĩam p̄cepti:qa
in hoc non habet vim diffinitiuę. Et de hoc habes gl. de verb.
ſig.ex parte.ĩ. & dicit Bar. in d.l.non fatetur.cauſæ cognitionẽ
ſubeſſe, qñ datus eſt terminus parti ad oſtẽdendũ quare ꝯfeſ-
ſio non debeat reuocari. alleg.l.pen.ff.de confeſſis.quæ nota.
20 ¶ †Quid de decreto, tenet Io.An.in addi.Spe.in tit.de confeſ.
§.nunc dicendum.ver.quid de confeſſione.& dicit ꝙ in liber-
tate non habet locũ.C.ſi aduer.libe.l.2. in alienatione prædij
maioris,vel excuſatione tutoris, nõ impedit decretũ illã reuo
cari.ff.de tranſ.l.cum hi.§.ſi p̄tor.l.Marcellus. ff. de iudic.C.ſi
ex fal.alle.l.j.& ij.ff.de reb.eo.l.& magis.§.fin. quia decretũ ex
falſa cã eſt nullum.l.cum vero.§.ſubuentum.ff.de fideicõ.lib.
Sed ſi ad cõfeſſionẽ eſt lata aliqua interlocutoria, an illa poſ-
ſit reuocari:credo ꝙ iudex ex offõ poſſit admittere ad reuocã
dum.de app. cum ceſſante.ff.de re iudic.l. quod iuſſit.qa non
tranſit in rem iudi.quo ad iudicẽ, licet ſic quo ad partẽ,q̃q̃ ſit
lata ex falſa cã.Quod dictum eſt autem de decreto, credo ve-
rũ,qñ cõtinet iniuſtitiam,& cõfeſſio ex parte petẽtis: ſecus ſi
tm̃ ex parte eius,ꝯ quem,per no. in l.iuſte.ff.de acquir.poſ.Ex
hoc infertur quid in beneficiali; an admittatur reuocatio cõ
feſſionis poſt ſnĩam: quia quo ad iudicem non tranſit.Idẽ qđ
dixi in interlocutoria,& maxime ſi tales confeſſiones non tri-
buunt ius ei,pro quo fit cõfeſſio:vt no.Io.An.de ꝯfeſ.c.j.& vl-
ti.lib.vj. Idẽ puto vbicũq; ſnĩa nutrit peccatũ, quod ꝯ confeſ
ſionem ẽt poſt ſnĩam admittet̃ probatis erroris:quia tales ſen
tentiæ nõ tranſeũt in rem iudicatã: vt not.xxv.q.2.in ſumma.
& no.in rubrica de re iud. inter monaſteriũ. & not.Doc.de re
iudi.lator.& c conſanguinei.& no.de re iudi. cum Bertoldus.
Inquantum dixi poſt ſnĩam præcepti, vel decretũ reuocari cõ
feſſionem.Bar.in d.l.nõ fatetur.dicit verum, niſi actu ſit facta
executio:quia illa executio habebitur vt terminus impediti-
uus reuocationis confeſſionis: qa eſt actus,q ſolet fieri demũ
poſt ſnĩam diffinitiuã: vnde hẽt in hoc vim diffinitiuę: argu.
eius,qđ no.gl.in d.c.j.de elec.lib.vj.in verbo, abſentia. ¶ Non
ob.ſi dicat̃,ꝙ ẽt poſt ſolã cõfeſsionẽ nõ dẽt poſſe reuocari, cũ
illa habeat vim diffinitiuę:qa illud eſt verũ in cõfeſsione non
21 erronea.†Ex his patet,an ſi oppoſita exceptione perẽptoria,&
illa ꝯfeſſata, ſi pronuntiatum eſt exceptionem fore admitten-
dã, vel ſi confeſſatum eſt aliquid, per quod pronuntiet̃, ecce-
ptionẽ nõ admittendam, an poſſit poſt hãc pronũtiationẽ
cõfeſsio reuocari:qđ non vr̃, qa poſt hanc negotiũ quo ad ex-
ceptionem,& confeſsionẽ circa eum vr̃ deciſum. Puto,ſi pro
nuntiatum eſt exceptionem admittendam, cõfeſsionẽ poſſe
reuocari: quia nõ eſt hæc diffinitiua,cum aliam expectet poſt
ſe,ſi pronuntiatum eſt ipſam obſtare: qa hæc habet vim diffi
nitiuę,& fertur cum cauſæ cognitione,quod poſtea non pote
rit reuocari:arg.eius,quod no. gl.in cle.cũ à repulſione.de ap
pel. Ex his patet quid dicendum in pronũtiatione ſuper exce
ptione litiſ finitę: quia cum & illę habeant vim diffinitiuę,vt
no.de lit.conte.c.j.lib. vj. ꝙ poſt illam ſnĩam non admitteret̃
22 renũciatio confeſſionis. † Si quæritur an poſſit reuocari poſt
ſnĩam appellatione ſuſpẽſam, Doc.dicũt hic quod dicit Spe.
ſe obtinuiſſe in Spe.eo.tit.§.fi.in fin. Hoc credo,qa appellatio
reſcindit omnem terminum vſq; ad litis conteſtationẽ.C. de
procu.ita demum. Si quæritur an poſſit reuocari ſuſpẽſa ſen
tẽtia via reſtõnis in integrũ:dic ꝙ ſic,ſi reſtitutio detur aduer
ſus ꝯfeſsionẽ,vbi cõpetit,non eſt dubium.Si non petitur reſtõ
aduerſus cõfeſſionem, ſed petitur reuocari, ad hoc probato
errore,bene admittitur ex clauſula,Si qua tñ iuſta cã videbit̃:
vel aliter reſciſſã ſnĩa prętextu reſtitutionis ſpãli iure. Ad pri
mũ facit quod no.in l.ſi iuris.§.j.ff.de excep. rei iud. & not.gl.
in l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mand.& no.ĩ.de pur.vul.c.ij.
23 ¶ †Quæro vltimo, q̃ requirant̃ vt cõfeſſio poſſit reuocari:hic
tex.

text. vr̄ qđ exigitur ꝙ negotiū nondū ſit finitū. Si ergo eſt fini-
tum, tunc nō admittitur reuocatio. Et dr̄ finitū per ſn̄iam dif-
finitiuā appellatione nō ſuſpenſam, vel alio remedio retracta.
tiuo. Idē ſi alio remedio deciſiuo ſit finitū, vt iureiur. vel tran-
ſactio, de lit. cōtc. c. j. lib. vj. ¶ Nūquid aūt ſn̄ia arbitri, vel arbi-
tratoris dicat̄ finitū, ita qđ nō admittat̄ reuocatio, tāgit Spec.
in ti. de ꝯfeſ. §. nūc videndum. in 2. col. in addi. ibi Io. An. dicit
qđ in arbitrio dr̄ finitum, ſi ſit emologatum laudū: nō dicit fi
nitum in arbitramento. Dic ꝙ poſt illud nō admittit̄ reuoca-
tio: ꝗa illud obtinet inſtar tranſactionis, vt in Auth. vt diffe. iu
di. §. ſi vero ꝯtigerit. Hæc vera, vbi nō eſt petita reductio ad ar-
bitriū boni viri: vbi eſſet petita, al's dixi qđ poterat reuocari.
Quod nō vr̄, ꝗa niſi aliter det̄ reſtitutio, nō admittit̄ petitio,
cum in hoc nō fuerit deceptus facto arbitratoris. Sed dic ꝯ qđ
et ꝓ deceptione re ipſa petit̄ reductio: vt no. ff. de ver. ob. l. ſi ſit
ſtipulatus. Scđo requiritur vt admittatur reuocatio cōfeſſio-
nis, qđ ſit facta in cā ciuili: & ſic loquunt̄ iura. De criminali an
admittat̄ reuocatio confeſſionis, eſt dubiū: tangit Spec. in tit.
de confeſ. §. j. verſi. ſed nunquid. ad fi. §. vbi Spe. dicit quod non
reuocat̄, qñ in ea pſeuerauerit: ꝗa primo eſt ꝯfeſſus, & poſtea
in ea perſeuerauit. Idem dicit gl. de diuor. ex lr̄is. Per ꝗ dicunt
aliq, qđ ſi ꝯfeſſio eſt deliberata, vt ꝗa ſtatuto termino, & dicta
dilatione ad reſpondendum quis confitetur, non admittitur
ad reuocandā ꝯfeſſionē: & ſic limitant iſta iura. Ad qđ id qđ
no. Io. An. in nouella, de iureiu. cū in poſitionibus. lib. vj. Puto
in criminali admittat̄ reuocatio, niſi iurauerit plenā dicere ve
ritatē circa inquiſita: ꝗa nō poſſet tūc, tanꝗ oñdēs ſe periurū,
admitti ad reuocationē: ad excuſationem bñ admitteretur,
vt in c. cū dilecti. de acc. dū tñ eſſet talis, ꝗ nō perimeret ex to-
to ꝯfeſſionē quo ad factū, vt ibi no. ꝗa iſtud nō eſſet excuſare:
& vbi ſic deliberate fecit, licet difficilius, admittit̄ tñ, ſed ma-
iori cognitione, vt dicit Io. An. in d. c. cum in poſitionibus. de
iureiur. lib. vj. ipſe no. in Nouel. Imo forte poſſet dici ꝙ dato
ꝙ iurauerit plenā dicere veritatē, poſſit illam reuocare: ꝗa iu-
rat plenam dicere veritatē de eo, qđ ſcit. Si ergo ꝓbabili erro-
re facti deceptus ſit in eo qđ cōfitet̄, ex hoc nō eſt periurus iu-
rans falſum quod credit verū, de iureiu. ꝗto. Et ideo nō ſubeſt
cā, quare nō poſſit illā reuocare. cap. aūt, dilecti. loquitur qñ
non ꝓbat errorem ꝓbabilē. Tertio requirit̄ qđ cōfeſſio ſit fa-
cta verbaliter. Vnde dicit Inn. de cēſi. cum olim. quod ſi eſt fa-
cta confeſſio cohæſiue ad inſtr̄m, producendo inſtr̄m, in quo
quis vr̄ in eo contenta confiteri, nō admittitur reuocatio con-
feſſionis. Aſſignat cām, ꝗa cōfeſſio verbalis lapſu linguę pro-
fertur, & deliberata non eſt, quia facile quis verba profert:
ſed productio inſtr̄i fit cum maturitate, & exquirere pōt quis,
& meditari inſtrumentum, quod videt ante ꝓductionem, de
fide inſtr. imputari. Puto quod ſi velit ꝗs excuſare cōfeſſionē,
dando alium intellectū inſtr̄o, qđ poſſit: vt c. dilecti. de accu. Si
agit reprobare inſtr̄m & cōfeſſionē, ſi vult etiā reprobare ex
reuocatione inſtr̄i antea facta per alium, & pōt, vt l. de ætate.
§. ex cā. ff. de interro. act. Si vult improbare pp falſitatem, pōt,
vt ſ. dixi. Si autem vult reprobare ſolam confeſſionem, & non
inſtr̄m nō poteſt: ꝗa nō pōt, ſtante inſtr̄o, ꝯſtare de errore. Ex
hoc apparet an poſitio, & cōfeſſio facta per poſitionē poſſit re
uocari. Gl. tangit in c. cum in poſitionibus. de iureiur. lib. vj. &
in Spe. in tit. de poſi. §. vlti. ver. item ſi ponens. & ibi concludit
gl. quod probato errore poterit reuocari, aliter non. Et ſic in-
telligit Spe. ꝗ ad hoc allegat hāc decr. Dicit tñ Io. An. ibi ī No
uella, quod non ſic de facili ꝓbabit, qñ cōfeſſio eſt facta deli-
berate per productionē ſcripturæ: quod eſt verū. Hæc vera di-
cunt dñi de Rota, ſua concluſione lvij. quādo poſitiones ſunt
datę per principalem: qñ autem ſunt datę per procuratorem,
poſſunt mutari, & meliorari ſine expreſſa probatione erroris,
tum ꝗa iur̄m non eſt de veritate, ſed de credulitate, tum quia
procuratores non ſunt ita plene informati, ſicut principalis:
quia nō habent cauſam notā, qui non poſſent variare poſitio
nē iuratā, vt in c. cum in poſitionibus. no. gl. Quod intellige ve
rum, niſi probato errore, ut dixi. Et ex hoc habes drīam inter
confeſſinem procur. & dñi, quia illa poteſt reuocari, etiam in
iudicio porrecta, nō ꝓbato errore, ſed nō pōt ſic reuocari po-
ſitio porrecta per dñm. Item ex hoc habes, quod cōfeſſio iura
ta per iur̄m veritatis nō pōt reuocari. Quod intelligo, niſi cū
difficultate, & cauſæ cognitione, & forte quod nullo modo, ni
ſi ſubueniatur aduerſus iur̄m, quia per hoc ſe oſtendit periu-
rum. Sed ſi probaret aliquid, per quod poterat quod iurauit,
tunc verum credere, & quod modo vult dicere, verū eſſe, ad-
mitteret̄, ꝗa per hoc non concluditur periurus: vt in iurante
falſum, quod credit verum, xxij. q. ij. per totū. & j̄. de iureiur. ꝗ-
to. Ipſi tñ domini de Rota, ſua cōcluſione cclv. dñt qđ dixi in
in procuratore, plus procedere ex ſtylo palatij, quam ex ſtylo
iuris, vt illa poſsit reuocare, aliter nō probato errore: quē ſty-
lum dicunt ſeruari in beneficialibus, & matrimonialibus, in
quibus vertitur animæ periculum: iurāt tñ ſup errore. Et idē
dñt in poſitionibus datis ſine iur̄o in alia quacūq; ..... alias

dicunt non admitti ad reuocādum. Cy. tenet ꝙ cōfeſsio pro-
curatoris nō poſsit reuocari, niſi vt propria, niſi reuocetur in
continenti, in l. fi. eo. ti. in pe. q. Idē Spe. in tit. de cōfeſ. §. j. ver. ſi
vero per procur. ad prin. §. per vnā col. Dic ꝙ in ꝓpria nō ſuffi
cit probare rem ſe aliter habere: ſecus in confeſsione procur.
Ex hoc apparet ꝗd de confeſsione facta per porrectionē libel-
li, an illa poſſit reuocari: nam quis porrigendo libellum cōtē
ta in libello cōfiteri vr̄, C. de lib. cau. l. cum p̄cū. & l. mercalem.
C. de condi. ob cau. Dic ꝙ cōfeſſionē ſurgentem ex verbis nar
ratiuis libelli, ꝗs p̄t reuocare indiſtincte ante litis ꝯteſtationē,
nō poſt. ff. fam. erc. l. qui familiæ. & no. Bar. ff. de dona. l. ex hac
ſcriptura. in vltima q. qđ no. Hæc vera credo in cōfeſsione ad
p̄paratoria. In deciſorijs aūt admittitur ad reuocandū vſq; ad
tp̄s, vſq; ad quod pōt reuocare libellū. in auth. qui ſemel. C.
quomodo, & qñ iudex. & vſq; ad tempus, vſq; ad quod p̄t mu
tare, vt colligitur ex no. in l. j. C. de eden. & de libel. ob. c. j. poſt
non, niſi probato errore. ¶ Requiritur etiā quod ad hoc vt re
uocetur, probetur error in confeſsione: quo caſu dic ꝙ cōfeſ-
ſio eſt aduocati. Et an, & qñ poſsit reuocari, dic vt C. de erro.
aduo. l. j. & per Cy. in l. fi. de confeſ. in pe. q. & in Spe. de cōfeſ.
§. poſtremo. ad prin. §. & dicam vbi hoc expediam j̄. de appel.
cum cām. Si confeſsio eſt procuratoris, vel alterius admini-
ſtratoris, dixi ſupra. Si confeſsio eſt propria, ſi eſt facta indeli-
berate, & calore iracundię, admittitur reuocatio, vt no. glo. de
diuor. ex literis. ſi non eſt facta calore iracundiæ, ſed maturè,
& deliberatè, ꝗd iuris, dixi ſupra. Dicit gl. & Doc. in d. c. ex lite-
ris. ſi eſt facta ſimpliciter, & velit incōtinenti illa porrecta re-
uocare, & poteſt, aliter non probato errore, dicit hic glo. xxxij.
q. j. apud. quę dicit incontinenti fieri antequam ſit apud acta
deſcripta. Ad hoc xxxij. q. ix. ſi debitum. Et ſi porrigitur in ſcri-
ptis, tūc ſtatim ponderabit iudex, qñ dicatur ſtatim fieri: quo
caſu poterit etiam ſine probatione erroris. Hoc notat gl. de iu
reiu. cū in poſitionibus. lib. vj. in ver. in iuſta cā. ī fi. qđ no. alle.
ſimile in teſte, de teſti. cog. præterea. & idem tenet Ioā. Mo. &
Arch. alleg. glo. de app. cum cauſam. Ad hoc quod no. de ele.
ſcriptum. in j. gl. ad hoc quod no. Io. And. de diuor. ex literis. in
per gl. ij. vbi Hoſt. etiam dicit confeſsionē incontinenti reuo-
cari, qñ non eſt ſcripta. Si autem quæritur an vbi eſt facta nō
calore iracundię, an ex interuallo poſsit reuocari: dic, nō pro
bato errore non poteſt reuocari, eo probato, ſic: vt hic, & l.
24 non fatetur. ff. de confeſ. ¶ † Circa hoc ſunt videnda duo. Pri-
mo, quo errore facta cōfeſsio poteſt reuocari. Secūdo, qualr
error probetur, vt poſsit reuocari. ¶ Ad primum dic, ſi error
eſt iuris, quia hoc cadit in latam culpam. l. late. ff. de verb. ſig.
& l. liberorum. §. ſed notantur. non excuſat, nec admittitur re-
uocatio. l. de ætate. §. qui iuſto. ff. de vſu. Quandoq; confitetur
errore facti, & proprij, & tunc quia error in facto proprio ca-
dit in latam culpam, vt l. q̄q̄. ff. ad Velleia. tūc idem, niſi in cer
tis caſibus in quibus ſaltem excludit̄ lata culpa. Primus, qñ
ad hanc ꝯfeſsionem, & errorem ductus eſt ſuaſione aduerſa
rij. l. j. & ij. ff. qñ actio de pecu. eſt anna. l. j. §. eorū. ff. de vē. inſpi.
vbi gl. ſuper verbo, illuſerit. Ad hoc l. Celſus. & quod ibi no. ff.
de vſuca. & l. hoīem. ff. ꝓ ſuo. Scđs caſus eſt, qñ negotium eſt
valde implicatū, vt l. pen. ff. de cōfeſ. Tertius caſus, qñ factum
eſt de longinquo: ꝗa memoriā non retinet. ff. de acq. poſ. l. pe-
regre. ꝑ Dy. in regula, præſumitur. de reg. iur. lib. vj. Ad hoc qđ
no. gl. de ꝓba. tertio. Hæc oīa ꝓcedūt ī ꝯfeſsione iudiciali. In
extraiudiciali, ꝗa ſi de dāno vitādo certat, excuſat ignorātia, vt l.
ſed & ſi me putē. ff. de condi. inde. ſecundū Bar. Inquantū di-
xi in facto de longinquo præſumi ignorantiam, hoc eſt verū,
niſi factum ſit adeo notabile ꝙ de facili non extat memoria,
vt notabiliter dicit tex. j̄. de præb. pro illorū, qui ad hoc eſt bo
nus tex. Sub alijs verbis dic, an ex errore poſsit reuocari cōfeſ-
ſio, ſi cā eſt inficiatione creſcens, nō admittit̄ reuocatio. ff. de
confeſ. l. ſi is. Si non eſt cā inficiatione creſcens, & ſi error ca-
dit in latam culpam, nō pōt cōfeſsio reuocari, ēt ſi ſit de facto
alieno: ſi cadit in leuem culpam, poteſt reuocari: & fortius ſi
in leuiſsimā, & reuocat̄ vſq; ad ſn̄iam. Si cadit in nullam cul-
pam, de iure cōmuni probato errore pōt reuocari añ ſn̄iam,
poſt ſn̄iam petita reſtitutione in inte. l. de ætate. §. ſi ex cā. ff. de
interro. act. & ff. eo. l. cum fideicommiſſa. Ex his apparet, ꝙ in-
quantum dixi per errorem iuris factam confeſsionē nō poſ-
ſe reuocari, ꝙ ſi excluditur lata culpa, poteſt reuocari, al's nō.
Exemplum patet in priuilegiatis perſonis, in quibus ius igno-
rare non eſt lata culpa vt in muliere, ruſtico, & monacho, vbi
non poteſt conſulere peritiores. Item ſi ius eſt ſingulare, vel
multipliciter intelligibile, vt dicit Bar. ff. depo. l. quod Nerua.
Item vbi ius eſt extrauagans, de fide inſtru. paſtoralis. & not.
Bar. de re iud. cum prolatis. Item ſi ſit cōſuetudinariū, nō ſcri-
ptū. Idem de iure municipali, & ſcripto alterius ciuitatis, qđ
tolerabilr ignorat̄. de conſti. c. j. li. vj. ſm̄ Bar. in d. l. fatet̄. & his
caſibus omnibus admittatur poſitio iuris. Ad ſm̄ qualiter ꝓ
betur. dic, ſi quis vult reuocare confeſsionem alterius, vt ꝓcu-
ratoris, vel alterius adminiſtratoris, ſufficit ꝓbare ſe rē aliter
habere,

habere, l. certum: §. ſed an ipſos. & ibi gl. ff. e. Hoc tenet But. in l. non ſolũ. ff. de procu. niſi habuerit mandatum ad ſic confitẽdum: quo caſu idem dicendum eſt de confeſſione procuratoris quod de propria: quia illa videtur propria. & vide Io. xxxv. q. ix. §. j. & ibi Arch. omnino vide. Si volo reuocare errorẽ proprium, poſſum in facto alieno adhuc, probando rem aliter ſe habere. C. de iur. & fact. igno. l. ſi poſt. ff. de noua. l. ſi quis delegauerit. Si in facto proprio, & confeſſio eſt extraiudicialis, adhuc ſufficit probare rem aliter ſe habere: ſi confitens reuocando certat de dãno vitando, & aduerſarius de lucro, vt l. ſed & ſi me putẽ. ff. de condi. indeb. & no. ff. de proba. l. cum de indebito. Secus ſi non certat de damno vitando, ſed eſt in pari cauſa cum aduerſario: qa tunc non præſumitur error, vt l. quamquam. ff. ad Vell. In iudiciis autem, & circa præparatoria, ſufficit probare rem aliter ſe habere. l. de ætate. §. qui iuſto. cũ glo. s. alleg. Si circa deciſoria, & in facto proprio, non præſumitur error, niſi probentur circunſtantiæ, ex quibus error præſumatur. Et iſtæ circunſtantiæ fiunt aliquãdo ſuaſione aduerſarij, vt l. fi. ff. quãdo actio de pecu. eſt an. & l. hominem. ff. pro ſuo. vel niſi ſit factum longinquum, de quo dixi s. vel intricatum, vt l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. & l. pe. ff. de confeſ. ſecundum Bar. Error autem iuris probatur per tex. in l. ſi adulterium cũ inceſtu. ff. de adulte. quia ex qualitate perſonarum, & ex qualitate facti; vt ſi deſponſauit conſanguineam publice, & palam, & cum fuit dictum ei, pęnituit eum, ſecundum Bar. requirit̃ vlterius ꝙ confeſſio ſit vera. In dubium reuocatur quid de ficta confeſſione, tangit Io. And. in addi. Spe. in tit. de poſi. §. nono. ver. verum tamẽ. arguit ꝙ non: qa in ficto non cadit error. dicit contra per l. quoniam. ff. de his, qui no. infa. Nam paciſci habetur pro confeſſo: & tamen ſi vult probare ꝙ accuſatio fuerit calumnioſa ad repetendam pecuniam poteſt: ſed hoc procederet in præſumpto cõfeſſo. Sed ſi eſſet fictio alias ficta, illa non admitteret probationem in cõtrarium: præſumptio autem iuris & de iure ſic, ſed tunc demum per confeſſionem partis aduerſæ: vt in auth. ſed iam neceſſe. & vnde ſumitur. C. de dona. ante nup. & no. Inno. de immu. eccle. quia pleriq; & ſic non videtur quod debeat admitti probatio. Tu dic ꝙ imo poterit reuocari ficta, qa ſi poteſt vera, fortius & ficta, cũ actus fictus non ſit melioris conditionis quam verus: & quia actus fictus recipit conditiones veri, de do. & contu. c. j. Non ob. ꝙ fictio & præſumptio non admittant probationem in contrarium: quia illud verum eo reſpectu, quo fingit, vel præſumit: ſed ficta confeſſio non fingit contentum in confeſſione ficta, ſed fingit confeſſionem: ideo ſi vellet probare ſe confeſſum, non admitteretur probatio. Si vult probare contentum in confeſſione falſum, poteſt, quia hic non repugnat fictioni. Ad hoc gl. in cle. literas. de proba. Ideo ſi iuſſus reſpondere poſitionibus non reſponderet, ſi tamen venit ante ſententiam, & velit probare rem ſe aliter habere, & idem de bannito, & deficiente in purgatione. De hoc glo. aperta de pur. vulg. ſignificãtibus. Ad hoc quod no. gl. de pur. cano. ex tuarum. Ad hoc de frigi. fraternitatis. Nam illa probatio frigiditatis habet vim tacitę confeſſionis. Poſt ſententiam autem non admittitur reuocatio erroris. Quod credo, niſi de errore conſtaret notorie, per no. in d. c. fraternitatis. & de immuni. eccle. quia plerique. ¶ Requiritur etiam, vt dicunt iura, quod ſit confeſſio: ſed eſt dubium de negatione. Tangit hic Io. And. in addi. Spe. in tit. de confeſ. §. poſtremo. in princ. dicit ꝙ ſi negatiua eſt pro ſe, vt communiter fit, ab ea poteſt recedere quandocunque, quia ab eo, quod eſt pro ſe, quis poteſt recedere: vt in regula, quod ſemel. de regu. iur. lib. vj. ff. de leg. 3. ſi quis in principio teſtamenti. de regula. ſtatuimus. cum ſimi. Si negatiua in aliquo faceret pro aduerſario, exemplum in decre. vt noſtrum. vt eccle. benef. in epiſcopo negante ſe contuliſſe. & in decre. dilectus. de temp. ord. vbi negauit ſe habere mandatum, dicit idem ꝑ omnia, quod in confeſſione: quia inquantum eſt pro aduerſario, ſumitur pro confeſſione, ſecundum Io. And. ¶ Requiritur ſecundum alios quod detur reſtitutio ad hoc, ꝙ poſſit reuocari confeſſio, vt l. cum fideicommiſſum. ff. eo. tit. dic vt ibi. Dixi ipſam poſſe reuocari ante ſententiam, poteſt reuocari ipſo iure, vbi non poteſt reuocari ante ſententiam, vt quia eſt facta ſcienter, vel errore iuris, tunc bene poſſet dari reſtitutio, ſi eſſet perſona, quæ eſſet priuilegiata in reſtitutione, vt in minore, vel eccleſia, ſed tunc non reſtituitur, eo quia in hoc confitẽdo eſt vſus iure communi, ſed oportet ꝙ probet læſionem: quam probat, probando contrarium ſuæ confeſſionis, ff. de admini. tuto. l. quoties. §. ſicut. & l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. ſecundum Cy. in l. j. in vlti. q. Si autem eſt maior, non puto eum reſtitui, inquantum ſcienter confeſſus eſt, nec inquantum confeſſus eſt ignoranter ignorantia iuris: quicqd ſenſerit Cy. in d. l. j. in xj. q. Et hoc tenet Bar. in d. l. cum fideicõmiſſum. Poſt ſententiam autem non ſuſpenſam, vbi dixi eum audiri, reuocans auditur demum petita reſtitutione, niſi cõfeſſio eſſet facta circa illa, quæ reſpiciunt executionem tãtũ: quia ipſo iure tunc in actu executionis poſſet, & ante actum reuocari, vt d. l. cum fideicommiſſum.

¶ Finit Lectura celeberrimi, I. V. D. Domini Antonij de Butrio ſuper prima parte ij. Decretalium.

FINIS.

REGISTRVM.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx.

Omnes ſunt quaterniones, exceptis Vv, & Xx, qui terniones ſunt.

VENETIIS, Apud Iuntas, MDLXXVIII.


·L· ·A·
FLOS
IVSTITIAE